This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

888
S5
D58
1860

Sophocle

SOPHOCLIS

TRAGOEDIAE SUPERSTITES

ET

PERDITARUM FRAGMENTA

EX RECENSIONE ET CUM COMMENTARIIS

G. DINDORFII.

EDITIO TERTIA.

VOLUMEN I.

OEDIPUS REX.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
M.DCCC.LX.

SOPHOCLIS

OEDIPUS REX

EX RECENSIONE ET CUM COMMENTARIIS

G. DINDORFII.

EDITIO TERTIA.

OXONII:
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
M.DCCC.LX.

gift
8-14-33

PRAEFATIO

EDITIONIS TERTIAE.

SOPHOCLIS tragoediae septem eodem continentur codicis olim Medicei, hodie Laurentiani (xxxii, 9.) volumine (fol. 1–118.) cui totidem debemus Aeschyli fabulas superstites, scripto in membranis formae quadratae majoris, seculo undecimo, ab duobus librariis, quorum prior Sophoclis tragoedias[a] Aeschylique Persarum versus 1–705., alter reliqua Aeschyli scripsit. De Aeschylo quum suo loco dixerim et alio tempore plura dicturus sim, hic de Sophocle solo agendum mihi erit, etsi duo illi librarii ita sibi sunt similes ut si utrumvis recte noris ambos noveris. Nam quum par utriusque inscitia esset et exemplari uterentur literis capitalibus exarato accentibusque, qui est antiquiorum librorum mos, saepissime omissis, fieri non poterat quin in omne fere genus errorum inciderent, literis vocabulisque vel figura vel sono similibus permutandis, aliis transponendis vel omittendis, vel ubi archetypi scriptura pallidior erat male legendis. Quorum peccatorum omnium exempla plurima ex scripturae diversitate colligi poterunt, quam ego integram apposui ne levioribus quidem rebus omissis, ut tandem aliquando de indole et auctoritate hujus codicis certius quam adhuc constaret rectumque de ratione quae ei cum apographis, quae non pauca supersunt, intercedit judicium fieri possit, quorum origo et progenies ex scripturis vitiosis saepe certius cognoscitur quam ex iis quae emendate scripta sunt. Quam operam dolendum est non potuisse a Petro Elmsleio perfici, cujus ea erat sagacitas et doctrinae copia et summa

[a] Sophocli recentior manus praemisit indicem tragoediarum hunc, Περιέχει ἡ βίβλος τοῦ Σοφοκλέους δράματα ζ'. πρῶτον μὲν Αἴαν μαστιγοφόρον, φύλλα ις'. στίχους ᾳμδ'. δεύτερον Ἠλέκτραν ἐπιβουλευομένην κατὰ τῆς μητρός. φύλ. ις'. στίχους ᾳμ'. τρίτον Οἰδίπουν τύραννον. φύλ. ις'. στίχ. ᾳξ'. τέταρτον Ἀντιγόνην. φύλ. ιδ'. στίχ. ᾳρμζ'. πέμπτον Τραχινίας. φύλ. ιδ'. στίχ. ᾳσκ'. ἕκτον Φιλοκτήτην. φύλ. ις'. στίχ. ᾳνε'. ἕβδομον Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ. φύλ. κ'. στίχ. ᾳχλ'.

minutis etiam in rebus diligentia ut eum pauca mihi reliqua facturum fuisse putem, si codici Laurentiano excutiendo tantum temporis impendere potuisset quantum longi ac difficilis res laboris requirebat. Quod quum ei non licuerit, admirandus potius est quod intra breve tempus tantum praestitit quantum praestitum ab eo videmus quam reprehendendus quod passim falsa rettulit, multa quae notari debebant omisit et, quod gravius est, diversorum quas codex expertus est correctorum manus adeo non distinxit ut ne animadverterit quidem unum inter eos fuisse, quem ego διορθωτοῦ nomine appello, qui non solum scholia Graeca marginibus Sophoclis et Aeschyli adscripsit, sed etiam quattuordecim has tragoedias totas, modo recte modo secus, correxit. Quibus de rebus omnibus ut nihil usquam dubitationis mihi relinqueretur, Friderici Duebneri amicitiae debeo, qui eadem, quae in aliis hujusmodi laboribus ejus saepius praedicanda mihi fuit, oculorum acie et mentis perspicacitate codicem totum denuo excussit. Post quem si qui eundem laborem suscipient, etsi de literis paene evanidis fortasse passim alia quam Duebnerus conjicere vel leves nonnullos librarii errores iis quos Duebnerus annotavit addere poterunt, tamen vix quidquam prolaturos esse confido ex quo aliqua ad verba poetae emendanda utilitas redundare possit.

Codex igitur postquam ab librario totus exaratus esset, denuo cum archetypo ab eo est collatus, quo factum ut et versus primo omissos plures[b] in margine supplere scribendique vitia quae commiserat plurima vel litura facta vel vera lectione superscripta corrigere posset, raro admixtis suis ipsius conjecturis, in quibus ultra

[b] Versus in textu codicis omissi, sed in margine vel ab librario vel, quorum numeros uncis inclusi, ab διορθωτῆ suppleti, viginti sex sunt hi, Oed. R. 62. 141. 579. 641. (1104.) Oed. Col. 69. 90. 899. 1105. 1256. 1375. Antig. 68. 69. 780. Electr. 15. 275. 586. (993.) (1007.) 1485. 1486. Trach. 177. 445. 536. Philoct. 807. 1263. qui versus et Trach. 177. ultimi sunt paginarum versus: unde explicandus lapsus librarii. Unus qui ab manu recentiore additus est versus Oed. R. 800., non est Sophoclis, sed lacunae explendae caussa confictus ab interpolatore, de quo dixi in annotatione ad eum. Antigonae versum 1167., qui in codice et apographis desideratur, ex Athenaeo supplevit Turnebus. Duobus in locis, Oed. Col. 1119. 1120. et Antig. 482. 483., librarius ordinem versuum invertit, sed errore animadverso rectum ordinem appositis literis β α restituit, quod altero loco fugerat Elmsleium, qui versum 483. τούτοις ἐπαυχεῖν καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν ab codice abesse notavit, quum oculis ad versum 482. aberraret, qui alteri illi postpositus est.

levissimas mutationes nusquam processit[c]. Ex quo sequitur correctionum ab eo factarum plerumque majorem esse auctoritatem quam eorum quae primo scripserat. Post hunc librarium seculis proximis, ut videtur, duobus tres alii codicem invaserunt correctores, quorum manus nec distingui ubique possunt, nec, si possent, ullius momenti foret, quum eorum correctiones ita omnes comparatae sint ut neque archetypum codicis exemplar neque alios libros antiquiores ab iis inspectos esse, sed omnia conjecturis, modo veris modo falsis, deberi pateat, quod manifestius etiam est in recentium aliquot usque ad seculum sextum decimum librariorum vel lectorum correctionibus, quarum paucas ipsorum conjecturis deberi, plerasque ex interpolatis codicis Laurentiani apographis haustas esse certissimum haberi potest[d]. Longe majoris momenti alia est ejusdem quo codex scriptus est seculi, ut videtur, manus grammatici, quem *διορθωτὴν* ab me vocari supra dicebam, in annotationibus vero, quia scholia quoque, de quibus infra dicetur, marginibus adscripsit, litera *S* designavi. Is Sophocli eandem quam Aeschylo operam praestitit. Nam quattuordecim has tragoedias non solum cum archetypo rursus contulit,—de quo omnem dubitationem eximunt versus plures et Sophoclis et Aeschyli a primo librario omissi, sed ab *διορθωτῇ* in margine adjecti—sed etiam, quum multo quam prior librarius oculatior et peritior esset, plurima scribendi vitia correxit, inter quas correctiones etsi fortasse plures sunt quas archetypo accuratius quam a primo librario factum erat inspecto debeat, longe major tamen earum numerus est quas ex conjectura factas esse certissimis constet indiciis. Quas conjecturas utrum omnes ipse fecerit an partim ab aliis acceperit grammaticis incertum est, quum

[c] Sic Oed. C. 63. *πλέον*. 190. *εἴτοιμεν—ἀκούσαιμεν*. 701. *παιδοτρόφου* (nisi, quod probabilius, hic eo erravit quod archetypi scripturam *πεδοτρόφου*, quam primo recte in *παιδοτρόφου* mutaverat, postmodum restituit: qua ratione fortasse aliae quoque nonnullae correctiones ejus judicandae sunt,) Ant. 344. *ἀμφιβαλὼν* (*ἀμφιβαλὸν* propter *τοῦτο* quod praecedit positum). 688. *σοῦ*. 1022. *βεβρῶτεσ*. 1027. *πέλει*. 1339. *ἐκποδὼν*. Electr. 439. *δ' ἄν*. 449. *φόβασ*. 534. *τίνων* (participio *τίνων* pro genitivo plurali pronominis habito.) 1175. *γλώσσησ*. Trach. 720. *δρμῇι*. Phil. 523. *ἔξειισ*. 1019. *ἠὐξάμην*.

[d] Recentissimarum hujusmodi correctionum exempla partim post editionem Aldinam, ut videtur, factarum, vide in annot. ad Trach. 447. 592. 593. 631. 659. 747. 886. 1018, 1051. 1225.

circa tempora illa alii exstitisse videantur grammatici, qui artem criticam, quatenus possent, his tragoediis adhiberent, quod ab Elmsleio extra dubitationem positum est in annotatione ad Oed. Col. v. 7., quattuor uso, qui unius instar codicis sunt, apographis. Parisinis 2787. (B.) et 2711. (T.), Vaticano Palatino 287. (V.), Neapolitano Farnesiano (F.), quae ab codice Laurentiano saepissime quidem dissentiunt, sed nonnisi levissimorum vitiorum emendationes, mixtas temerariis grammaticorum conjecturis, praebent, quas ex libris codici Laurentiano aetate vel paribus vel superioribus haustas haberi non posse ne Elmsleium quidem fugit, licet rationem quae inter apographa et codicem Laurentianum intercedit cognitam non haberet. Plane ejusdem generis sunt correctiones quas *διορθωτὴς* codicis Laurentiani fecit, modo litura facta textui illatas, modo inter versus vel in margine scriptas, modo cum usitata grammaticis sigla *γρ.* vel ad textum vel inter scholia annotatas, qua non *γραπτέον*, sed *γράφεται* significari addita interdum *καὶ* particula ostendit, velut Oed. R. 1322. Ant. 699: ex quo quis fortasse colligat omnes hujusmodi scripturas non ab *διορθωτῇ* excogitatas, sed ex apographis esse annotatas. Inter quas, ut inter ceteras *διορθωτοῦ* correctiones, etsi plures reperiuntur leviorum vitiorum codicis Laurentiani emendationes certissimae, non minor tamen earum numerus est quae inutilibus ac saepe inconsideratis debeantur recentium grammaticorum conjecturis, raris in Oedipo Rege, frequentioribus in sex fabulis ceteris, de quo lectores facile ipsi judicare poterunt, si scripturas in varietate lectionis sigla *γρ.* notatas perlustrare volent.

Haec sufficient ad cognoscendam codicis Laurentiani, qualem vel ab librario scriptum vel ab correctoribus interpolatum accepimus, indolem et auctoritatem. Quamobrem nunc de apographis dicam, quae plurima supersunt, praesertim de tribus fabulis, quae fere solae in scholis Byzantinorum legi solebant, Ajace, Electra et Oedipo Rege. Haec apographa olim ex diversis codicibus antiquis derivata et pari fere auctoritate esse credebantur, qui criticis plurimorum errorum fons fuit, nunc vero omnia libro Laurentiano originem suam debere manifestum est, quantumvis inter se discrepent, quum alia accuratius, alia negligentius scripta et correctorum manus alia rarius alia frequentius sint experta, quorum audacissimus fuit Demetrius Triclinius, grammaticus seculi quarti decimi, qui levia diverbiorum vitia interdum bene correxit, sed melica carmina quum metra in ordinem redigere conaretur, licet metrorum lyrico

rum imperitissimus esset, incredibili licentia interpolavit: quas ineptias satis erit verbo tetigisse. Ceterorum vero, quae Triclinii manum non sint experta, apographorum alia antiquiora sunt et propius ad codicem Laurentianum accedunt, alia recentiora, alio ex alio descripto, scripturam exhibent multo frequentius, etsi non Tricliniana licentia, interpolatam. Prioris generis tria potissimum sunt, quae in annotationibus interdum memoravi, Parisinum septem fabularum 2712. (A.) membranaceum seculi tertii decimi, a Brunckio, quamvis non satis diligenter, collatum, Florentinum olim Abbatiae, hodie bibliothecae Laurentianae 2725. (ab me litera Γ. notatum) membranaceum seculi tertii decimi, quattuor fabulas complexum, Ajacem, Electram, Philoctetam et Oedipum Regem, cujus scripturas edidi in editione Lipsiensi a. 1825., denique Florentinum Laurentianum xxxi, 10. septem fabularum, chartaceum seculi quarti decimi, quod passim ab librario semidocto interpolatum esse non fugit Elmsleium in Praef. ad Oedipum. Col. p. iii. Nihilominus ego hujus apographi, quod Elmsleius sigla Lb. designavit, pluribus in locis mentionem feci, quia ex ipso codice Laurentiano descriptum videtur ea aetate qua multae libri vetusti literae facilius et certius quam hodie legi poterant. De apographo Parisino 2712. (litera A. notari solito), cui simillima est editio Aldina, multorum laudibus, etsi immeritis, olim celebrato, pluribus dicetur in Praefatione ad Antigonam. Reliquorum apographorum turbam, quae in tribus potissimum fabulis illis quas supra dicebam, Ajace, Electra et Oedipo Rege versatur, commemorare nihil attinet, sed satis erit si codicis Laurentiani vitiorum emendationes, quas apographis vel antiquioribus vel recentioribus debeamus, infra ponam, omissis errorum orthographicorum accentuumque correctionibus.

I. Oedipus Rex.

77. ὅσ' ἂν apogr.] ὅσα codex Laurentianus. 117. κατεῖδ'] κατεῖδεν 180. δὲ γένεθλα] δ' ἁ γενεθλα 185. ἱκετῆρες] ἱκτῆρεσ ib. ἐπιστενάχουσι] ἐπιστονάχουσι 281. οὐδ' ἂν εἷς] οὐδεεἰσ 290. et 294. γ'] τ' 322. ἔννομ'] ἔννομον 337. ἐμέμψω] ἐπέμψω ib. σοὶ] σὴν 478. πέτρας] πετραῖοσ 598. αὐτοῖσι πᾶν] αὐτοὺσ ὅπαν 630. μέτεστιν] μέτεστι τῆσδ' 657. βαλεῖν] ἐκβαλεῖν 689. ὄναξ] ἄναξ 696. οὔρισας] οὔρησασ 722. παθεῖν] θανεῖν

730. τριπλαῖς (ex v. 716.)] διπλαῖσ 742. λευκανθεὶς] λευκανθὲσ 748. ἐξείπῃς] ἐξείποισ 749. ἂν δ'] ἃ δ' ἂν 752. δ' αὐτοῖσιν] αὐτοῖσι δ' 773. λέξαιμ'] λέξοιμ' 893. θυμοῦ] θυμῶι 903. ὄρθ'] ὀρθὸν 926. κάτισθ'] κάτοισθ' 943. ὦ γέρον. | εἰ μὴ λέγω] εἰ δὲ μὴ | λέγω γ' ἐγὼ 967. κτενεῖν] κτανεῖν 1011. ταρβῶν] ταρβῶ 1030. δ'] γ' 1031. κακοῖς με conjectura valda incerta] καιροῖσ 1046. γ'] γὰρ 1061. ἐγὼ] ἔχω 1084. τοιόσδε δ'] τοιόσδ' 1157. ἡμέρᾳ] ἐν ἡμέραι 1182. ἐξήκοι] ἐξίκοι 1203. Θήβαισιν] θήβαισ 1212. ἐδυνάθησαν] ἐδυνάσθησαν 1217. εἰδόμαν] ἰδόμαν 1260. ὑφηγητοῦ] ὑφ' ἡγητοῦ 1265. ὅπως] ὅπωσ δ' 1294. κλῆθρα γὰρ] κλῆιθρά γε 1306. τοίαν] ποίαν 1314. ἐπιπλόμενον] ἐπιπλώμενον 1336. ταῦθ'] τάδ' 1349. ἀγρίας] ἀπ' ἀγρίασ 1355. ἄχος] ἄχθοσ 1387. ἂν ἐσχόμην] ἀνεσχόμην 1389. ἦ] ἦν 1459. Κρέον] Κρέων 1474. ἐκγόνοιν] ἐγγόνοιν

II. Oedipus Coloneus.

5. σμικροῦ] μικροῦ 25. τοῦτό γ'] τοῦτον 34. αὐτῆς θ'] αὐτῆσ, sine θ' 40. σκότου] σκότουσ 44. ἴλεῳ (ex schol.)] ἵλεωσ 51. ἄτιμος ἔκ γ'] ἄτιμόσ γ' ἔκ γ' 61. ὠνομασμένοι] ὠνομασμένον 70. ἂν] οὖν 94. παρηγγύα] παρεγγύα 138. ἐκεῖνος] ἐκεῖνοσ ὁρᾶν 143. ἀλεξῆτορ] ἀλεξήτωρ 146. γὰρ ἂν ὧδ'] γὰρ ὧδ' 170. ἔλθῃ] ἔλθοι 174. ξεῖνοι] ξένοι 180. προβίβαζε] προσβίβαζε 215. ξένε] ξεῖνε 217. βαίνεις] μένεισ 227. ὑπέσχεο] ὑπέσχετο vel ὑπέσχεσο 228. οὐδενὶ μοιριδία] οὐδενί μοι ῥαιδία 233. δὲ] δ' ἐκ 243. τοὐμοῦ] τοῦ 252. ἂν ἀθρῶν] ἀναθρῶν ib. βροτὸν] βροτῶν 294. τῆσδε γῆς] τῆσ γῆσ 302. τίς δ'] τίσ, sine δ' 320. σαίνει] σημαίνει 325. προσφωνήμαθ'] προφωνήμαθ' 327. δύσμοιρ'] δύσμορ' 334. ᾧπερ] ὥιπερ τ' 351. δεύτερ'] δεῦρ' 358. τίς σ'] τίσ 366. σημανοῦσ'] σημαίνουσ' 381. καθέξον] καθέξων 417. γ'] θ' 421. τὴν πεπρωμένην] τῶν πεπραγμένων 423. αὐτοῖν] αὐτῶν 426. οὔτ' ἂν οὐξεληλυθώς] οὔτ' ἐξεληλυθὼσ 432. κατήνυσεν] κατηίνυσεν 436. ἐφαίνετ'] ἐμφαίνετ' 444. ἠλώμην] ἠλόμην 452. τε] γε 459. ποιεῖσθαι τῇδε τῇ] ποεῖσθε τῆιδε μὲν τῆι 488. τ'] γ' 491. παρασταίην] παρασταίμην 492. δὲ] δ' αὖ 493. παῖδε κλύετον] παῖδ' ἐκλύετον 509. πονεῖ] πονῇ 520. προσχρῄζεις] προχρήιζεισ 525. μ' ἐν] μὲν 565. οὐδέν'] οὐδὲν 566. συνεκσώζειν] συνεκσώιζειν σ' 591. παρίεσαν] παρήεσαν 619. δεξιώματα] δεξιάματα 639. εἰ δ'] εἴτ'

652. ὄκνος σ' ἔχει] ὄκνος ἔχει 678. βακχιώτας] βακχειώτας 692. οὐδ' ἁ] οὐδ' αὖ 700. μέγιστα] μεγίσται 775. τίς αὕτη] τοσαύτη 778. χρῄζοις] χρήιζεισ 780. τῆσδ' ἂν] τῆσδ', sine ἂν 781. σὺ] σοὶ 783. τοῖσδ'] τοῖσ 840. ἔγωγ'] ἐγὼ δ' 841. ὧδε βᾶτ'] ὧδ' ἐμβᾶτε 844. ἀφέλκομαι] ἀφέλκομ' ὦ 849. ὁδοιπορήσῃς] ὁδοιπορήσεισ 850. τε] om. 861. λέγεις] λέγοισ ib. ὡς] om. 863. ψαύσεις] ψαύεισ 887. ποθ'] ποθεν 889. εἰδῶ] ἴδω 902. γέλως δ' ἐγὼ] γέλωσ ἐγὼ 910. στήσῃς] στήσεισ 915. ἐπεισπεσὼν] ἐπιπεσὼν 924. ἐπεμβαίνων] ἐπιβαίνων 938. δ'] τ' 939. λέγων] λέγω 945. κἄναγνον] κἄνανδρον 971. ὀνειδίζοις] ὀνειδίζεισ 972. πω] πῶσ 978. τλῆμον] τλήμων 1007. τοῦθ'] τοῦδ' 1010. τάσδε τὰς θεὰς] τᾶσδε θεᾶσ 1012. θ'] om. 1024. ἐπεύξωνται] ἐπεύχονται 1099. ὦ πάτερ πάτερ] ὦ πάτερ ὦ πάτερ 1100. τόνδ'] τῶνδ' 1104. προσέλθετ'] πρόσελθ' 1105. δότε] τόδε 1110. ἔτ' ἂν] ὅταν 1112. πλευρὸν] πλευρὰν 1113. κἀναπαύσατον] κἀναπαύσετον 1125. τό γ'] τοῦτό γ' 1130. χέρ'—δεξιὰν] χαῖρ'—δεξιάν τ' 1131. εἰ] ἦ 1151. στείχοντι] στίχειν τί 1160. προσχρῄζοντα] προσχρήιζοντι 1194. ἐξεπᾴδονται] ἐξαπαίδονται 1230. φέρον] φέρων 1234. κατάμεμπτον] κατάπεμπτον 1244. ἅται] αἵτε 1337. ἐξειληχότες] ἐξειληφότεσ 1340. ξυμπαραστήσῃ (debebant—ει)] ξυμπαραστήσεισ 1357. φορεῖν] φέρειν 1415. τὸ ποῖον] τὸ om. 1418. οἷόν τε] οἷόν γε 1429. οὐκ] οὐδ' 1437. τ'] γ' 1441. πιθοῦ] πείθου 1469. δέδια] δέδεια 1481. ἀφεγγὲς] ἀφθεγγὲσ 1494. ποσειδαονίῳ] ποσειδαωνίωι 1498. παθών] παθῶν 1514. πολλὰ βρονταὶ] πολλαὶ βρονταὶ 1517. χρὴ] χρῆν 1529. στέργων ὅμως] στέργω νόμωι 1531. ἀφικνῇ (conjectura incerta)] ἀφίκηι 1564. νεκρῶν] νεκύων 1573. ἔχει] ἀνέχει 1578. τὸν] τίν' 1583. κἀπόνῳ] καὶ πόνωι 1588. ὑφηγητῆρος] ὑφ' ἡγητῆροσ 1597. ἔλυσε] ἔδυσε 1600. μολούσα] μολοῦσαι 1605. ἀργὸν οὐδὲν] οὐδὲν ἀργὸν 1640. φρενὶ] φέρειν 1641. μηδ'] μή μ' 1658. αὐτὸν] αὐτῶν 1664. ἀλγεινὸς] ἀλγεινῶσ 1669. φθόγγοι σφε] φθόγγοισ δὲ 1683. ὀλεθρία] ὀλεθρίαν 1697. ἦν τις] ἦν τισ ἦν 1725. ῥέξομεν] ῥέξωμεν 1728. ἐγὼ] ἔγωγε 1748. μόλωμεν] μέλωμεν 1754. προσπίτνομεν] προσπίπτομεν 1775. ἔρρει] ἔρρεισ

III. Antigona.

29. ἄκλαυτον ἄταφον] ἄταφον ἄκλαυτον 42. ποῦ] ποῖ 153.

παννυχίοις] παννύχοισ 162. πόλεος] πόλεωσ 193. τῶν] τῶνδ' 235. πεφραγμένος] πεπραγμένοσ 284. ὑπερτιμῶντες] ὑπερτιμῶντασ 323. δοκεῖν] δοκεῖ 367. ποτὲ] τοτὲ 386. δέον] μέσον 413. κινῶν] κεῖνον 420. ἐν δ'] ἔνθ' 467. ἠνσχόμην] ηἰσχόμην 504. ἀνδάνειν] ἀνδάνει 541. ποιουμένη] ποιουμένην 571. υἱέσι] υἱάσι 575. ἔφυ] ἐμοί 605. κατάσχῃ] κατάσχοι 635. μοι] μου 673. πόλεις] πόλισ θ 681. κεκλέμμεθα] κεκλήμεθα 685. λέγεις] λέγησι 698. μήθ'] μηδ' 699. τιμῆς] τιμαῖσ 706. ἔχειν] ἔχει 721. πλέων] πλέω 757. κλύειν] λέγειν 760. ἄγετε] ἄγαγε 761. θνήσκῃ] θνησίκει 770. κτανεῖν] κατακτῆναι 782. ὃς] ὅσ τ' 831. τέγγει] τάκει Post 837. lectum ζῶσαν καὶ ἔπειτα θανοῦσαν om. 844. κρῆναι] καὶ κρῆναι 863. ματρῷαι] πατρῶιαι 864. κοιμήματά τ'] κοιμήματ' 865. δυσμόρου] δυσμόρωι 885. ἄξεθ'] ἄξεσθ' 887. ἄφετε] ἀφεῖτε 918. παιδείου] παιδίου 920. θανόντων] θανάτων ib. κατασκαφάς] κατασφαγὰσ 931. τοῖσιν] τοῖσ 939. δὴ] δὴ 'γὼ 951. ἀλλ' ά] ἀλλὰ 965. τ' additum. 970. ἀγχίπτολις] ἀγχίπολισ 980. ματρὸς] πατρὸσ 998. σημεῖα τῆς ἐμῆς] τῆσ ἐμῆσ σημεῖα 1025. οὐκέτ' ἔστ'] οὐκ ἔστ' 1027. ἀκίνητος] ἄϋητοσ 1040. οὐδ' εἶ] οὐ δὴ 1098. Κρέον] λακεῖν 1105. καρδίας] καρδίαι 1108. ἴτ' ἴτ'] ἴτ' semel 1114. σώζοντα τὸν βίον] τὸν βίον σωίζοντα 1120. παγκοίνοις] παγκοίνουσ 1163. λαβών τε] λαβόντε 1226. οἷον] ποῖον 1241. εἰν] ἐν 1313. μόρων] μόρωι 1336. ἐρῶ μὲν] μὲν om.

IV. Ajax.

29. νέμει] τρέπει 44. βούλευμ'] βούλημ' 61. φόνου] πόνου 113. ἐγώ σ' ἐφίεμαι] ἔγωγέ σ' ἐφίεμαι 149. πᾶσιν] πάντων 236. τὰ δὲ] τάσ δὲ 245. ἤδη] ἤδη τοι 279. ἥκῃ] ἥκοι 305. ἐπάξας] ἀπάιξασ 313. φανοίην] φανείην 419. ὦ] ἰὼ 456. τἄν] γ' ἄν 496. τελευτήσας] τελευτήσεις vel τελευτήσησ 515. σὺ] σοὶ 516. ἄλλη] ἀλλ' ἡ 521. πάθοι] πάθηι 544. ὅθ'] ὧδ' 546. που] τοῦ 565. ἐνάλιος] εἰνάλιοσ 573. 'Αχαιοῖς] ἀχαιοὺσ 593. ξυνέρξεθ'] ξυνέρξεσθ' 597. ἁλίπλακτος] ἀλίπλαγκτοσ 601. μίμνω] μίμνων 621. ἔπεσε] ἔπεσεν 632. στέρνοισι] στέρνοισ 636. ἄριστος ex schol.] om. 667. 'Ατρείδας σέβειν] ἀτρείδα σέβειν 689. ὑμῖν] ὑμῶν 693. ἀνεπτόμαν] ἀνεπτάμαν 700. ἰάψῃς] ἰάψεισ 716. τ' 'Ατρείδαις] ἀτρείδαισ, sine τ' 742. τύχοι] τύχηι 831. 836. θ'] δ' 885. ποταμῶν] ποταμῶν ἵδρισ 900. 901. ὤμοι] ἰώ μοι 903. ταλαῖφρον] ταλαίφρων 914. δυσ-

ὠνυμος] *ὁ δυσώνυμοσ* 950. *πολύτλας*] *ὁ πολύτλασ* 1008. *πού με*] om. *με* 1024. *πῶς σ'*] *σ'* om. 1063. *τοσοῦτον*] *τοιοῦτον* 1070. *λόγων*] *λόγων τ'* 1127. *δεινόν γ'*] *δεινόν τ'* 1192. *ὄφελε*] *ὤφελε* 1205. *ἐρώτων δ' ἐρώτων*] *ἐρώτων. ἐρώτων δ'* 1290. *αὐτὰ*] *αὐτῶ* 1296. *φιτύσας*] *φυτεύσασ* 1404. *ταχύνατε*] *ταχύνετε*

V. Electra.

57. *φέρωμεν*] *φέροιμεν* 61. *οὐδὲν*] *ὡσ οὐδὲν* 99. *φονίῳ*] *φοινίωι* 192. *ἀμφίσταμαι*] *ἀφίσταμαι* 226. *ποτ' ἂν*] *ἂν* om. 281. *ἱρὰ*] *ἱερὰ* 413. *λέγοις* Triclin.] *λέγεις* 422. *ᾧ*] *τῶι* 554. *θ' ὕπερ*] *θ'* om. 583. *τυγχάνοις*] *τυγχάνεισ* 594. *λαμβάνεις*] *λαμβάνει* (*τυγχάνει* pr.) 596. *ἴης*] *ἴεισ* 618. *προσεικότα*] *προσηκότα* (ut Suidas) 684. *δρόμον*] *δρόμου* 689. *τοιάδ'*] *τοιοῦδ'* 721. *δεξιόν τ'*] *τ'* om. 825. *Ἅλιος*] *ἀέλιοσ* 888. *βλέψασα*] *κλέψασα* 890. *λοιπὸν*] *λοιπόν μ'* 918. *νῷν δ'*] *δ'* om. 1015. *πιθοῦ*] *πείθου* 1094. *ἐν ἐσθλᾷ*] *ἐν* om. 1099. *θ'*] *δ'* 1107. *ματεύουσ'*] *μαστεύουσ'* 1139. *λουτροῖς σ'*] *σ'* om. 1174. *ἀμηχανῶν*] *ἀμηχάνων* 1197. *οὐδ' ὁ*] *οὔθ' ὁ* 1207. *πιθοῦ*] *πείθου* 1222. *προσβλέψασα*] *προσβλέψουσα* 1275. *πολύπονον*] *πολύστονον* 1304. *δεξαίμην*] *λεξαίμην* 1328. *ἐγγενὴς*] *ἐκγενὴσ* 1336. *ἀπλήστου*] *ἀπλείστου* 1337. *μέλλειν*] *μέλειν* 1343. *οὖν*] *ἐν* 1384. *ὅπη*] *ὅπου* 1396. *ἄγει*] *ἐξάγει* 1409. *ποῦ*] *ποῖ* 1496. *τοι*] *τε* ib. *ὡς ἂν*] *ἂν* om.

VI. Trachiniae.

7. *νυμφείων*] *νυμφίων* 22. *θακῶν*] *θώκων* 69. *ἄροτον*] *ἄροτρον* 79. *ὡς ἦ*] *ὡς οἱ* 97. *τοῦτο*] *τούτωι* 98. *πόθι παῖς*] *πόθι μοι παῖσ* 101. *ἀπείροις*] *ἀπείροισιν* 118. *ὥσπερ*] *ὥστε* 128. *ἐπέβαλε*] *ἐπέβαλλε* 163. *διαιρετὴν*] *διαιρετὸν* 206. *ἀλαλαγαῖς*] *ἀλαλαῖσ* 245. *ἐξείλεθ' — ἀνήριθμον*] *ἐξῆλεθ' — ἀρίθμιον* 277. *μοῦνον*] *μόνον* 356. *οὐδ'*] *οὔτ'* 424. *ταῦτά γ'*] *ταῦτ'* 432. *κοὐχ ἡ*] *κουχὶ* 476. *Ἡρακλῆ*] *ἡρακλεῖ* 491. *νόσον γ'*] *νόσον* ib. *ἐξαρούμεθα*] *ἐξαιρούμεθα* 502. *Ποσειδάωνα*] *ποσειδῶνα* 527. *ἀμφινείκητον*] *ἀμφινίκητον* 534. *φράσουσα*] *φράζουσα* 561. *λαίφεσιν*] *λαίφαισιν* 571. *ὑστάτην σ'*] *σ'* om. 588. *εἴτις*] *ἤτισ* 592. *οὐδ' εἰ δοκεῖσ*] *οὐδοκεῖσ* 621. *οὔ τι*] *οὔ τοι* 685. *ἀκτῖνός τ'*] *τ'* om. 700. *ἂν βλέψειας*] *ἐκβλέψειασ* 704. *Βακχίας*] *βακχείασ* 736. *μητέρ'*] *μητέρα σ'* 810. *προὔβαλες*] *προὔλαβεσ* 835. *ἀέλιον*]

ἅλιον 932. ἰδὼν δ' ὁ παῖς] ἰδὼν δ', omisso ὁ παῖς 966. προκηδομένα] προκηδομέναν 1013. ἐπιτρέψει] ἀποτρέψει 1035. ἐμᾶς] ἡμᾶσ 1071. ὥστε] ὥστις 1159. πρόφαντον (ex 1163).] πρόσφατον 1181. ἔμβαλλε] ἔμβαλε 1211. γ'] μ' 1230. τὸ] τῶι 1266. δὲ θεοῖς] τε θεῶν 1273. πάντων] ἁπάντων

VII. Philocteta.

10. κατεῖχ'] κατείχετ' 23. εἶτ'] ἦτ' 24. κλύῃς] κλύοισ 29. γ'] τ' ib. τύπος] κτύποσ 55. ἐκκλέψεις] ἐκκλέψησισ 61. μόνην] μόνην δ' 81. τοι] τι 106. οὐδὲ] οὔτε 126. δοκῆτέ τι] δοκῆτ' ἔτι 139. γνώμα] γνώμασ 171. μηδὲ] μὴ 200. χρῆναι] χρῆν 205. ἐτύμα] ἑτοίμα 214. ἀγροβότας] ἀγροβάτασ 220. ναυτίλῳ πλάτῃ] κἀκ ποίασ πάτρασ 237. τις] τίσ δ' 241. οἶσθα δὴ] οἶσθ' ἤδη 285. δὴ] οὖν 286. βαιᾷ] βαιῆι 288. ἐξεύρισκε] εὕρισκε 316. ἀντίποιν'] ἀντάποιν' 414. ἀλλ' ἦ] ἦ, omisso ἀλλ' 417. Λαερτίῳ] Λαερτίου 420.'Αργείων] ἀργείωι 445. δ' ἔτ'] δέ τ' 465. εἵκῃ] ἥκηι 481. ἐμβαλοῦ] ἐκβαλοῦ 494. βεβήκῃ] βεβήκοι ib. ἰγμένοις] ἱκμένοισ 559. ἅπερ γ'] γ' om. 571. ἐγώ] ἔσω 582. διαβάλῃς] διαβάλληισ 639. τοὐκ] τοῦ 655. ἄλλα γ'] ἀλλ' 663. τόδ'] τότ' 688. κλύων] κλύζων 716. λεύσσων] λεύσσειν 745. βρύκομαι] βρύχομαι 771. μηδὲ] μήτε 772. μεθεῖναι ταῦτα] μεθεῖνε, omisso ταῦτα 783. φοίνιον] φόνιον 789. φύγητε] φύγοιτε 895. γε] λέγε 901. ἔπεισεν] ἔπαισεν 907. γε] τε 910. εἰ μὴ 'γὼ] εἰ μὴ κἀγὼ 924. τὰ τόξα] τὰ om. 926. ποιεῖν] ποεῖν 945. ἑλὼν] ἑλῶν μ' 950. ἀλλ' ἀπόδος] ἀλλ' om. 967. παρῇς] παρῇι 984. τολμίστατε] τολμήστατε 1023. γε] τε 1028. ἔβαλον] ἔκβαλον 1051. λάβοις μου] μου om. 1120. ἀρὰν] ἀρὰν ἀρὰν 1168. ᾧ] ὃ 1180. ἴωμεν ἴωμεν] ἴομεν ἴομεν 1192. προῦφαινεσ] προὔφανεσ 1226. πιθόμενος] πειθόμενοσ 1231. τί χρῆμα] τί χρῆμα τί 1235. πότερα δὴ] δὴ om. 1275. παῦε] παῦσαι 1294. ὑπέρ τ'] τ' om. 1302. τί μ'] τίν' 1308. μὲν δὴ] δὴ om. 1310. φύσιν δ'] δ' om. 1319. τούτοις] τούτοισιν 1322. εὐνοίᾳ] εὔνοιάν σοι 1332. ἑκὼν αὐτὸς] αὐτὸσ ἑκὼν 1354. ἐμοῦ] ἐμοὶ 1366. τάδε] τόδε 1395. ἐμοὶ μέν] μὲν om. 1404. φεύξομαι] φεύξωμαι 1469. ἀολλεῖς] ἀολλέεσ

Haec igitur qui accuratius considerare volent facile intellecturos esse puto quantis difficultatibus implicetur qui leves illas emendationes non ab recentioribus correctoribus factas, sed ex antiquioribus nescio quibus codicibus derivatas esse sibi persuadeat. Primo enim omnes ita sunt comparatae ut locis in codice Laurentiano gravius corruptis nihil usquam medelae afferant, sed ea tantum emendatiora exhibeant quae captum correctorum qui proximis post librarium et διορθωτὴν codicis Laurentiani seculis vixerunt nusquam excedant: quod verissime ab me dici similium in aliis scriptoribus exemplorum plurimorum comparatio docet, velut codicis Marciani Athenaei, cujus in apographis emendationes vitiorum plurimae inter easque non paucae aliquanto quam Sophocleae acutius excogitatae reperiuntur, licet earum auctoribus nullis praeter codicem Marcianum libris uti licuerit, de quo hodie, postquam codex ab C. G. Cobeto diligentius quam olim ab Schweighaeusero est excussus, ita constat ut ab nemine qui mentis compos sit in dubitationem vocari possit. Porro animadversione dignum est correctiones quas supra exposui Sophocleas non omnes aut omnium aut multorum apographorum esse communes, sed plurimas in uno tantum alteroque reperiri apographo, vel ab Triclinio factas esse: quod ipsum quoque indicio est non antiquioribus eas libris deberi, sed ab uno alteroque librario, quem leve exemplaris quod describendum acceperat vitium advertisset, factas esse. Denique verae illae correctiones in apographis omnibus cum falsis, quarum exempla plurima ex Oedipo Coloneo ab Elmsleio in annotatione ad v. 7. collecta esse supra dicebam, mixtae sunt, quae etsi improbandae sunt, tamen non raro tantum certe judicii et doctrinae produnt quantum etiam rectis leviorum vitiorum correctionibus sufficere potuerit, ut absurdum sit solas conjecturas falsas correctoribus imputare, rectas vero nullas usquam ab iis inventas, sed omnes ex codicibus antiquioribus nunc perditis petitas esse credere. Nec quidquam proficiat qui nihilominus fieri potuisse contendat ut unum vel plura exstiterint exemplaria Laurentiano nostro simillima quidem, sed tamen passim emendatiora, ex quibus aliqua certe rectarum lectionum supra ab me collectarum pars per libros recentiores propagari potuerit. Quod si vel maxime concedatur fieri potuisse, tamen si codices illi Laurentiano nostro simillimi fuerunt, quod mirus librorum manuscriptorum qui hodie supersunt in vitiis gravioribus omnibus consensus credere

jubet, doceri me velim quo indicio cognoscatur fictitios codices istos in locis illis omnibus vel plerisque, quos a correctoribus emendatos supra dicebam, non iisdem quibus Laurentianum exemplar nostrum vitiis depravatos fuisse. Itaque caute prudenterque judicantibus nihil relinquitur quam ut ea omnia quae in apographis rectius quam in codice Laurentiano scripta reperiuntur, conjecturis librariorum grammaticorumque tribuantur, donec certioribus quam quae adhuc afferri potuerunt indiciis probetur contrarium.

Sequitur ut de scholiis Graecis dicatur, quae διορθωτὴν sua ipsius manu Sophoclis Aeschylique tragoediarum marginibus adscripsisse supra dicebam: de quibus quum in Praefatione scholiorum voluminis alterius exposuerim, hic paucis defungi licebit. Ac primo quidem in universum tenendum est codicum poetarum Graecorum, qui scholia grammaticorum veterum contineant, genera esse tria. Alii enim nulla scholiorum, quae postmodum aliunde additum iri non poterat praevideri, ratione habita scripti sunt, qualis est codex Homeri Odysseae Harleianus, de quo dixi in Praefatione scholiorum Homericorum p. vii.; alii, textu poetae omisso, scholia sola carminumque ὑποθέσεις continent, ex quo genere est egregius scholiorum in Odysseam codex Bodleianus membranaceus seculi undecimi, de quo in eadem Praefatione dictum p. xvii.; alii denique statim ab initio una cum scholiis scripti sunt, cujusmodi habemus codices eximios Iliadis, alterum Marcianum 354., alterum Townleianum, quorum tam ampla sunt marginum spatia ut copiosorum quae accessura essent scholiorum rationem habitam esse pateat. Primi quod dicebam generis est codex Sophoclis Aeschylique Laurentianus ab librario sine scholiis scriptus, praeeunte, ut conjicere licet, archetypo, quod ipsum quoque scholiis caruisse probabile est, quae postmodum διορθωτὴς ex alio exemplari, in quo scholia fortasse separatim scripta fuerunt, sua manu adjecit suisque correctionibus et additamentis interpolavit, de quo dixi in Praefatione ad Aeschyli editionem Lipsiensem tertiam p. vi. Quae scholiorum collectio quum nullo alio in libro praeter Laurentianum integra exstet, sed excerpta tantum, modo copiosiora, qualia sunt Demetrii Triclinii, modo rariora in paucorum quorundam apographorum, velut Parisini 2712., de quo dixi in Praefatione scholiorum vol. ii. p. vi., marginibus reperiantur, incertum manet quid ex codice Laurentiano derivatum, quid ex simili aliquo scholiorum exemplari excerptum sit, quali Joannem Tzetzam usum esse colligi potest ex

codice Florentino Abbatiae 2725., supra memorato, in quo brevia scholiorum veterum excerpta cum Tzetzae annotationibus permixta leguntur, verbis scholiastarum plerumque quidem compendifactis, sed interdum, praesertim in initio Ajacis, paullo integrioribus quam in libro Laurentiano et partim cum Suida, qui magnam scholiorum veterum partem in Lexicon suum transtulit, consentientibus, ut Suidam codice esse usum appareat qui similis fuerit ei ex quo libri Florentini 2725. excerpta, fortasse ab Tzetza ipso, composita sunt: de quo videnda quae in Praefatione ad scholia dixi vol. 2. p. v. Scholia ipsa partim ex grammaticorum Alexandrinorum commentariis derivata, partim ab inferiorum temporum grammaticis scripta, plurima continent ad interpretationem verborum utilissima, qualia annotationibus meis passim inserui, ad emendanda vero codicis vitia exiguum est quod conferant, quum ad hujusmodi locos in scholiis plerumque vel nihil annotatum sit vel lectiones vitiosae interpretum commentis utcunque explicentur interdum perabsurdis. Itaque non mirandum est perpaucorum tantum locorum emendationes easque plerumque levissimas ex scholiis illis peti potuisse, quarum index hic est.

Oedip. R. 1061. ἔχω codex] *ἐγώ* scholiasta. 1170. *ἀκούων*] *ἀκούειν* Oedip. Col. 35. *ἃ δηλοῦμεν*] *ἀδηλοῦμεν* 44. *ἵλεως*] *ἵλεῳ* 60. *ὠνομασμένον*] *ὀνομασμένοι* 335. *ποῖ*] *ποῦ* 390. *εὐσοίας*] *εὐνοίας* 1076. *ἂν δώσειν*] *ἐνδώσειν* 1077. *τὰν—τλᾶσαν—εὑροῦσαν*] *τᾶν—τλασᾶν—εὑρουσᾶν* 1153. *ἀνθρώπων*] *ἄνθρωπον* 1455. *τὰ δὲ πήματ'*] *τὰ δὲπαρ' ἤμαρ* Antig. 40. *ἢ θάπτουσα*] *ἢ 'φάπτουσα* 46. spurius notatur in scholiis. 117. *φονίαισιν*] *φονώσαισιν* 231. *βραδύς*] *ταχύς* 326. *δεινὰ*] *δειλὰ* 521. *κάτω 'στὶν*] *κάτωθεν* 849. *ἔργμα*] *ἕρμα* 1238. *ῥοὴν*] *πνοὴν*. Ajac. 839.—842. spurii notantur in scholiis. 1056. *δορὶ*] *δόρει*. Electr. 102. *ἀδίκως*] *ἀεικῶς* (i. e. *αἰκῶς*) 272. *αὐτοφόντην*] *αὐτοέντην*. Trach. 7. *ὄκνον*] *ὄτλον* 120. *ἀμπλάκητον*] *ἀναμπλάκητον* 733. *χρόνον*] *λόγον* 1006. *δύστανον*] *ὕστατον* 1074. *ἐσπόμην*] *εἰπόμην*. Philoct. 25. *εἴη*] *ἴῃ* 538. *τάδε*] *κακά* 954. *αὖ θανοῦμαι*] *αὐανοῦμαι* 1100. *λῴονος*] *πλέονος* 1199. *βρονταῖς αὐταῖς*] *βροντᾶς αὐγαῖς*.

Non majoris momenti sunt quae ex aliorum grammaticorum scriptis locos Sophocleos afferentium emendare licuit, quae infra posui.

Oedip. R. 466. *ἀελλοπόδων* codex] *ἀελλάδων* Hesychius.

Oedip. R. 657. *ἐκβαλεῖν*] *βαλεῖν* Suidas.
Ibid. 1123. *ἦν*] *ἦ* scholiasta Homeri.
Oedip. Col. 99. *ὑμῶν*] *ὑμῖν* Suidas.
Ibid. 632. *ὅτου*] *ὅτῳ* Suidas.
Antig. 563. *οὐ γάρ ποτ'*] *ἀλλ' οὐ γὰρ* Plutarchus.
Ajac. 330. *φίλοι*] *λόγοις* Stobaeus.
Ibid. post 554. *τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακόν*] Omisit Stobaeus.
Ibid. 579. *δῶμ' ἀπάκτου*] *δῶμα πάκτου* Eustathius.
Ibid. 656. *ἐξαλεύσωμαι*] *ἐξαλύξωμαι* Hesychius.
Ibid. 715. *ἀναύδητον*] *ἀναύδατον* Hesychius.
Ibid. 1230. *ἐφρόνεις*] *ἐκόμπεις* scholiasta Aristophanis.
Electr. 52. *τε πρῶτον*] *τὸ πρῶτον* Suidas.
Ibid. 192. *ἀφίσταμαι*] *ἀμφίσταμαι* Eustathius (ut est in apographo Lb.)
Ibid. 485. *ἀμφήκης*] *ἀμφάκης* Hesychius.
Ibid. 859. *εὐπατριδᾶν*] *εὐπατριδῶν* (corrigendum *εὐπατρίδων*) Suidas.
Trach. 12. *τύπῳ βούκρανος*] *κύτει βούπρῳρος* Strabo.
Ibid. 396. *νεώσασθαι*] *ἀνανεώσασθαι* Eustathius.
Ibid. 743. *ἀγένητον*] *ἂν ἀγένητον* Suidas.
Ibid. 770. *ὀδαγμὸς*] *ἀδαγμὸς* Photius.
Ibid. 783. *ἀνευφώνησεν*] *ἀνευφήμησεν* scholiasta Euripidis et Hesychius.
Ibid. 788. *Λοκρῶν*] *Λοκρῶν τ'* Diogenes Laertius.
Philoct. 134. *Ἀθηνᾶ*] *Ἀθάνα* Eustathius.
Ibid. 1469. *Ἕρμαιον*] *Ἑρμαῖον* scholiasta Homeri.

Nam aliae lectiones plures, quae veri quandam speciem prae se ferunt, memoriae erroribus potius quam codicum dissensui tribuendae videntur. Ex quo genere has notamus: Oedip. R. 88. *ἐξελθόντα*] *ἐξιόντα* Suidas: sed *ἐξελθόντα* Stobaeus. 276. *ἔλαβες*] *εἶλες* Eustathius. 1035. *δεινόν*] *καλόν* Eustathius (ex Eurip. Med. 514.) Antig. 223. *τάχους*] *σπουδῆς* Aristoteles. 348. *περιφραδὴς*] *ἀριφραδὴς* Eustathius. 911. *κεκευθότοιν*] *βεβηκότων* Aristoteles. Ajac. 761. *βλαστὼν*] *γεγὼς* Eustathius. 1074. *καθεστήκῃ*] *παρεστήκει* Stobaeus. Electr. 256. *γὰρ—με δρᾶν*] *με—ποιεῖν* Aristoteles. 320. *πρᾶγμ'*] *πᾶς* Suidas. 381. *προσόψει*] *κατόψει* Eustathius: *καθορῇ* Ammonius. 467. *ἐπισπεύδειν*] *ἐπισπεύδει* Stobaeus. 608. *ἔργων*] *λόγων* Suidas. 1015. *ἀνθρώποις*] *βροτοῖς* Suidas. Trach. 296. *ὅμως δ'*] *καὶ μὴν* Suidas.

584. *ἐάν πως*] *ἐάν που* Eustathius. 787. *βοῶν—ἐκτύπουν*] *δάκνων—ἔστενον* Diogenes Laertius. Philoct. 267. *ἀγρίῳ*] *φοινίῳ* Eustathius. 388. *λόγοισι*] *τρόποισι* Nicolaus in Walzii Rhetoribus. 460. *δόμῳ*] *μόνῳ* Suidas. 684. *ἔρξας*] *ῥέξας* Eustathius.

Haec igitur sunt quae literarum monumentis, vel per libros scriptos vel per alios fontes, tradita accepimus, quorum etsi non contemnendus usus est ad textum harum tragoediarum conformandum, tamen difficilior laboris pars ut in Aeschylo et Euripide, ita in Sophocle quoque criticorum ingeniis et doctrinae est relicta. Nam etsi plurima in fabulis tragicorum multis ante codices qui nobis relicti sunt seculis vel ab veteribus librariis casu depravata vel licenter interpolata a grammaticis fuisse jam ab Valckenario et Porsono magis quam olim perspectum fuerit, tamen postquam conversis in hoc literarum genus plurimorum studiis quum universae Graecorum linguae, tum Atticae tragicaeque dictionis scientia magnos fecit progressus, plurima in tragicorum scriptis depravata esse intellectum est quae olim aut non animadvertebantur aut interpretum commentis utcunque excusabantur, qualia centena nunc in libris pridem oblivioni traditis delitescunt, alia non pauciora, quae adhuc non solum patienter feruntur, sed interdum adeo acriter contra dissentientes defenduntur, olim non minus contemta ab omnibus jacebunt quam quae in contrariam partem saepissime peccantur vana de verbis sanissimis suspicione mota. Interpolatorum autem veterum temeritas non in verbis solum cernitur saepe ita ab genuina specie deflexis ut vix tenuia veri vestigia relicta sint, sed etiam in versibus spuriis non paucis in Aeschyli et Sophoclis, multo pluribus in Euripidis tragoedias illatis, quod interpolationis genus ab histrionibus Graecis inchoatum, ab inferiorum temporum impostoribus continuatum est: quam quaestionem operae pretium erit aliquando conjunctim pertractari ut clariore quam adhuc fieri potuit in luce collocetur quanta in hoc genere inde ab antiquis temporibus plurimorum fuerit judicii hebetudo, quod insigni cognosci potest Clementis Alexandrini exemplo, qui licet in poetarum Graecorum veterum lectione egregie versatus esset, tamen adeo judicii expertem linguaeque Atticorum veterum imperitum se praebuit ut versus plurimos, quos falsarii Judaei Aeschylo, Sophocli et Euripidi affinxerant, omnes pro genuinis haberet, licet fraus adeo sit manifesta ut neminem, qui vel mediocri Atticae dictionis cognitione imbutus sit, fallere possit.

Quae quo majorem ad perfectionem paullatim adducta fuerit, tanto frequentius multorum in hoc genere superstitio saniori cedet rationi, quemadmodum jam nunc communi omnium consensu versus plurimos damnari videmus ab interpolatoribus in tragicorum fabulas illatos, quorum de auctoritate dubitasse olim inexcusabilis ab multis habebatur documentum temeritatis.

Ad interpretationem Sophoclis fabularum quod attinet, operam dedi ut vel ipse explicarem vel ab aliis, quorum nomina ubi operae pretium videretur apposui, recte explicata memorarem quae interpretatione opus habere viderentur, qua fieri poterat verborum brevitate usus. Nam annotationes, quae scriptis veterum hodie adjungi solent, nihil aliud sunt quam quod Aristophanes dixit *ἀναγκαῖον κακὸν*, quod allaborandum est ut quantum sine lectorum incommodo fieri possit minuatur, non ut in immensum augeatur interpretum verbositate affundendisque amplioribus quam ad intelligenda scriptorum verba opus sit doctrinae copiis: in quo genere hodie minus excusabiliter modus exceditur quam a majoribus nostris, qui in annotationibus suis plurima copiosius exponere debebant quae nunc aut silentio praeteriri aut breviter significari possunt, quum e Lexicis, grammaticorum libris aliisque quorum hodiernis lectoribus copia est omnis generis subsidiis facile peti possint. Non minus ab eo mihi cavendum esse putavi interpretandi genere, cui novissimis temporibus multos indulsisse videmus, qui laudabili ducti accuratae et subtilis interpretationis studio plurima excogitarunt ab Graecorum veterum sentiendi dicendique ratione et simplicitate aliena: quod refutatis multis hujusmodi opinionibus Hermannus Bonitzius, recti et acuti vir judicii, ostendit in Annotationibus ad locos Sophocleos Germanice scriptis (in Actis Academiae Vindobonensis a. 1855. et 1857.), quibus magno cum fructu utentur qui cavere sibi volent ne in idem vitium incidant: quas ego saepius in annotationibus meis memoraturus eram, nisi interpretationis genus illud ab hac editione ita esse exclusum voluissem ut lectoribus sciens certe ne degustandum quidem praeberem. Satis est enim ludi nos saepe inscios falsis interpretationibus locorum quos vel ab librariis corruptos vel ab correctoribus interpolatos esse ab nemine dum animadversum est: quales non paucos in tragicorum fabulis superesse novis in dies exemplis docemur. Sic in hac ipsa quam nunc edo Oedipi fabula miram quandam cogitandi dicendique perversitatem Fr. Haasius in commentatione Vratislaviae a. 1856. edita, quam nuperrime demum vidi,

in luce collocavit diligentius examinatis versibus 622.–626. sic o scriptis,

ΚΡ. τί δῆτα χρῄζεις; ἦ με γῆς ἔξω βαλεῖν;
ΟΙ. ἥκιστα· θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι.
ΚΡ. ὅταν προδείξῃς οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν.
ΟΙ. ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις.
ΚΡ. οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω. ΟΙ. τὸ γοῦν ἐμόν.

licet manifestum sit inepte Oedipum dici προδεῖξαι οἷόν ἐστι τὸ εῖν inepteque Creontem οὐχ ὑπείξειν οὐδὲ πιστεύσειν, quod Oe- non Creontis, est, tamen et scholiastae et recentiores interpre- fficere studuerunt ut quae perversa sunt recte dicta videantur: um opinionibus refutatis Haasius suam ipsius sententiam his is exposuit:

Vitium facile tollitur si versus duos perverso ordine positos sta- us ita ut qui Creontis erat Oedipo, qui Oedipi Creonti tribu- hoc modo:

ΟΙ. ἥκιστα· θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι.
ΚΡ. ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις;
ΟΙ. ὅταν προδείξῃς, οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν;
ΚΡ. οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω.

primum manifestum est quam apte nunc ὑπείκειν et πιστεύειν a de Oedipo dicantur, in quem ea unum conveniunt; hujus est cedere, quia et potestate superior est et injuria magna sibi us videtur, cujus poenam se exacturum ostenderat; quae a quoque, ubi tandem interposito Creontis jurejurando Ioca- et chori precibus adductus est Oedipus ut aliquid de ira remit- et ipse se εἰκάθειν dicit v. 651. et Creon in eadem re εἴκειν utitur v. 673.—Item πιστεύειν verbum in Oedipum unice enit, quem deinde Iocasta sic obtestatur v. 647. ὦ πρὸς θεῶν vσον, Οἰδίπους, τάδε.—Et recte haec in Oedipo sic conjungi mento est locus similis v. 650. ubi pariter chorus et voluntatem inionem Oedipi precibus emendare studet his verbis, πιθοῦ ras φρονήσας τ', ἄναξ, λίσσομαι. Praeterea illud etiam efficitur uod consentaneum erat, non statim in supplici denunciatione n acquiescat, sed modesta interrogatione moneat Oedipum ne n saevo consilio tamque injusta suspicione persistat."

Deinde vero si Oedipo tribuimus illa, quae in interrogatione nda sunt, ὅταν προδείξῃς, οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν; sententia aptis- erit: *itane vero? egone cedam et fidem tibi habeam, quando*

aperte praemonstraveris, quam detestabilis res sit invidia?—Nec dubium nunc esse potest verba illa οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν et de invidiae natura in universum dici, nec tamen de alius quam Creontis invidia cogitari posse, quippe qui suo exemplo, quale sit, si quis invideat, monstraverit. Denique sequentia quoque Creontis verba commodissime sermonem continuant; quae addita γάρ particula causam reddunt cur antea spei aliquid ostenderit fore ut cedat Oedipus et fidem sibi habeat; simul reicit illam accusationem Oedipi de invidia et nefariis suis consiliis eo quod mentis eum nunc non bene compotem esse respondet."

Praeclare haec Haasius, nisi quod non animadverso vitio verborum ὅταν προδείξῃς ipse quoque nonnulla proposuit parum probabilia. Primo enim nemo veterum Atheniensium, qui nullis dum utebantur signis interrogandi, verba ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις interrogative dicta accipere poterat, quum severa quae praecedunt Oedipi verba nihil plane dubitationis de sententia ejus relinquant, et usitatissima in hujusmodi responsionibus sint verba λέγεις, εἶπας et similia affirmative posita. Idem fere de tertio versu dicendum, cui ipsi quoque neque interrogatio apta est neque ὅταν προδείξῃς, quod si in interrogatione ponatur, ὅστις ἔδειξας (i. e. σοὶ ὅστις ἔδειξας) potius dicendum erat;—nam Creon non ostensurus est οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν, sed jam ostendit, structis, ut Oedipus opinatur, cum Tiresia insidiis—sin extra interrogationem, significabit Oedipum cessurum esse quando Creon praemonstraverit quam detestabilis res sit invidia: quod absurdum est. Denique non apparet quomodo ad haec verba responderi ab Creonte possit, οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω, quod utcunque explicare studuit Haasius. Apparet ex his Sophoclem, si eum esse voluit quem Haasius proposuit tenorem colloquii, aliter haec conformare debuisse, veluti, ut exemplum ponam,

ΚΡ. ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις.
ΟΙ. ὡς οὐ φρονῶν σὺ δ' οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν.
ΚΡ. οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω.

verbis σὺ δὲ postpositis, ut ὡς οὐ φρονῶν argute respondeat verbis ὡς οὐχ ὑπείξων, ut altercantes facere solent. Verum hoc quidem incertum est: illud vero probabiliter conjici potest, originem erroris ab Haasio monstrati inde esse repetendam quod in exemplari antiquiore, personarum vicibus per lineolas, ut saepe in codice Mediceo Aeschyli et Sophoclis, indicatis, scriptum erat,

— ἥκιστα· θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι.
— ὡς οὐχ ὑπείξων οὐδὲ πιστεύσων λέγεις.
— οὐ γὰρ φρονοῦντά σ' εὖ βλέπω.

omisso propter par duorum versuum initium, quae frequens versuum omittendorum caussa fuit, versu qualem exempli caussa posui,

— ὡς οὐ φρονῶν σὺ δ' οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν,

qui quum vel integer vel defectus in margine positus et postmodum loco non suo, sed post verba ἥκιστα· θνήσκειν, οὐ φυγεῖν σε βούλομαι insertus esset, sic illis ab interpolatore accommodari potuit ut nunc legitur, ὅταν προδείξῃς οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν, eo, ut videtur, sensu accipiendum quem scholiasta recentior exposuit, θανοῦμαι, ὅταν προδείξῃς οἷός ἐστιν ὁ ἐμὸς πρὸς σὲ φθόνος. Quod etsi non poterat dici, οἷόν ἐστι τὸ φθονεῖν, quae generalis sententia est, sed necessario dicendum fuisset, οἷός ἐσθ' οὑμὸς φθόνος, tamen aptissimum sententiae illi verbum est προδείξῃς, quod qui posuit non dubitandum quin haec verba eo loco legi voluerit quo in codice leguntur, non quo Haasius posuit, cui simplex sufficiebat verbum δείξαι. Ceterum comparandum cum his versibus colloquium similiter conformatum Oedipi et Tiresiae v. 322.–329. ubi φρονῶν et οὐ φρονεῖτε sibi opposita sunt v. 326. et 328. Ad permutatas autem personarum vices quod attinet, similis erroris exemplum est in Oedipo Col., ubi quum versus 69. in textu omissus, sed postmodum in margine suppletus esset, manus secunda, non animadverso unius versus defectu, primae manus lineolis personas indicantibus per versus 70.–75. nomina literis ΟΙ. et ΞΕ. expressa ita substituit ut Ξένῳ Oedipi, Oedipo vero Ξένου verba tribueret.

Singulis tragoediis praemisi summarium fabulae brevesque de argumento observationes. Alias quaestiones plures tractavi in commentatione de vita et scriptis Sophoclis, quae volumini octavo praefixa erit, quod novam fragmentorum editionem continebit. Metra carminum lyricorum explicui in libro quo metra poetarum scenicorum descripsi, Oxonii edito a. 1842.

Scribebam Lipsiae mense Martio a. 1858.

CORRIGENDA.

In Annot. p. 16, 1. lin. 26. concessus] *corr.* consessus
p. 28, 1. lin. 24. *esti*] *corr.* etsi
p. 128, 1. lin. 16. praesideo] *corr.* praesidio

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

SUMMARIUM FABULAE.

1.—150. (Προλόγος) Prodit ex aedibus regiis Oedipus deleg populi Thebani auditurus, qui comitante supplicum pompa ad ante fores positas consident deorum ipsiusque Oedipi opem im raturi adversus pestem, quae ab diis iratis immissa urbem depo latur. Vix instituto ab Oedipo cum Jovis sacerdote, pompae s plicum duce, colloquio, ex quo quid rei sit cognoscitur, Cr Menoecei filius, Iocastae Oedipi conjugis frater, Delphis, missus ab Oedipo erat oraculi consulendi caussa, rediens in scei prodit edictumque ab deo Delphico esse refert urbem calami liberatum iri, si vetus Laii regis occisi piaculum adhuc inul expietur debita auctori criminis, ab Thebanis nondum investig poena inflicta. Quod ut fiat operam se daturum populoque gregato quid factu opus sit aperturum esse Oedipus pollicetur, autem cum Creonte et sacerdotes cum pompa supplicum scei relinquunt.

151.—215. (Πάροδος) Quo facto chorus procerum Thebano orchestram intrat certiorque jam factus de oraculo, quod C reportaverat, laetam ex eo spem concipit deorumque princip Jovis, Dianae et Apollinis, auxilium invocat contra publicam q adhuc grassatur calamitatem, quam pluribus verbis describit.

216.—462. (ἐπεισόδιον α'.) Interim in scenam rediit Oedipu choro oraculum ab Creonte allatum pluribus verbis explanat, ni que se vel omisisse vel omissurum esse ait ut oraculo satisfiat: consilio nuncios se misisse addit, qui Tiresiam vatem, oraculo interpretem peritissimum, arcesserent. Is Oedipi jusso obtem rans nulla mora interposita advenit, sed quamvis rogatus ab Oed verbis reverentiae plenis ut consilia sua conferat, tacere se q loqui malle verbis male ominatis significat, tandem vero ab Oed conviciis minisque lacessitus verbis non ambiguis pronunciat O pum ipsum non solum caedis esse auctorem, sed etiam incesto matre connubio junctum vivere. Quibus dictis Tiresias abit O

pumque, qui nullius dum culpae sibi conscius est, ira magis etiam exacerbatum relinquit.

462.—512. (*στάσιμον χοροῦ α'.*) Relicta ab Tiresia et Oedipo scena chorus, quum pari et adversus Oedipum regem, maximorum Thebanis beneficiorum auctorem, et adversus vatem, aetate et auctoritate venerabilem, reverentia teneatur, neutrum accusat, sed Jovis et Apollinis laudes celebrat, quorum ope quae nunc obscura sint mox clara redditum iri confidit.

513.—862. (*ἐπεισόδιον β'*, interjecto *κομματίῳ* chori 649.—697.) Quum Oedipus in iis quae contra Tiresiam dixerat suspicionem projecisset vatem ab Creonte, qui regno potiri vellet, subornatum esse ut Oedipus Thebis pelleretur, Creon nunc ipse prodit, ut calumniosas diluat criminationes Oedipi, qui nec Creontis nec chori verbis ab injusta suspicione dimovetur, sed acerrime in Creontem invehitur. Quam altercationem audiens Iocasta ex aedibus prodit et, postquam Creon scenam reliquit, nihil quidem oraculis tribuendum esse contendit, sed tamen de infante, quem recens natum Laius exposuerit, ut oraculum, quod Laium ab filio occisum iri praedixerat, eluderet, deque caede Laii ea narrat ut Oedipus se ipsum Laii patris, quamvis inscium, interfectorem esse posse intelligat, etsi nonnulla in ea narratione sint quae contrariae favere opinioni videantur. Quamobrem tandem in eam conveniunt sententiam ut pastorem senem, cui Laius infantem exponendum tradiderit, advocandam esse decernant, si quid forte ad rem clariore in luce collocandam conferre possit. Quibus peractis Oedipus et Iocasta in domum regiam se recipiunt.

863.—910. (*στάσιμον χοροῦ β'.*) Chorus vero etsi Iocastae quem prodiderat oraculorum contemtum tecte reprehendit, tamen neque in ipsam neque in Oedipum ullam culpam confert, sed satis habet deorum, quibus confidere oporteat, legumque divinarum reverentiam commendare.

911.—1085. (*ἐπεισόδιον γ'.*) Post haec iterum prodit Iocasta et solicitudine Oedipi in metum conjecta preces ad Apollinem, cujus oracula paullo ante contemserat, facit. Quibus verbis vix pronunciatis nuncius advenit Polybum, Corinthi regem, qui Oedipi pater esse adhuc creditus erat, ex vita excessisse nuncians. Quo pacto quum oraculum, quod Oedipum patris interfectorem fore praedixerat, irritum fiat, laetam spem concipit Iocasta Oedipumque ex aedibus vocari jubet, qui etsi in eadem qua Iocasta opinione versatur quod ad patrem attinet, tamen alteram veteris oraculi partem, qua

Oedipum connubium cum matre initurum esse praedictum erat, relinqui monet, quum Meropa, Polybi regis vidua, adhuc in vivis sit. Quem metum senex nuncius Corinthius eo tollere sibi videtur, quod Oedipum non Polybo et Meropa parentibus natum, sed adoptivum filium esse prodit, quem infantem ipse olim ab Laii gregum pastore quodam acceptum Corinthum pertulerit. His auditis Oedipus acrius quam antea (v. 859.) fecerat urget ut pastor ille Laii advocetur, quamvis renitente Iocasta, quae quid eventurum sit clarius quam Oedipus perspicit et summo cum animi motu abit, qui mali quid portendere videatur.

1086.—1109. (*στάσιμον χοροῦ γ'.*) Chorus vero etsi ex narratione nuncii Corinthii intellexit Oedipum non amplius Polybi qui adhuc creditus erat filium haberi posse, tamen carmine bonae spei pleno alias de obscura ejus origine conjecturas proponit fortasse in silvis ab nympha aliqua nati patre vel Pane vel Apolline vel Baccho.

1110.—1185. (*ἐπεισόδιον δ'.*) Interim senex Laii pastor advenit, cujus ex sermonibus cum nuncio Corinthio Oedipus totam malorum suorum magnitudinem perspicit scenamque una cum duobus senibus illis relinquit.

1186.—1222. (*στάσιμον χοροῦ δ'.*) Haec mala pluribus verbis chorus lamentatur rerumque humanarum vicissitudinem deplorat.

1223.—1523. (*ἔξοδος.*) Tum alius ex adibus regiis nuncius (*ἐξάγγελος*) advenit, qui Iocastam vitam suspendio finivisse, Oedipum vero fibulis vestium Iocastae oculos sibi ipsum effodisse narrat. His expositis nuncius abit, Oedipus vero ipse prodit et carmine *ἀπὸ σκηνῆς* cantato 1307.—1368., interpositis chori trimetris, sortem suam qualis ab infantia fuerit lamentatur mortemque vel exilium expetit. Quas preces repetit, postquam Creontem advenisse audivit, qui regiam dignitatem nunc iterum est suscepturus. Huic igitur, generosa mente injuriae ab Oedipo sibi factae oblito, filiarum, tenera aetate puellarum, quae in scenam adducuntur, Antigonae et Ismenae, curam commendat, se ipsum autem ex terra Thebana abduci cupit. Quod ab deo, priorum oraculorum datore, quem consulturus sit, pendere Creon respondet Oedipumque cum filiabus in domum comitatur, coryphaeus vero chori septem versibus tetrametris trochaicis exemplo Oedipi, qui ex summo felicitatis quae videbatur fastigio in summ m miseriam dejectus sit, veterem confirmari nonet nem, antequam mortuus sit, felicem esse.

FABULAM de Oedipo ab antiquissimis poetis acceptam posterio-
n temporum poetae fabularumque scriptores ita variarunt et
rnarunt ut ad extremum nihil prope relinqueretur de quo omnes
er se consentirent praeter nomen Oedipi caedemque patris ab eo
rudente occisi: quas narrationes post alios multos qui hoc argu-
ntum tractarunt exposuit F. G. Schneidewinus in commentatione
erta Actis societatis scientiarum Gottingensis a. 1852. (vol. 5.)
ae etsi repetere omnia ab hoc loco alienum est, non inutile tamen
monuisse duas narrationum illarum quasi series distinguendas
e, alteram epicorum, alteram tragicorum usibus accommodatam.
m epicis poetis quum sufficeret narrasse quae gesta esse credetur, simpliciore uti poterant et Oedipodeae et aliarum quarumvis
ularum forma: tragici vero, qui *πεπλεγμένῃ*, ut scenico vocabulo
r, opus haberent, plurima aliter conformare debuerunt, ut tra-
dias componere possent secundum artis Graecorum regulas,
is in libro de arte poetica ab Aristotele expositas videmus, qui
hocleae hujus fabulae exemplo aliquoties utitur (c. 11. 15. 16.)
c accedit quod tragici poetae, quum non pauci[a] idem tractarent
umentum, nec posteriores priorum consectari vestigia vellent,
ulas vetustas novis usque inventis exornarunt, ut suae quis-
tragoediae novitatis quandam gratiam conciliaret. Unde magna
a est in rebus et gravioribus et levioribus inventorum varietas,
rum ad originem quum saepe parum attendissent posteriorum
porum scriptores, non raro diversissimas narrationes miscue-
t.

Antiquissima fabulae Oedipodeae memoria est apud Homerum Odyssea 11, 271.–280. ubi Ulixes inter ea quae in Orco viderit c de Oedipo ejusque conjuge narrat,

Μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἴδον, καλὴν Ἐπικάστην,
ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο
γημαμένη ᾧ υἱεῖ· ὁ δ' ὃν πατέρ' ἐξεναρίξας

Oedipum ante Sophoclem scrip-
Aeschylus, cujus tetralogiam
ipodeam cognovimus ex didas-
a Septem ad Thebas fabulae,
ἀχθη ἐπὶ Θεαγενίδου, ὀλυμπιάδι
ἐνίκα Λαΐῳ, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ
las, Σφιγγὶ σατυρικῇ: post So-
phoclem Euripides, Achaeus alii-
que posteriorum temporum poetae.
Quarum fabularum omnium pau-
ciora supersunt fragmenta quam
ex quibus cognosci possit quomodo
hoc argumentum tractaverint poe-
tae illi.

γῆμεν· ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισιν.
ἀλλ' ὁ μὲν ἐν Θήβῃ πολυηράτῳ ἄλγεα πάσχων
Καδμείων ἤνασσε, θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς·
ἡ δ' ἔβη εἰς Ἀΐδαο πυλάρταο κρατεροῖο,
ἁψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῖο μελάθρου,
ᾧ ἄχεϊ σχομένη· τῷ δ' ἄλγεα κάλλιπ' ὀπίσσω
πολλὰ μάλ', ὅσσα τε μητρὸς Ἐρινύες ἐκτελέουσιν.

et duobus versibus Iliadis 23, 679. ubi Euryalus memoratur,

ὅς ποτε Θήβασδ' ἦλθε δεδουπότος Οἰδιπόδαο
ἐς τάφον· ἔνθα δὲ πάντας ἐνίκα Καδμείωνας.

Leve est quod Epicastam Homerus nominat matrem Oedipi quam tragici et scriptores plerique omnes Iocastam vocant, ut saepe in nominibus variari in historia fabulari solet: gravius quod ita loquitur ut Oedipum nullos ex Epicasta (vel Iocasta) liberos procreasse dicere videatur, quod animadvertit Pausanias[b], qui quod de Eurygania dicit alia fabula auxerunt alii ita ut Laium post prioris mortem uxoris, quae Oedipum pepererat, aliam duxisse fingerent uxorem, quae postmodum Oedipi conjux facta sit, quo pacto incestum cum matre connubium liberorumque ex ea progenies tollitur et culpa Oedipi ita minuitur ut si tragici hac narratione usi essent, quod nemo eorum fecisse videtur, ex hoc argumento nullas componere potuissent fabulas satis aptum tragoediae legibus exitum habituras.

De Oedipo a parentibus exposito, sed mirabiliter servato deque aenigmate Sphingis ab Oedipo soluto tacet Homerus, etsi haud dubie cognitum habuit. Nam quaecunque fuerit antiquissima fabulae forma, debuit aliqua reddi ratio quomodo fieri potuerit ut Oedipus, qui peregrinus videretur, Laio Thebano in imperio succederet ejusque viduam natu multo quam ipse majorem in matrimonium duceret, quod Creontis, Iocastae fratris, qui post Laii caedem

[b] 9, 5, 10. Λαΐῳ δὲ βασιλεύοντι, καὶ γυναῖκα ἔχοντι Ἰοκάστην μάντευμα ἦλθεν ἐκ Δελφῶν ἐκ τοῦ παιδός οἱ τὴν τελευτὴν, εἰ τέκοι τινὰ Ἰοκάστη, γενήσεσθαι. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τούτῳ τὸν Οἰδίποδα ἐκτίθησιν· ὁ δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποκτενεῖν ἔμελλεν, ὡς ηὐξήθη, καὶ τὴν μητέρα ἔγημε. παῖδας δ' ἐξ αὐτῆς οὐ δοκῶ οἱ γενέσθαι, μάρτυρι Ὁμήρῳ χρώμενος, ὃς ἐποίησεν ἐν Ὀδυσσείᾳ "μητέρα— ἀνθρώποισι." πῶς οὖν ἐποίησαν ἀνάπυστα ἄφαρ, εἰ δὴ τέσσαρες ἐξ Ἰοκάστης ἐγένοντο παῖδες τῷ Οἰδίποδι; ἐξ Εὐρυγανείας δὲ τῆς Ὑπέρφαντος ἐγεγόνεσαν. δηλοῖ δὲ καὶ ὁ τὰ ἔπη ποιήσας ἃ Οἰδιπόδειαν ὀνομάζουσι· καὶ Ὀνασίας Πλαταιᾶσιν ἔγραψε κατηφῆ τὴν Εὐρυγάνειαν ἐπὶ τῇ μάχῃ τῶν παίδων.

imperium susceperat, consilio factum esse narravit Pherecydes ab scholiasta Euripidis Phoen. 53. memoratus.

Non magis Homerus aut Oedipi patris nomen memoravit, quem Laium fuisse ceteri omnes qui ejus mentionem faciunt inter se consentiunt, aut caedis ab Oedipo patratae caussas et locum prodidit, quam fabulae partem multum variarunt poetae et mythographi, quorum narrationes in Schneidewini commentatione collectas videre licet. Quam Sophocles narrationem secutus est, Laium in itinere, quod θεωρὸς (v. 114.) suscepisset, in via angusta (de qua v. annot. ad v. 730. 733.) Oedipo obviam factum, altercatione cum auriga ipsius comitibusque orta ob Oedipo esse occisum, eandem in universum alii quoque plurimi secuti sunt, etsi de caussa itineris et Laii et Oedipi et de loco, ubi caedes patrata sit, aliisque rebus levioribus inter se discrepant.

Calamitates in quas Oedipus inciderit postquam patris caedes incestumque cum matre connubium patefactum fuerit, breviter significavit Homerus verbis ἄλγεα πάσχων Καδμείων ἥνασσε θεῶν ὀλοὰς διὰ βουλάς, ex quibus non potest perspici utrum narrationem de oculis quos Oedipus sibi ipse effoderit,—quam poetae tragici aliique scriptores memorant, nonnullis tamen id ab alio factum esse fingentibus,—cognitam habuerit an non habuerit. Non habuisse visus est veteribus Homeri interpretibus, ut intelligitur ex annotatione scholiastae ad verba illa v. 275. Neque enim verisimile videntur judicasse Oedipum, postquam caecus factus esset, in imperio permansisse, ab qua opinione tragici quoque poetae alieni fuerunt, apud quos Oedipus, postquam oculis suis vim intulit, imperium Creonti concedit patriamque relinquit: qui Sophocleae quoque tragoediae exitus est. Reliqua Oedipi liberorumque ejus et Creontis fata in duabus aliis fabulis, Oedipo Coloneo et Antigona tractantur, etsi non eo ordine editis qui argumento respondeat. Nam quae postrema esse debebat fabula, Antigona, tempore prima fuit, scripta ab Sophocle olympiade octogesima quarta exeunte, post quam fabulam multorum annorum intervallis Oedipum Regem et Oedipum Coloneum scripsit.

Mores trium principum in Oedipo Rege personarum, Oedipi, Iocastae, Creontis, tales finxit Sophocles, quales totius fabulae Oedipodeae natura antiquiorumque poetarum narrationes monstrabant. Oedipum igitur videmus generosa indole virum populoque, cujus ei demandatum imperium est, quibuscunque fieri possit modis prospicientem, sed dira fati necessitate, qua delicta parentum luit,

in summas miserias non sine aliqua, etsi excusabili, sua ipsius culpa conjectum tristique exemplo docentem quanto facilius sit aliis quam sibi sapere. Tanto deterior Iocastae conditio est, quae non solum multa facere omisit, quibus crimina ab ipsa Oedipoque insciō commissa vel caveri vel postquam commissa essent detegi poterant, sed ne oraculo quidem, quod occisores Laii investigari jusserat, cedit, donec omni prope ex parte convicta vitam suspendio finit. Creontis denique persona, inde ab eo tempore quo susceptum ab se post Laii caedem imperium Thebarum Oedipo concedit usque ad illud quo post patefacta Oedipi crimina regnum iterum ad eum defertur, imaginem exhibet viri qui officiis suis nullo tempore non strenue satisfacit et ne injustis quidem criminationibus, quas Oedipus, suae ipsius culpae adhuc ignarus, in priore fabulae parte in eum conjecit, ab recta via deflectitur. Itaque laus quae Sophocli debetur non tam in eo posita est quod personarum mores finxit quales modo descripsimus quam in eximia arte, qua et trium illarum et ceterarum quae minoris momenti sunt personarum sermones per totam fabulam moribus conditionique loquentium accommodavit: quod lectores si hanc tragoediam attente legere et singula quaeque, de quibus partim monitum est in annotationibus, expendere volent, ex ipsis poetae verbis clarius et majore cum fructu percipient quam ex multorum de hac fabula disputationibus.

De tempore quo Oedipum Regem in theatrum produxerit Sophocles nihil compertum habemus. Musgravio pestis Thebanae descriptionem, in exordio fabulae primoque carmine chori exhibitam, similis quae Athenas sub initia belli Peloponnesiaci vexavit calamitas poetae videbatur suggessisse: ut tragoediam hanc recenti cladis illius, quam Thucydides copiose descripsit, memoria editam esse suspicari liceat, id est olympiadis octogesimae septimae tertio quartove anno. Quae valde incerta conjectura est, quum in descriptione pestis Sophoclea nihil sit quod non etiam ante pestem illam Atheniensem ab Sophocle, praesertim praeeunte Homero, qui pestem in initio Iliadis descripsit, sic scribi potuerit. Multo minus probari possunt quae Musgravius in annotatione ad v. 873. de Alcibiade, quem in carmine illo chori notari sibi persuaserat, conjecit. Nihilominus illud certum videtur haberi posse, hanc tragoediam ex antiquioribus esse poetae fabulis, i. e. scriptam ante olympiadem octogesimam nonam, quod ex severioribus quibus utitur metrorum formis colligi potest. Successu autem acta est minus quam quis in tanta carminis praestantia credat felici: nam victus poeta est ab

Philocle, mediocris famae tragico, ut ex Dicaearcho annotavit argumenti scriptor. Quam judicum iniquitatem reprehendit Aristides vol. 2. p. 256. *Σοφοκλῆς Φιλοκλέους ἠττᾶτο ἐν Ἀθηναίοις τὸν Οἰδίπουν, ᾧ Ζεῦ καὶ θεοί, πρὸς ὃν οὐδ' Αἰσχύλος*[c] *εἶχε λέξαι τι. ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο χείρων Σοφοκλῆς Φιλοκλέους; αἰσχύνη μὲν οὖν αὐτῷ τοσοῦτον ἀκοῦσαι, ὅτι βελτίων Φιλοκλέους.* Victum autem quum dicunt, hoc sunt dicere putandi, secunda eum praemia reportasse. Nam de tertiis quominus cogitetur vel illud impedit quod ex Carystio rettulit vitae Sophoclis scriptor, *νίκας δὲ ἔλαβεν εἴκοσιν, ὡς φησι Καρύστιος· πολλάκις δὲ καὶ δευτερεῖα ἔλαβε, τρίτα δ' οὐδεπώποτε.*

Ad inscriptionem fabulae quod attinet, in libris plerisque omnibus *Οἰδίπους τύραννος*, in aliis *Οἰδίπους πρότερος* inscriptum inveniri, ut ab Oedipo Coloneo distingueretur, narrat argumenti Graeci auctor. *Τυράννου* nomen qui posuerunt, quod est in codice et apographis et apud grammaticos plurimos, non dubium est quin duobus tragoediae locis adducti fuerint, v. 514. *δείν' ἔπη πεπυσμένος | κατηγορεῖν μου τὸν τύραννον Οἰδίπουν.* et v. 925. *ὅπου | τὰ τοῦ τυράννου δώματ' ἐστὶν Οἰδίπου.* Nam quod grammaticus ille comminiscitur, *χαριέντως τύραννον ἅπαντες αὐτὸν ἐπιγράφουσιν ὡς ἐξέχοντα πάσης τῆς Σοφοκλέους ποιήσεως*, ipsius est inventum vix dignum memoratu; *πρότερον* qui dixerunt, non tam argumentum per alteram Oedipodis fabulam continuatum quam temporis quo hae fabulae editae sunt ordinem spectasse quum per se intelligatur tum diserte monitum est in argumento Graeco. Ab Sophocle vero, ut ab Aeschylo et Euripide in ejusdem argumenti fabulis, nihil praeter Oedipi nomen inscriptum fuit: cujus rei rationem in principio annotationum ad Ajacem explicamus. Simplici *Οἰδίποδος* nomine etiam Aristoteles usus est in libro de arte poetica c. 11. 15. 16. nec dubitandum quin *Οἰδίπους τύραννος*, vel *Οἰδίπους πρότερος*, ab inferiorum demum temporum grammaticis dicta sit.

[c] Loquitur quasi haec fabula Aeschylo vivente edita fuerit, i. e. ante olymp. 81, 1. quo anno Aeschylum mortuum esse constat. Quod nemini probabile videbitur, etsi Sophoclem olymp. 77, 1. tragoedia primum vicisse novimus.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

Ὦ ΤΕΚΝΑ, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφὴ,
τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε

LECTIONES CODICIS LAURENTIANI XXXII, 9.

1. *νέα*] *νεα* sine accentu.

1. **Κάδμου τοῦ πάλαι**] *Cadmi veteris:* nam Cadmus secundum chronologorum rationes, quas exposuit Clintonus Fast. Hell. vol. 1. p. 85. 87., paullo plus quam trecentis ante Trojam captam et paullo minus quam trecentis ante Oedipum annis Thebas venerat et Cadmeam, Thebarum arcem, condiderat: quae tempora in quintum decimum et decimum tertium ante aeram nostram seculum incidunt. Quod temporis intervallum convenit successioni generis Agenoris, Cadmi, Polydori, Labdaci, Laii (cujus filius Oedipus), expositae ab Sophocle infra v. 267. 268. et Herodoto 5, 59.

νέα τροφὴ] *τροφὴ* et *τρέφεσθαι* ad parentes referri solet qui liberos procrearunt et aluerunt: unde *ποιμνίων βοσκήματα* quoque *μηκάδων ἀρνῶν τροφὰς* dixit Euripides Cycl. 189. Sophocles vero ad remotiorem rettulit generis auctorem. *Καδμογενῆ γένναν* Thebanos appellavit Euripides Phoen. 815.

2. *τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε*] *Quas sedes mihi sedetis,* i. e. quo consilio has ante aedes meas sedes occupastis? Eadem structura *θακεῖν* et *προσθακεῖν ἕδραν* dixit Sophocles Oed. Col. 1166. et in fragm. apud Stobaeum Floril. 91, 27. et Euripides Herc. f. 1214. *σὲ τὸν θάσσοντα δυστήνους ἕδρας*, qui quemadmodum singulari *δύστηνον ἕδραν* pluralem propter metri necessitatem praeferre debuit, ita Sophocles eadem de caussa *θοάζετε* pro *θάσσετε* dixit, quem usum verbi annotavit Plutarchus Mor. p. 22 E. *τῷ θοάζειν ἢ τὸ κινεῖσθαι σημαίνουσιν* (*οἱ ποιηταί*), *ὡς Εὐριπίδης, κῆτος θοάζον ἐξ Ἀτλαντικῆς ἁλός· ἢ τὸ καθέζεσθαι καὶ θαάσσειν, ὡς Σοφοκλῆς, τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε.* Pariter Etymol. M. p. 460, 11. interpretatur *προσκαθέζεσθε.* et scholiasta, *θοάζετε*: *κατὰ διάλυσιν ἀντὶ τοῦ θάσσετε. ἢ θοῶς προκάθησθε. θοάζει* inter alia per *κάθηται* explicat Hesychius, quocum comparanda alia ejusdem glossa *ἐθόαζεν, ἐκαθέζετο,* et grammatici in codice Taurinensi apud Pasin. vol. 1. p. 262. *προθοάζοντα, προκαθήμενον.* (Nam quod *προσθοάζοντα* legitur, literis *σθ* uno ductu expressis, fortasse ne librarii quidem, sed typothetae error est. Ceterum *προθοά-*

ἱκτηρίοις κλάδοισιν ἐξεστεμμένοι ;
πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων·
ἀγὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων, τέκνα,
ἄλλων ἀκούειν αὐτὸς ὧδ' ἐλήλυθα,
ὁ πᾶσι κλεινὸς Οἰδίπους καλούμενος.

6. ἀγγέλων] ἀγγέλων altero λ eraso. 7. Post αὐτὸς duae literae erasae.

ζειν lexicis addendum quemadmodum quod sequitur verbum προϊζάνων, quod ipsum quoque per προκαθήμενος explicuit grammaticus.) Accedit ad haec Aeschyli auctoritas Suppl. 595. ὑπ' ἀρχᾶς δ' οὗτινος θοάζων (Ζεὺς) | τὸ μεῖον κρεισσόνων κρατύνει. Apparet ex his verbum θοάζειν, quod a θοὸς derivatum propriam sibi habet festinandi significationem, etiam pro θαάσσειν sive θάσσειν, invitante quum hujus verbi ipsius tum derivatorum θᾶκος θῶκος θόωκος similitudine, dictum esse sine ulla celeritatis significatione, quam intulit scholiasta per θοῶς προκάθησθε interpretatus, sed quae ab Sophoclis certe loco alienissima haberi debet. Nam lento an citato gressu sacerdotes advenerint Oedipus non magis quam spectatores cognitum habet. Neque enim accurrentibus sedesque occupantibus intervenit Oedipus, sed in ipso fabulae initio sollemnis conspicitur supplicantium concessus. Recte igitur Jovis sacerdos v. 15. ὁρᾷς μὲν ἡμᾶς, inquit, ἡλίκοι προσήμεθα | βωμοῖσι τοῖς σοῖς. Ceterum etiam in contrariam partem aberratum et θάσσειν pro θοάζειν dictum interdum esse suspicari licet ex glossa Hesychii, Θάσσουσα : στεύδουσα.

3. ἱκτηρίοις κλάδοισιν] Ramos dicit oleaginos lana obvolutos, qui στέμματα et στέφη vocantur : unde qui eos manibus tenent supplices ipsi ἐξεστεμμένοι hic et v. 19. dicuntur, pro quo etiam ἐξηρτυμένοι dici potuisset. ἱκετῶν ἐριοστέπτους κλάδους dixit Aeschylus Suppl. 23. et pluribus verbis descripsit Eum. 43. ἔχουτ' (Orestem) ἐλάας ὑψιγέν-νητον κλάδον, | λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον | ἀργῆτι μαλλῷ. Hos ramos secum auferebant supplices ubi voti compotes facti esse viderentur ; sin minus, in aris relinquebant. Quod collatis tragicorum locis ostendit Wunderus, de ablatis ramis, Sophoclis infra v. 143. Euripidis Suppl. 359., de relictis, Aeschyli Suppl. 506. et Euripidis Suppl. 259. ubi hoc disertis verbis dictum est, ὡς οὐδὲν ἡμῖν ἤρκεσαν λιταὶ θεῶν.

4. πόλις—θυμιαμάτων γέμει] Similiter Josephus B. Jud. 7, 4, 1. ἅπασα ἡ πόλις ὡς νεὼς ἦν στεφανωμάτων καὶ θυμιαμάτων ἀνάπλεως.

6. παρ' ἀγγέλων—ἄλλων] Non abundat ἄλλων, quum παρ' ἀγγέλων ἄλλων significet παρ' ἄλλων ἀγγελλόντων. Sic Euripides Orest. 531. τί μαρτύρων | ἄλλων ἀκούειν δεῖ μ' ἄγ' εἰσορᾶν πάρα ; i. e. ἄλλων μαρτυρούντων. Xenoph. Cyrop. 1, 6, 2. δι' ἄλλων ἑρμηνέων, i. e. δι' ἄλλων ἑρμηνευόντων.

8. ὁ πᾶσι κλεινὸς] *Omnium ore celebratus.* Nam πᾶσι masculini generis est, non neutrius, quod unus ex scholiastis opinatur. Conf. v. 40. ὃ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα. Quemadmodum autem Oedipus suum ipse nomen hoc loco

ἀλλ', ὦ γεραιὲ, φράζ', ἐπεὶ πρέπων ἔφυς
πρὸ τῶνδε φωνεῖν, τίνι τρόπῳ καθέστατε,
δείσαντες ἢ στέρξαντες; ὡς θέλοντος ἂν
ἐμοῦ προσαρκεῖν πᾶν· δυσάλγητος γὰρ ἂν
εἴην τοιάνδε μὴ οὐ κατοικτείρων ἕδραν.

ΙΕΡΕΥΣ.

ἀλλ', ὦ κρατύνων Οἰδίπους χώρας ἐμῆς,
ὁρᾷς μὲν ἡμᾶς ἡλίκοι προσήμεθα

11. στέρξαντες pro στέξαντεσ a m. rec. 13. ΙΕΡΕΥΣ] ἱερεὺσ πρεσ-ὑτησ διόσ 15. προσήμεθα] προσήιμεθα

dit, ita idem in summam conjecus miseriam in prologo Oedipi Coonei prodit verbis τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν—σπανιστοῖς δέξεται δωρήασιν;

9. γεραιὲ] Alloquitur Jovis sacerdotem, qui ei respondet v. 14. eqq.

πρέπων· ἔφυς] Ut Jovis sacerdos t dux pompae. ἔφυς autem pariter um participio conjunctum v. 587. μείρων ἔφυν. Philoct. 1052. χρῄζων φυν.

10. τίνι τρόπῳ καθέστατε] Id est ὡς διάκεισθε vel πῶς ἔχετε, ut interpretatur Elmsleius, post quas ormulas participia sequi solent, ut pud Platonem Phaedon. p. 59 A. ὕτω διεκείμεθα, ποτὲ μὲν γελῶντες, νίοτε δὲ δακρύοντες.

11. στέρξαντες] στέξαντες mulorum apographorum scriptura est. Glossema ab Elmsleio ex duobus pographis Laurentianis allatum, πομείναντές τι κακὸν δηλονότι, non d στέρξαντες, sed (ut in aliis apographis factum) ad στέξαντες refeendum, quod etiam scholiasta leisse videtur, quamvis nunc στέραντες scriptum: ἢ γὰρ διὰ δέος ολάσεως, ἢ παθόντες, ἐκδικίας τυεῖν ἀξιοῦτε. ὅπερ ἐδήλωσεν διὰ τοῦ τέρξαντες, οἷον, ἤδη πεπονθότες. Similia in scholiis Triclinii legun-

tur, qui ipse quoque participiis παθόντες et ὑπομείναντες ad explicandum στέξαντες utitur. Hesychius, στέγει: κρύπτει, συνέχει, βαστάζει, ὑπομένει. Recte legitur στέρξαντες, i. e. *desiderantes, cupientes, orantes*, ut in Oedipo Col. 1094. τὸν Ἀπόλλω καὶ κασιγνήταν —στέργω διπλᾶς ἀρωγὰς μολεῖν γᾷ τᾷδε καὶ πολίταις. Nam hoc dicit: utrum deorum iram atque poenam ob impium aliquod facinus metuentes, an auxilium in praesente calamitate desiderantes? Idem verbo ἱμείροντες significavit v. 59.

11. ὡς θέλοντος ἂν] ἂν omitti poterat, sed addidit quia nondum compertum habet an quod petituri illi sint praestari ab ipso necne possit. ὡς rationem reddit imperativi φράζε.

12. δυσάλγητος ἂν εἴην sequente μὴ οὐ, *nisi*, dictum ut apud Herodotum 1, 187. Δαρεῖῳ δεινὸν ἐδόκεε εἶναι χρημάτων κειμένων καὶ αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπικαλεομένων μὴ οὐ λαβεῖν αὐτά. et Xenoph. Anab. 2, 3, 11. ὥστε πᾶσιν αἰσχύνην εἶναι μὴ οὐ συσπουδάζειν, quae exempla Wunderus comparavit. Eodem modo post χαλεπός Demosthenes p. 379, 7. αἵ τε πόλεις πολλαὶ καὶ χαλεπαὶ λαβεῖν αἱ τῶν Φωκέων μὴ οὐ χρόνῳ καὶ πολιορκίᾳ.

βωμοῖσι τοῖς σοῖς, οἱ μὲν οὐδέπω μακρὰν
πτέσθαι σθένοντες, οἱ δὲ σὺν γήρᾳ βαρεῖς
ἱερῆς, ἐγὼ μὲν Ζηνὸς, οἱ δ' ἐπ' ᾐθέων
λεκτοί· τὸ δ' ἄλλο φῦλον ἐξεστεμμένον
ἀγοραῖσι θακεῖ, πρός τε Παλλάδος διπλοῖς
ναοῖς ἐπ' Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ.
πόλις γὰρ, ὥσπερ καὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν

17. πτέσθαι] αι in litura literae ε ut videtur. σθένοντες] στένοντεσ literis στ, ut ubique fere, uno ductu expressis. 18. ἱερῆς Brunckius pro ἱερεῖς. οἱ δ' ἐπ' ᾐθέων] οἱ δεπ' ᾐῑθέων pr. ut videtur. οἱ δέ τ' ᾐῑθέων rec. 21. μαντείᾳ] μαντειασ pr. ut videtur.

16. βωμοῖσι τοῖς σοῖς] *Aris pro foribus tuarum aedium positis.* Aras intelligendas esse si non plurium deorum, inter quos Juppiter, certe Minervae, Apollinis et Dianae ex verbis chori colligi potest v. 159.–166. ubi haec tria numina invocantur, ut monuit Wunderus. Frequentissima Apollinis ἀγυιέως vel προστατηρίου mentio, de quo v. ad Electr. 637.

17. πτέσθαι] Nam infantes non raro pullis avium (νεοσσοῖς) comparantur, ut ab Euripide Troad. 752. Herc. f. 72. 894. quo Sophocleae metaphorae audaciam quodammodo mitigari observat Musgravius.

18. ἐγὼ μὲν Ζηνὸς] μὲν addit, quia oppositum cogitatur οἱ δὲ ἄλλων θεῶν.

οἱ δ' ἐπ' ᾐθέων a correctore codicis in οἱ δέ τ' ᾐῑθέων corruptum eodem errore quo apud Aeschylum Choeph. 400. in codice scriptum ὦ Περσέφασσα, δὸς δέ τ' εὔμορφον κράτος, quod δὸς δ' ἔπ' (i. e. ἐπίδος δὲ) scribendum. Similiter apud Suidam turbarunt librarii, ubi codex Paris. A. et Leidensis Λεκτός: ἐπίλεκτος. οἱ δέ θ' ᾐῑθέων λεκτοί, Bruxellensis vero, nullius fidei liber, veram scripturam haud dubie ex conjectura restitutam habet οἱ δ' ἐπ' —. Vetus vitium οἱ δέ θ' Chalcondylas quoque, primus Suidae editor, suo in libro reperisse et aspiratam in tenuem ipse mutasse videtur, οἱ δέ τ' ἰηθέων, illato etiam ἰηθέων, quod qui ex ᾐῑθέων, ut hoc adjectivum constanter in codicibus scribitur, finxit eodem modo erravit quo apud Hesychium erratum videmus, ἰήθεος per ἔφηβος, ἄγαμος interpretatum. ἐπ' ᾐθέων λεκτοὶ autem dictum est, quia saepe ἐπίλεκτοι dicuntur. Quanquam etiam sine hac ratione ἐπὶ addi poterat, ut in Antig. 787. dictum est, καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδεὶς | οὔθ' ἀμερίων ἐπ' ἀνθρώπων.

20. Παλλάδος διπλοῖς ναοῖς] Non potest ad liquidum perduci quae templa dicat. Alios Ὀγκαίας et Ἰσμηνίας, alios Ἀλαλκομενίας et Καδμείας intellexisse annotavit scholiasta.

21. Ἰσμηνοῦ τε μαντείᾳ σποδῷ] Recte βωμῷ interpretatur scholiasta, ὅτι διὰ τῶν ἐμπύρων (i. e. ex flamma victimarum mactatarum) ἐμαντεύοντο οἱ ἱερεῖς, ὥς φησι Φιλόχορος. Templum autem his verbis significatur Apollinis Ismenii, quem oracula edidisse Herodoti (8, 134.) aliorumque testimoniis constat. De eo v. Pausan. 9, 10.

ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἷα τε φοινίου σάλου,
φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονὸς,
φθίνουσα δ' ἀγέλαις βουνόμοις, τόκοισί τε
ἀγόνοις γυναικῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
σκήψας ἐλαύνει, λοιμὸς ἔχθιστος, πόλιν,
ὑφ' οὗ κενοῦται δῶμα Καδμεῖον· μέλας δ'
Ἅιδης στεναγμοῖς καὶ γόοις πλουτίζεται.
θεοῖσι μέν νυν οὐκ ἰσούμενόν σ' ἐγὼ

25. *ἐγκάρποις*] *ἐνκάρποισ*, *ν* a m. rec. in *γ* mutato. Sic 83. *πανκάρπου* a m. pr. pro *παγκάρπου*. 26. *βουνόμοισ* rec. *βουνόμον* pr. ut videtur, quod *βουνόμων* significare potest. 27. *ἐν*] *ἔν* 29. *Ἅιδης*] *ἀΐδησ* 31. *μέν νυν*] Accentus ab alia m. antiqua. *οὐκ*] *οὐχ* pr.

24. *ἔτ' οὐχ* metri caussa dictum pro *οὐκέτι*: ex quo non colligi potest veteres *οὐκ ἔτι* divisim potius quam conjunctim *οὐκέτι* pronunciasse. Nam *ἔτι* etiam ante *μή* collocatum reperitur, licet *μηκέτι* dicatur.

25. *φθίνουσα μὲν κάλυξιν ἐγκάρποις χθονός*] Civitas perire dicitur in folliculis, i. e. perire eo quod folliculi frugum pereant.

25.—27. Tria quae in his versibus memorantur calamitatis publicae genera etiam apud alios scriptores conjuncta reperiuntur quum in rei factae narratione tum in imprecationibus, ut apud Herodotum 3,65. *ταῦτα μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι καὶ γυναῖκές τε καὶ ποῖμναι τίκτοιεν—, μὴ ἀνασωσαμένοισι δὲ τὴν ἀρχὴν—τὰ ἐναντία τούτοισι ἀρέομαι ὑμῖν γενέσθαι.* Conf. ad v. 171.

27. *ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς σκήψας*] Scholiasta, *ὁ λοιμὸς ὁ πυρετοφόρος τὸν γὰρ πυρετὸν πῦρ καλοῦσι*. Non de febri solum, sed omnino de morbi violentia accipiendum: unde *θεὸς* dicitur, ut *λιμὸν δυσμενῆ θεὸν* dixit Simonides Amorginus. Dubitant interpretes utrum *ἐν δὲ* adverbialiter dictum sit an per tmesin pro *ἐνσκήψας δ' ὁ πυρφόρος θεός*. Vera prior ratio est. Nam ubi post tria alia mala quartum infertur verbis *ἐν δὲ*, Graeci lectores non poterant quin id adverbialiter dictum acciperent, ut Oed. C. 55. post Neptuni nomen infertur *ἐν δ' ὁ πυρφόρος Τιτὰν Προμηθεύς*. Nec composito *ἐνσκήψας* opus, quum etiam verbum simplex sic dicatur ut aliquoties ab Aeschylo. De *ἐν δέ* dixi infra ad v. 181.

29. *δῶμα Καδμεῖον*] Quum metro neque *ἄστυ Καδμεῖον* nec *δώματα Καδμείων* conveniret, *δῶμα Καδμεῖον* dixit: qui memorabilis est singularis numeri *δῶμα* usus, cui quodammodo comparari potest quod Euripides dixit Electr. 1289. *χώρει πρὸς οἶκον Κεκροπίας* (i. e. Athenas) *εὐδαίμονα*, quod *ὄχθον* scribendum videbatur Valckenario Diatr. p. 165.

μέλας δ'] De elisione in fine versus v. ad v. 332.

31. *ἰσούμενόν σ'*] Pendent accusativi a *κρίνοντες*, quod in altera sententiae parte positum est.

οὐδ' οἵδε παῖδες ἑζόμεσθ' ἐφέστιοι,
ἀνδρῶν δὲ πρῶτον ἔν τε συμφοραῖς βίου
κρίνοντες ἔν τε δαιμόνων συναλλαγαῖς·
ὅς γ' ἐξέλυσας ἄστυ Καδμεῖον μολὼν
σκληρᾶς ἀοιδοῦ δασμὸν ὃν παρείχομεν,
καὶ ταῦθ' ὑφ' ἡμῶν οὐδὲν ἐξειδὼς πλέον
οὐδ' ἐκδιδαχθεὶς, ἀλλὰ προσθήκῃ θεοῦ
λέγει νομίζει θ' ἡμὶν ὀρθῶσαι βίον·
νῦν τ', ὦ κράτιστον πᾶσιν Οἰδίπου κάρα,
ἱκετεύομέν σε πάντες οἵδε πρόστροποι
ἀλκήν τιν' εὑρεῖν ἡμὶν, εἴτε του θεῶν
φήμην ἀκούσας εἴτ' ἀπ' ἀνδρὸς οἶσθά του·
ὡς τοῖσιν ἐμπείροισι καὶ τὰς ξυμφορὰς
ζώσας ὁρῶ μάλιστα τῶν βουλευμάτων.

32. ἑζόμεσθ'] ἑζόμεθ' 33. συμφοραῖς] συμποραῖσ pr. ut videtur. 34. συναλλαγαῖς] ξυναλλαγαῖσ paullo rec. 39. λέγει νομίζει] λέγηι νομίζηι ἡμὶν] ἡμιν pr. 42. εὑρεῖν ἡμῖν rec. in litura. ἡμῖν εὑρεῖν pr. 43. του] που superscr. a m. recentissima.

33. *συμφοραὶς βίου* dicit quae hominibus sponte eveniunt, *δαιμόνων συναλλαγὰς* quae a diis immittuntur, ut Sphinx. Monuit Brunckius. Non recte scholiasta *ἐν ταῖς πρὸς τὸ θεῖον κοινωνίαις καὶ φιλίαις τὸ στοχάζεσθαι τῆς τῶν θεῶν διανοίας.*

35. *ὅς γ'*] In annotatione scholiastae *ὅς τε* scriptum est, cui respondere potest *νῦν τε* v. 40. (quod *νῦν δ'* scriptum in apographo Flor. Γ.) Sic in locis a Wundero comparatis, infra v. 695. *ὅς τ' ἐμὰν γᾶν φίλαν—κατ' ὀρθὸν οὖρισας, τανῦν τ' εὔπομπος εἰ γένυιο.* Aeschyli Pers. 710. *ὅς θ' ἕως ἔλευσσες αἰγὰς ἡλίου, ζηλωτὸς ὢν | βίοτον εὐαίωνα Πέρσαις ὡς θεὸς διήγαγες, | νῦν τέ σε ζηλῶ θανόντα.*

36. *ἀοιδοῦ*] Sphingis. Sic vocat etiam Euripides Phoen. 1545. Vide et infra 130. et 391. MUSGR.

δασμὸν ὃν παρείχομεν] Nam Thebanos qui aenigma solvere non possent rapiebat et devorabat: unde *ὠμόσιτον* et *ἁρπαξάνδραν κῆρα* dixit Aeschylus Sept. 541. 776.

37. *οὐδὲν ἐξειδὼς πλέον οὐδ' ἐκδιδαχθεὶς*] Hoc Oedipus ipse pluribus exponit v. 391. seqq.

44. *τὰς ξυμφορὰς—τῶν βουλευμάτων*] *Eventus consiliorum.* Thucyd. 1, 140. a Musgr. comparatus, *ἐνδέχεται τὰς ξυμφορὰς τῶν πραγμάτων οὐχ ἧσσον ἀμαθῶς χωρῆσαι ἢ καὶ τὰς διανοίας τοῦ ἀνθρώπου·* quod per *τὰς ἀποβάσεις* explicat scholiasta. Recte autem addit *καὶ* particulam, qua significatur quidem rerum sint periti etiam optimos esse consiliorum auctores.

45. *ζώσας*] I. e. *successu florentes.*

ἴθ', ὦ βροτῶν ἄριστ', ἀνόρθωσον πόλιν·
ἴθ', εὐλαβήθηθ'· ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ
σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προθυμίας·
ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς μεμνώμεθα
στάντες τ' ἐς ὀρθὸν καὶ πεσόντες ὕστερον,
ἀλλ' ἀσφαλείᾳ τήνδ' ἀνόρθωσον πόλιν.
ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην
παρέσχες ἡμῖν, καὶ τανῦν ἴσος γενοῦ.
ὡς εἴπερ ἄρξεις τῆσδε γῆς, ὥσπερ κρατεῖς,
ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον ἢ κενῆς κρατεῖν·
ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

ρσσ
48. πάρος corr. A pr. manu fuerat πάλαι, corrector, eraso ρσσ, πάλαι ecte in πάροσ mutavit. 49. δὲ τῆς] è et τ in litura. Fuit δὲ ῆσ 50. τ' a m. rec. 52. τότ' αἰσίῳ] τόθ' αἰσίωι pr.

47. εὐλαβήθηθ'] Recte interpretatur scholiasta, εὐλαβήθητι μὴ τὴν ῥοῦπάρχουσαν δόξαν ἐπὶ τῇ εὐποιίᾳ πολέσῃς.

48. τῆς πάρος προθυμίας] Genitivus aptus est ex verbo κλῄζει eadem structura qua θαυμάζειν, εὐδαιμονίζειν, ἐπαινεῖν et alia verba cum genitivo junguntur, quem per ἕνεκα commissum explicare solent grammatici, ut hoc loco gl. in codice est λείπει τὸ ἕνεκεν.

προθυμίας] In apographo Flor. γ. grammatici conjectura annotata est γρ. προμηθίας, quae vocabula saepe permutata in libris sunt. Recte habet προθυμίας. Propensam in Thebanos voluntatem probavit Oedipus Sphingis aenigmate solvendo, quo urbem ab interitu servavit.

49. μεμνώμεθα] Optativum μεμνῴμεθα (cum iota adscripto) ex hoc loco posuit Eustathius ad Homer. p. 1303, 46. 1332, 18., quod μεμνήμεθα more Atticorum scribendum foret, si qua conjunctivi mutandi necessitas esset.

51. ἀσφαλείᾳ] Non plus significat quam ἀσφαλῶς Antig. 162. τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ | πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὄρθωσαν πάλιν.

52. τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην] Cohaerent τὴν τότε τύχην. Nam αἰσίῳ, quod post ὄρνιθι collocari debebat, metri caussa trajectum est, ut τι v. 516. πρός τί μου πεπονθέναι pro πρός μου πεπονθέναί τι, verba οὐκέτ' οἶδα v. 1257. χὥπως μὲν ἐκ τῶνδ' οὐκέτ' οἶδ' ἀπόλλυται, et ἦστο Aj. 311. τὸν μὲν ἦστο πλεῖστον ἄφθογγος χρόνον, et τόνδε Oed. Col. 875. ἀλλ' ἔξω βίᾳ, καὶ μοῦνός εἰμι, τόνδε, καὶ χρόνῳ βραδύς. ὄρνιθα αἴσιον vel ὄρνιθας αἰσίους de faustis ominibus dixerunt Euripides Iph. A. 607. Plutarchus in V. Fabii c. 19. aliique.

57. ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω] Adjectivum ἔρημος, quod omitti poterat, effectum verbi adjuncti significat, ut ἀδάκρυτον An-

ΟΙ. ὦ παῖδες οἰκτροὶ, γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι
προσήλθεθ' ἱμείροντες. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
νοσεῖτε πάντες, καὶ νοσοῦντες, ὡς ἐγὼ
οὐκ ἔστιν ὑμῶν ὅστις ἐξ ἴσου νοσεῖ.
τὸ μὲν γὰρ ὑμῶν ἄλγος εἰς ἓν' ἔρχεται
μόνον καθ' αὑτὸν, κοὐδέν' ἄλλον, ἡ δ' ἐμὴ
ψυχὴ πόλιν τε κἀμὲ καὶ σ' ὁμοῦ στένει.
ὥστ' οὐχ ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ' ἐξεγείρετε,
ἀλλ' ἴστε πολλὰ μέν με δακρύσαντα δὴ,
πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις.

60. *νοσοῦντες*] *ων* (i. e. *νοσούντων*) super *εσ* a m. recentissima. 62. Hunc versum in margine habet a m. pr. 67. *ἐλθόντα*] Superscriptum gl. manus paullo recentioris *ἐρευνήσαντα* prope evanidum. *πλάνοις*] *πλάνασ*, sed in *πλάνοισ* mutatum, quod est in apographo Lb.

tig. 881. *τὸν δ' ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει*, aut *ἀδέρκτων* Oed. Col. 1200. *τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος*, et quae sunt alia multa hujusmodi, quorum nonnulla memoravi in praefat. ad Aeschylum p. xxxvii. ed. Lips. tertiae. Ad sententiam quod attinet, scholiasta Alcaei verba comparavit, *ἄνδρες πόληος πύργος ἀρεύιοι*, quibus addere licet Niciae dictum apud Thucyd. 7, 77. *ἄνδρες γὰρ πόλις καὶ τείχη οὐδὲ νῆες ἀνδρῶν κεναί*, et quae ex scriptis recentiorum memoravit Jacobsius, Aristid. vol. 1. p. 535, 10. 555, 20. Lucian. de gymn. c. 20. Dion. Cass. 56, 6. Tacit. Hist. 1, 84.

58. *ὦ παῖδες*] Blanda compellatio, ut *τέκνα* v. 1. et 6., qua universum supplicum coetum, non solos pueros aut adolescentes, qui pompae intersunt, complectitur.

γνωτὰ κοὐκ ἄγνωτά μοι—ἱμείροντες] Quum metrum non ferret genitivos *γνωτῶν κοὐκ ἀγνώτων*, verbo *ἱμείρειν*, quod cum genitivo construi solet, accusativum adjunxit, ut *ἐπιθυμεῖν*, cujus verbi ratio eadem est, interdum cum accusativo construitur, ut ab Menandro ap. Athen. 12. p. 549 C. *ἴδιον ἐπιθυμῶν μόνος μοι θάνατος οὗτος φαίνεται | εὐθάνατος*. et in dicto Chilonis ap. Stob. Floril. 1, 3, 3. *μὴ ἐπιθύμει ἀδύνατα*, nisi hoc *ἀδυνάτων* scribendum.

60. *νοσοῦντες*] Qui in codice *νοσούντων* interpolavit corrector non animadvertit nominativum rariore structura positum a poeta esse, ne vocabuli trisyllabi syllaba ultima longa prima quinti pedis trimetri fieret, quod studiose vitare solent tragici.

63. Accusativi *κοὐδέν' ἄλλον* non ab *κατὰ*, sed ab *εἰς* reguntur.

65. *ὕπνῳ γ' εὕδοντά μ'*] Similiter principem officio suo satisfacientem descripsit Aeschylus Sept. 2. *ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως | οἴακα νωμῶν, βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ*. Uterque poeta verbo dativum adjunxit nominis cognati, *ὕπνῳ*, majoris *ἐναργείας* caussa, ut *φόβῳ φοβεῖσθαι, κραυγῇ βοᾶν, δάκρυσι κλάειν* et alia multa hujusmodi dicuntur.

67. *πλάνοις*] Male in *πλάναις* mutatum in apographis multis.

ἦν δ' εὖ σκοπῶν ηὕρισκον ἔασιν μόνην,
ταύτην ἔπραξα· παῖδα γὰρ Μενοικέως
Κρέοντ', ἐμαυτοῦ γαμβρὸν, ἐς τὰ Πυθικὰ
ἔπεμψα Φοίβου δώμαθ', ὡς πύθοιθ' ὅ τι
δρῶν ἢ τί φωνῶν τήνδε ῥυσαίμην πόλιν.
καί μ' ἤμαρ ἤδη ξυμμετρούμενον χρόνῳ
λυπεῖ τί πράσσει· τοῦ γὰρ εἰκότος πέρα
ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου.
ὅταν δ' ἵκηται, τηνικαῦτ' ἐγὼ κακὸς

68. *ηὕρισκον* scripsi pro *εὕρισκον*, cum augmento, praeeunte hic et alibi constanter Elmsleio in hoc verbo similibusque. 72. *τήνδε ῥυσαίμην*] *τήνδ' ἐρυσάμην* pr. 74. *πέρα*] *πέραι*, *ι* a m. rec.

Scholiasta, *ἀρσενικῶ δὲ ἐχρήσατο πλάνοις ἀντὶ θηλυκοῦ.* "Vide Oed. Col. 1114. Phil. 758. Πλάνη habet Aesch. Prom. 578. 587. 623. 783. 787. 819. apud quem nusquam legitur *πλάνος*. Utrumque adhibet Euripides. V. Pierson. ad Moer. p. 315." ELMSL. Ceterum similiter dictum in Antig. 225. *πολλὰς γὰρ ἔσχον φροντίδων ἐπιστάσεις.*

69. *ταύτην ἔπρασσον*] *Hanc exsequebar.* Sic Philoct. 86. *ἐγὼ μὲν οὖς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ.*

70. *γαμβρὸν*] *Sororis maritum.*

72. *ῥυσαίμην*] Quum in terminatione optativi in *αιμην* vel *οιμην* librorum fides nulla sit, pari jure *ῥυσοίμην* scribi potest, quod conjecit Linwoodius, collato El. v. 34. *ὡς μάθοιμ' ὅτῳ τρόπῳ πατρὸς δίκας ἀροίμην*, ubi *ἀροίμην* communis aoristo et futuro forma est.

73. *ἤμαρ ξυμμετρούμενον χρόνῳ*] Diem praesentem cum tempore se comparare dicit quod iter exigit, i. e. computare se quotus hic dies sit ex quo Creon abierit.

74. *λυπεῖ τί πράσσει*] I. e. angit, cogitantem quid faciat. Sic Aj. 794. *ὥστε μ' ὠδίνειν τί φῄς.* Eurip. Hec. 185. *δειμαίνω τί ποτ' ἀναστένεις.*

εἰκότος πέρα] Haec verba non ad *ἄπεστι* solum, sed ad totam sententiam *ἄπεστι πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου* referenda sunt. Ceterum nihil intererat utrum *πλείω τοῦ καθήκοντος χρόνου* an *πλείω—χρόνον* diceret. Utriusque generis exempla collegit Lobeckius ad Soph. Aj. 277. p. 199.

76. *τηνικαῦτ'—θεός*] Inscius Oedipus his verbis necessitatem sibi imponit investigandae ejus rei, qua explorata semet ipsum in maximam calamitatem conjicit, ut Wunderi verbis utar. Multa hujusmodi in priore maxime hujus tragoediae parte reperiuntur, quae spectatores facile sentiunt, Oedipus, nullius dum criminis sibi conscius, non sentit: de quo jam veteres interpretes Graeci passim monuerunt (v. ad v. 236.) Nec metuendum erat poetae ne talia non intelligerent spectatores, quum fabula Oedipodea non minus in vulgus nota esset quam aliae plurimae, de quibus Antiphanes apud Athen. 6. p. 222. *μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία | ποίημα κατὰ πάντ'· εἴ γε πρῶτον οἱ λόγοι | ὑπὸ τῶν θεατῶν εἰσιν ἐγνω-*

μὴ δρῶν ἂν εἶην πάνθ' ὅσ' ἂν δηλοῖ θεός.
ΙΕ. ἀλλ' ἐς καλὸν σύ τ' εἶπας οἵδε τ' ἀρτίως
Κρέοντα προσστείχοντα σημαίνουσί μοι.
ΟΙ. ὦναξ Ἄπολλον, εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ
σωτῆρι βαίη λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι.
ΙΕ. ἀλλ' εἰκάσαι μὲν, ἡδύς· οὐ γὰρ ἂν κάρα
πολυστεφὴς ὧδ' εἶρπε παγκάρπου δάφνης.
ΟΙ. τάχ' εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν.
ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα, παῖ Μενοικέως,
τίν' ἡμὶν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων;

77. ἂν εἶην] ἀνείην ὅσ' ἂν] ὅσα 78. ἐς scripsi pro εἰς. τ'] οἵδε τ' pr. οἱ δέ τ' corr. 79. προσστείχοντα Erfurdtius pro στείχοντα. 83. παγκάρπου] πανκάρπου pr. 86. ἡμὶν] ἡμῖν pr.

ρισμένοι | πρὶν καί τιν' εἰπεῖν· ὡς ὑπομνῆσαι μόνον | δεῖ τὸν ποιητήν. Οἰδίπουν γὰρ ἂν μόνον | φῶ, τἄλλα πάντ' ἴσασιν· ὁ πατὴρ Λάϊος, | μήτηρ Ἰοκάστη, θυγατέρες, | παῖδες τίνες, | τί πείσεθ' οὗτος, τί πεποίηκεν.

78. ἐς καλὸν] I. e. bene et opportuno tempore, ut ἐς καλὸν ἥκεις ap. Platon. Symp. p. 174 E.

79. σημαίνουσι] De manuum motu intelligendum, quo adstantes sacerdoti Creontis adventum significant. His verbis vix pronunciatis Oedipus et sacerdos ipsi Creontem accedere vident.

80. ἐν τύχῃ γέ τῳ] Sic Aesch. Sept. 472. πέμποιμ' ἂν ἤδη τόνδε, σὺν τύχῃ δέ τῳ. Choeph. 138. ἐλθεῖν Ὀρέστην δεῦρο σὺν τύχῃ τινὶ κατεύχομαί σοι.

82. ἡδύς] I. e. ἡδόμενος.

οὐ γὰρ ἂν κάρα] Coronati enim soli domum redibant quibus laetae sortes obtigerant. Quocirca bene in scholio additum ἐπί τινι αἰσίῳ. Quibus vero vel tristia nunciata fuerant, vel domum repetentibus adversi aliquid acciderat, ii coronas deponebant. BRUNCK. Qui exempla memorat Thesei apud rip. Hippol. 813. et Fabii Pic Delphis Romam reducis apud um 23, 11.

83. πολυστεφὴς cum gen constructum ut περιστεφῆ ἀι θήκην dixit Electr. 895. et ἐπ φῆς οἴνου Homerus Od. 2, 43 alia plurima hujusmodi quae git Matthiae Gramm. § 345.

παγκάρπου δάφνης] Delph laurum dicit, quam maximis b atque e viridi rubentibus insig esse Plinius annotavit H. N 30, 39: unde πάγκαρπον voc i. e. divitem frugum.

84. ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν] tam prope adest ut audire possit.

85. ἄναξ] Honorifica appell quam non solum regibus, etiam nobilioribus in civitate tribui ex Sophocle annotavit stathius p. 1425, 48. Sic Io v. 911. chorum senum Thebanc alloquitur verbis χώρας ἄνακτε

ἐμὸν κήδευμα] Pro ἐμὸς κηδε Sic Eurip. Orest. 479. ὦ καὶ σὺ, Μενέλεως, κήδευμ' BRUNCK.

ΚΡΕΩΝ.

ἐσθλήν· λέγω γὰρ καὶ τὰ δύσφορ', εἰ τύχοι
κατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, πάντ' ἂν εὐτυχεῖν.
ΟΙ. ἔστιν δὲ ποῖον τοὔπος; οὔτε γὰρ θρασὺς
οὔτ' οὖν προδείσας εἰμὶ τῷ γε νῦν λόγῳ.
ΚΡ. εἰ τῶνδε χρῄζεις πλησιαζόντων κλύειν,
ἕτοιμος εἰπεῖν, εἴτε καὶ στείχειν ἔσω.
ΟΙ. ἐς πάντας αὔδα. τῶνδε γὰρ πλέον φέρω
τὸ πένθος ἢ καὶ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πέρι.
ΚΡ. λέγοιμ' ἂν οἷ' ἤκουσα τοῦ θεοῦ πάρα.
ἄνωγεν ἡμᾶς Φοῖβος ἐμφανῶς ἄναξ

93. αὔδα] αὖδα pr.

87. Faustum oraculum (ἐσθλὴν ...ήμην) dicit, quod fore ut The...ani peste liberarentur responsum ...rat; infaustum (τὰ δύσφορα), ...uod, ut liberarentur, interfecto...em Lai investigare investigatum...ue aut expellere urbe aut interfi...ere jussi erant. Tum κατ' ὀρθὸν ...ξελθεῖν idem fere est atque κατορ...οῦσθαι, *rite perfici*. Itaque rem ...tiam tristem, investigationem in...erfectionemque occisoris Lai, si ...ite perficiatur, prosperrimam fore ...reo Thebanis sit. WUNDER. ...choliasta, ὁ μὲν Οἰδίπους τίς εἴη ὁ ...ρησμὸς ἐπυνθάνετο, ὁ δὲ οὐκ εὐθὺς ...ὐτὸ τὸ ῥητὸν ψιλὸν εἶπεν. ἀπὸ γὰρ ...ῶν εὐφήμων ἄρξασθαι θέλει. ὁ δὲ ...οῦς· λέγω γὰρ πάντα ἂν εὐτυχεῖν ...ὴν πόλιν, εἰ καὶ τὰ δύσφημα τύχοι ...ατ' ὀρθὸν ἐξελθόντα, τουτέστιν, εἰ ...ὰ ἄγνωστα γνωσθείη, τὸ τίς ἐστιν ὁ ...ονεὺς Λαΐου. οὐδὲν γὰρ χαλεπὸν ...νι ἐν τῷ χρησμῷ, ἀλλ' ἀγνοεῖται ...όνον τὸ ὑπ' αὐτοῦ ῥηθήν. Et alius, ...αὶ τὰ χαλεπὰ εἰ τύχοι κατ' ὀρθὸν ...ροϊόντα, πάντα εὐτυχεῖν ἡμᾶς λέγω. ...ecte uterque, nisi quod subjec...um verbi εὐτυχεῖν non ἡ πόλις aut ...μεῖς est, sed τὰ δύσφορα.

88. ἐξελθόντα] ἐξιόντα Suidas et Zonaras s. v. δύσφορα. In ἐξελθόντα consentit Stobaeus Floril. 108, 54.

91. πλησιαζόντων] Non *appropinquantium*, sed idem quod πλησίων ὄντων, ut ἰσάζειν saepe pro ἴσον εἶναι dicitur: de quo duplici usu verborum in αζω exeuntium pluribus dixit Lobeckius ad Aj. 268. p. 196.

92. ἕτοιμος] Hoc saepe pro ἕτοιμός εἰμι dicitur. Eodem modo εἰδέναι πρόθυμος, intellecto εἰμί, ap. Eurip. Hel. 1523.

εἴτε καὶ στείχειν ἔσω] I. e. εἴτε καὶ στείχειν ἔσω χρῄζεις, ἕτοιμός εἰμι καί στείχειν ἔσω.

93. ἐς πάντας αὔδα] Recte scholiasta, ἀξίως τοῦ βασιλικοῦ ἤθους δημοσίᾳ φράζειν κελεύει· ἅμα μὲν ἐπεὶ μηδὲν ὑποπτεύει περὶ ἑαυτοῦ, καὶ οἴεται θεοφιλὴς εἶναι, ἅμα δὲ καὶ ὑπὲρ τοῦ ἐν μέσῳ ῥηθέντων ἀνυσθῆναι τὰ τῆς ἀναζητήσεως. αὔξει δὲ ὁ ποιητὴς τὸ ὡς εὐνοϊκὸν ἦθος τοῦ Οἰδίποδος, ὅπως αὔξοιτο τὰ τῆς τραγῳδίας, ὕστερον αἰτίου αὐτοῦ τῶν κακῶν ἀναφαινομένου.

τῶνδε] I. e. περὶ τῶνδε, praepositione ex altera sententiae parte assumenda.

μίασμα χώρας, ὡς τεθραμμένον χθονὶ
ἐν τῇδ', ἐλαύνειν μηδ' ἀνήκεστον τρέφειν.
ΟΙ. ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;
ΚΡ. ἀνδρηλατοῦντας, ἢ φόνῳ φόνον πάλιν
λύοντας, ὡς τόδ' αἷμα χειμάζον πόλιν.
ΟΙ. ποίου γὰρ ἀνδρὸς τήνδε μηνύει τύχην;
ΚΡ. ἦν ἡμὶν, ὦναξ, Λάϊός ποθ' ἡγεμὼν
γῆς τῆσδε, πρὶν σὲ τήνδ' ἀπευθύνειν πόλιν.
ΟΙ. ἔξοιδ' ἀκούων· οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γέ πω.
ΚΡ. τούτου θανόντος νῦν ἐπιστέλλει σαφῶς
τοὺς αὐτοέντας χειρὶ τιμωρεῖν τινά.

99. *τίς*] ι ex η factum. *ξυμφορᾶς*] Inceperat librarius σ scribere, sed priusquam perfecerat in ξ transiit: unde nunc figura apparet ex utraque litera composita. 101. *λύοντασ* ex *δύοντασ* factum *χειμάζον*, ει ab eadem m. supersc. 102. *τήνδε* rec. *τῆιδε* pr. 103. *ἡμὶν*] ἦμιν 105. *εἰσεῖδον*] εἴσιδον pr. 107. *τινά*] τινάσ cum puncto super σ a m. pr., quod erasit m. rec.

98. *ἀνήκεστον*] *Inexpiatum.* Sic *ἀδίκημα ἀκεῖσθαι* dixit Plato Rep. 2. p. 364 C.

99. *ποίῳ καθαρμῷ;*] I. e. *ποίῳ καθαρμῷ ἄνωγεν ἡμᾶς ἐλαύνειν μίασμα*; unde Creon pergit *ἀνδρηλατοῦντας—.*

τίς ὁ τρόπος τῆς ξυμφορᾶς;] *Quae est natura mali?*

101. *τόδ' αἷμα*] *Hanc caedem* dicit, quoniam praecedentibus verbis satis designavit, *μίασμα χώρας, τεθραμμένον χθονὶ ἐν τῇδε*, et *φόνῳ φόνον πάλιν λύοντας.*

105. *οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γέ πω*] In apographo uno *που* scriptum sive casu sive consilio, quod falsum habetur, quia *οὔ πω*, quod *nondum* significat, ab Homero et tragicis interdum dicatur pro *οὔ πως* vel *οὔ που, nequaquam.* De quo amplius quaerendum erit. Neque enim scimus unde constiterit quod ejusmodi in locis antiquitus scriptum erat ΠΟ, id *πω* potius quam *που* significare. Illud vero certum est, librarios *που* saepe in *πω* mutasse, praesertim ubi cum *οὐ* conjunctum esset, de quo dixi in Thesauro vol. 6. p. 1539. Recte, ut videtur, Hartungius *οὐ γὰρ εἰσεῖδόν γ' ἐγώ.* Apte autem additum est *ἐγώ*, ut disertius quam verbo solo significetur quam longe Oedipus ab omni vel originis suae vel criminis ab se commissi suspicione absit.

107. *αὐτοέντας*] De hoc voc. v. ad Electr. 272.

τινά] Quod librarius lapsu calami propter *αὐτοέντας* scripserat *τινάσ* ipse correxit litera σ puncto notata. Quod non adverterunt alii: unde *τινάς* in omnibus legitur apographis. Eodem modo erratum apud Suidam s. v. *ἐπιστέλλει*, ubi codices *τινάς*, sola editio Mediolanensis, fortasse casu, rectam habet scripturam *τινά*. Prudenter autem poeta oraculum *τινά* dixisse finxit,

)I. οἱ δ' εἰσὶ ποῦ γῆς; ποῦ τόδ' εὑρεθήσεται
ἴχνος παλαιᾶς δυστέκμαρτον αἰτίας;
.P. ἐν τῇδ' ἔφασκε γῇ. τὸ δὲ ζητούμενον 110
ἁλωτόν, ἐκφεύγει δὲ τἀμελούμενον.
)I. πότερα δ' ἐν οἴκοις, ἢ 'ν ἀγροῖς ὁ Λάϊος,
ἢ γῆς ἐπ' ἄλλης τῷδε συμπίπτει φόνῳ;
.P. θεωρὸς, ὡς ἔφασκεν, ἐκδημῶν, πάλιν

108. *οἱ δ'*] *οἵδ'* pr., *οἵδ'* rec. 112. *ἢ 'ν*] *ἢ ἐν*, sed ε eraso

uum neque Oedipum nominare osset, quem postmodum apparet on alios punire, sed ipsum puniri ebere, nec Creontem, qui in exrema demum fabulae parte Oedipo ı imperio succedit, crimine illius atefacto.

108. *τόδ'—ἴχνος*] Illud vestiium, quod investigandum esse raculum significavit.

110. *τὸ δὲ ζητούμενον ἁλωτὸν*] ententia communis, quacum interretes compararunt verba Chaereıonis apud Stobaeum Ecl. phys. ol. 1. p. 236. *οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ν ἀνθρώποις δ τι | οὐκ ἐν χρόνῳ ητοῦσιν ἐξευρίσκεται.* et Terentii Ieaut. 4, 2, 8. *nihil tam difficile t quin quaerendo investigari posiet.*

112. Mirum videri potest quod oëta nescire facit Oedipum post ım diuturnam cum Iocasta conıetudinem, ubi quaque vi occideit Laius. At habet ea res excuıtionem quam attulit Aristoteles e arte poëtica c. 15. (p. 1454, 7. d. Bekker.) et 24. (p. 1460, 29.) ıedem illam *ἔξωθεν τῆς τραγῳδίας* sse monens. ERFURDT. At ero Laii caedes tam ad fabulam anc pertinet quam quaevis aliae, uae illa continentur, res gestae, tpote quae omnium causa fuerit t origo. Quam si neglexisse derehenderetur poeta, veniam impetrare vix ac ne vix quidem posset. Atqui non neglexit: nam et Sphingis crudelitate ab inquirendis istius caedis auctoribus deterriti non male dicuntur Thebani v. 130. praesertim quum quaestione, sed leviore, ut conjicere licet, instituta nihil comperissent (v. 567.), et conferenti versus 754–764. 851. 916. et totum illum locum, porro v. 1054–1072, maxime vero primum horum locorum, constabit Iocastam a servo illo, qui solus aufugerat, edoctam caedis auctorem esse Oedipum, consulto id celasse, ne male acciperetur homo sapiens, qui tam bene de Thebana gente fuisset promeritus, idque ut commodius posset, in rus abdidisse illum servulum: quo factum ut non nisi per nebulam de Laio ejusque morte audierit Oedipus. BOTH.

114. *θεωρὸς*] Scholiasta, *θεωρὸς, ὁ πρὸς τοὺς θεοὺς διὰ χρησμὸν ἀπερχόμενος.* Scilicet *τὸν ἐκτεθέντα παῖδα μαστεύων μαθεῖν, εἰ μηκέτ' εἴη,* monente Euripide Phoen. 36. ELMSL. Valde incertum est Sophoclem eandem quam Euripidem Laii itineris caussam cogitasse. Nam quod Sophocles dixit *θεωρὸς —ἀπεστάλη,* hoc potius significare videtur, Laium ludorum sacrorum spectandorum caussa iter suscepisse.

πρὸς οἶκον οὐκέθ' ἵκεθ', ὡς ἀπεστάλη. 115
ΟΙ. οὐδ' ἄγγελός τις οὐδὲ συμπράκτωρ ὁδοῦ
κατεῖδ', ὅτου τις ἐκμαθὼν ἐχρήσατ' ἄν;
ΚΡ. θνήσκουσι γὰρ, πλὴν εἷς τις, ὃς φόβῳ φυγὼν
ὧν εἶδε πλὴν ἓν οὐδὲν εἶχ' εἰδὼς φράσαι.
ΟΙ. τὸ ποῖον; ἓν γὰρ πόλλ' ἂν ἐξεύροι μαθεῖν, 120
ἀρχὴν βραχεῖαν εἰ λάβοιμεν ἐλπίδος.
ΚΡ. λῃστὰς ἔφασκε συντυχόντας οὐ μιᾷ
ῥώμῃ κτανεῖν νιν, ἀλλὰ σὺν πλήθει χερῶν.

115. οὐκέθ', non οὐκ ἔθ'. Et sic prope constanter. 117. κατεῖδ'] κατείδεν ὅτου rec. ὅπου pr. 118. θνήσκουσι] θνη[σκουσι 119. οὐδὲν] οὐδὲν literis ἐν a m. pr. in litura scriptis, licet compendium ab eadem super δ scriptum (L) ipsum quoque εν significet. Ex quo Duebnerus colligit librarium quum οὐδειχειδειχ' scripsisset, errore animadverso illud L super δ scripsisse, erasis literis ειχειδ, quorum spatium postmodum ipsis literis εν explevit. 123. ῥώμῃ] ῥώμηι σὺν] σὺμ pr.

1325. *οὐ γάρ με λήθεις, ἀλλὰ γιγνώσκω σαφῶς*] Eadem fere verba apud Homerum Il. 24, 563. *καὶ δέ σε γιγνώσκω, Πρίαμε, φρεσὶν, οὐδέ με λήθεις.*

1329. *τάδ' ἦν*] *τάδε* a participio *τελῶν* pendet.

1330. *πάθεα*] Disyllabum. V. ad v. 190.

ἔπαισε δ' αὐτόχειρ νιν οὔτις, ἀλλ' ἐγὼ τλάμων.
τί γὰρ ἔδει μ' ὁρᾶν,
ὅτῳ γ' ὁρῶντι μηδὲν ἦν ἰδεῖν γλυκύ;

ΧΟ. ἦν ταῦθ' ὅπωσπερ καὶ σὺ φῄς.

ΟΙ. τί δῆτ' ἐμοὶ βλεπτὸν, ἢ
στερκτὸν, ἢ προσήγορον
ἔτ' ἔστ' ἀκούειν ἁδονᾷ, φίλοι;
ἀπάγετ' ἐκτόπιον ὅτι τάχιστά με,
ἀπάγετ', ὦ φίλοι, τὸν ὄλεθρον μέγαν,
τὸν καταρατότατον, ἔτι δὲ καὶ θεοῖς
ἐχθρότατον βροτῶν.

ΧΟ. δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον,
ὡς ἠθέλησα μηδέ σ' ἂν γνῶναί ποτε.

ΟΙ. ὄλοιθ' ὅστις ἦν ὃς ἀγρίας πέδας

1333. *οὔτις*] *σ* ex *ν* factum. 1334. *ὁρᾶν*] *ὁρᾶιν*, *ι* eraso. 1335. *γ'*] manus antiqua *γ* ex *θ* fecit. 1336. *ταῦθ'*] *τάδ'* 1337. 1338. unus versus. 1339. *ἁδονᾷ* scripsi pro *ἡδονᾷ*. 1341. *ὄλεθρον* Turnebus pro *ὀλέθριον*. 1345. *καταρατότατον*] Prius *ο* ex *ω* factum. *καὶ θεοῖσ* versui proximo addit. 1348. *ὡς ἠθέλησα μηδέ σ' ἂν γνῶναί ποτε* scripsi pro *ὡς σ'* (*ὅσσ'* pr.) *ἠθέλησα μηδ' ἀναγνῶναί ποτ' ἄν*. 1349. *ἀγρίας*] *ἀπ' ἀγρίας*

1331. De metro v. ad Aj. 400.

ἀλλ' ἐγὼ —] Mutata orationis forma post *οὔτις* non *πλὴν* intulit, sed *ἀλλά*. Simili libertate Homerus ab Schneidewino comparatus, Il. 21, 275. *ἄλλος δ' οὔ τίς μοι τόσον αἴτιος οὐρανιώνων, ἀλλὰ φίλη μήτηρ*, ubi non *ἀλλὰ*, sed *ὅσον* exspectabatur.

1339. *ἁδονᾷ*] *Cum voluptate.* Metrum non iambicum, sed iambico-trochaicum,

∪ ⏑ ∪ — — | ⏑ ∪ — ∪ —

1341. *τὸν ὄλεθρον μέγαν*] I. e. *τὸν ὄλεθρον μέγαν ὄντα*. Quo non intellecto *ὀλέθριον* interpolatum est.

1347. *τοῦ νοῦ*] Recte per *σύνεσιν* explicat scholiasta, qua factum erat ut Oedipus Sphingis aenigma solveret solutoque rex fieret Thebarum et incestum cum matre connubium iniret. Quam priorum temporum memoriam repetens chorus addit *ὡς ἠθέλησα μηδέ σ' ἂν γνῶναί ποτε*, ut v. 1216. dixerat, *εἴθε σ' εἴθε σε μήποτ' εἰδόμαν*.

1348. *μηδέ σ' ἂν γνῶναί ποτε*] *ἂν γνῶναι* quum in *ἀναγνῶναι* corruptum esset, *ποτε* in *ποτ' ἄν* est mutatum. Hinc explicanda codicis scriptura, quam emendavi.

ἀγρίας] *ἀπ'* ante *ἀγρίας* recte omittunt libri Tricliniani et aliquot ceterorum apographorum. Fugerat librarios *ἀπὸ* ex altera sententiae parte esse supplendum.

νομάδ' ἐπιποδίας ἔλαβέ μ' ἀπό τε φόνου
ἔρυτο κἀνέσωσεν, οὐδὲν ἐς χάριν πράσσων.
τότε γὰρ ἂν θανὼν
οὐκ ἦ φίλοισιν οὐδ' ἐμοὶ τοσόνδ' ἄχος.
ΧΟ. θέλοντι κἀμοὶ τοῦτ' ἂν ἦν.
ΟΙ. οὔκουν πατρός γ' ἂν φονεὺς
ἦλθον, οὐδὲ νυμφίος
βροτοῖς ἐκλήθην ὧν ἔφυν ἄπο.
νῦν δ' ἄθεος μέν εἰμ', ἀνοσίων δὲ παῖς,
ὁμολεχὴς δ' ἀφ' ὧν αὐτὸς ἔφυν τάλας.
εἰ δέ τι πρεσβύτερον ἔτι κακοῦ κακὸν,
τοῦτ' ἔλαχ' Οἰδίπους.
ΧΟ. οὐκ οἶδ' ὅπως σε φῶ βεβουλεῦσθαι καλῶς.
κρείσσων γὰρ ἦσθα μηκέτ' ὢν ἢ ζῶν τυφλός.
ΟΙ. ὡς μὲν τάδ' οὐχ ὧδ' ἔστ' ἄριστ' εἰργασμένα,
μή μ' ἐκδίδασκε, μηδὲ συμβούλευ' ἔτι.

1350.–1354. Versus sic divisi, *νομάδοσ–| ἔλαβε–| ἔρρυτο–| πράσσων– θανὼν.* 1350. *νομάδ'* Elmsleius pro *νομάδος.* *ἔλαβέ μ'*] In *ἔλυσεν* mutavit m. valde antiqua. 1352. *ἔρυτο* scripsi pro *ἔρρυτο* et *ἐς* pro *εἰς.* 1355. *ἦ* scripsi pro *ἦν.* *ἄχος*] *ἄχθος* 1358. *ἦλθον* praecedenti, *οὐδὲ νυμφίος* sequenti versui additum. 1360. *ἄθεος* Elmsleius pro *ἄθλιος.* 1361. *ὁμολεχὴς* Meinekius pro *ὁμογενής.* 1365. *ἔτι* Hermannus pro *ἔφυ*, quod *ἔφυι* scriptum in codice.

1350. *νομάδ'* pro *νομάδος* restitui cum Elmsleio, qui tamen male est interpretatus, quum conjungi voluit *ἀγρίας πέδας νομάδα*, id ut idem esset atque *ἐν ἀγρίαις πέδαις δεδεμένον. νομάδα*, poeta dixit Oedipum, qui expositus fuerat *ναπαλαῖς ἐν Κιθαιρῶνος πτυχαῖς* (v. 1026.)

ἔλαβέ μ'] Quod manus antiqua codici intulit violato metro *ἔλυσεν* est in apographis plerisque omnibus vel sic [illegible] *κατέ μ'* scriptum. Est glos[illegible] scripturam habet

13[illegible]
(i. e

quod est in codice, scripserat Sophocles.

1355. *ἦν*, quod est in codice, tertiae an primae personae sit ambigit scholiasta. Est primae.

1358. *φονεὺς ἦλθον*] Sic v. 1519. *θεοῖς ἔχθιστος ἥκω.*

1361. *ὁμολεχὴς*, quod Meinekius Anal. Alex. p. 314. restituit pro *ὁμογενὴς*, comparandum cum *κοινολεχὴς*, quo utitur Sophocles El. 97. Vulgatam scripturam utcunque interpretatur scholiasta, *ἐξ ὧν ἐτέκνωσεν. ἐξ αὐτῶν καὶ τέκνοις.*

5. *πρεσβύτερον*] Majus, gra-

ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις βλέπων
πατέρα ποτ' ἂν προσεῖδον εἰς Ἅιδου μολὼν,
οὐδ' αὖ τάλαιναν μητέρ', οἷν ἐμοὶ δυοῖν
ἔργ' ἐστὶ κρείσσον' ἀγχόνης εἰργασμένα.
ἀλλ' ἡ τέκνων δῆτ' ὄψις ἦν ἐφίμερος,
βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε, προσλεύσσειν ἐμοί;
οὐ δῆτα τοῖς γ' ἐμοῖσιν ὀφθαλμοῖς ποτέ·
οὐδ' ἄστυ γ', οὐδὲ πύργος, οὐδὲ δαιμόνων
ἀγάλμαθ' ἱρὰ, τῶν ὁ παντλήμων ἐγὼ
κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς ἔν γε ταῖς Θήβαις τραφεὶς
ἀπεστέρησ' ἐμαυτὸν, αὐτὸς ἐννέπων
ὠθεῖν ἅπαντας τὸν ἀσεβῆ, τὸν ἐκ θεῶν
φανέντ' ἄναγνον καὶ γένους τοῦ Λαΐου,
τοιάνδ' ἐγὼ κηλῖδα μηνύσας ἐμὴν
ὀρθοῖς ἔμελλον ὄμμασιν τούτους ὁρᾶν;
ἥκιστά γ'· ἀλλ' εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν
πηγῆς δι' ὤτων φραγμὸς, οὐκ ἂν ἐσχόμην

1372. ποτ'] πότ' 1373. μητέρ'] μητέρ', α eraso. οἷν in litura
ıt. pro οὖν ut videtur. 1376. ἔβλαστε] ἔβλαστεν προσλεύσσειν]
ertium σ a m. ant. additum. 1379. ἱρὰ scripsi pro ἱερὰ. 1385.
ρᾶν] ὁρᾶιν 1387. ἂν ἐσχόμην] ἀνεσχόμην

1368. ἦσθα] ἦσθ' ἂν Hartun-
ius.

1373. οἷν—εἰργασμένα] Notanda
ırior hujus verbi structura cum
ativo pro accusativo, ut apud
.rist. Vesp. 1350. ab Schaefero
ɔmparatum, πολλοῖς γὰρ ἤδη χἀ-
ἔροις αὔτ' εἰργάσω. et Homer Od.
4, 289. πολλὰ κάκ' ἀνθρώποισιν
ύργει.

1374. κρείσσον' ἀγχόνης] Pro-
erbialis locutio, frequens apud
uripidem. ERF.

1376. βλαστοῦσ' ὅπως ἔβλαστε]
e. ex incesto connubio. Fre-
uens haec loquendi forma de re-
us ingratis quas quis claris verbis
exponere non vult, velut Oed. C.
273. ἱκόμην ἵν' ἱκόμην, Eurip. Or.
79. ἔπλευσ' ὅπως ἔπλευσα. βλα-
στοῦσα ad ὄψις relatum posuit,
quum βλαστόντων potius dici debe-
ret. Hartungius βλαστόνθ' scripsit
deleto post ἔβλαστε commate.

1383. καὶ γένους τοῦ Λαΐου] Non
sine vi hoc additum, si quidem
patefacta cognatione illa piaculi
magnitudo maxime patefacta est.
WUNDER.

1385. τούτους] Thebanos.

1387. φραγμὸς] Quum Attici
veteres φαργνύναι, pariterque ἄφαρ-
κτος et κατάφαρκτος dixerint (v.
ad Antig. 235. 958. Aj. 909.), se-

τὸ μἀποκλῇσαι τοὐμὸν ἄθλιον δέμας,
ἵν' ἦ τυφλός τε καὶ κλύων μηδέν· τὸ γὰρ
τὴν φροντίδ' ἔξω τῶν κακῶν οἰκεῖν γλυκύ.
ἰὼ Κιθαιρὼν, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθὺς, ὡς ἔδειξα μήποτε
ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν ἔνθεν ἦ γεγώς;
ὦ Πόλυβε καὶ Κόρινθε καὶ τὰ πάτρια
λόγῳ παλαιὰ δώμαθ', οἷον ἆρά με
κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξεθρέψατε.
νῦν γὰρ κακός τ' ὢν κἀκ κακῶν εὑρίσκομαι.
ὦ τρεῖς κέλευθοι καὶ κεκρυμμένη νάπη
δρυμός τε καὶ στενωπὸς ἐν τριπλαῖς ὁδοῖς,
αἳ τοὐμὸν αἷμα τῶν ἐμῶν χειρῶν ἄπο
ἐπίετέ πατρὸς, ἆρά μου μέμνησθ' ὅτι

1388. μἀποκλῇσαι] μὴ ἀποκλεῖσαι 1389. ἦ] ἦν 1393. ἦ Elmsleius pro ἦν. 1401. ὅτι] γρ. ὅταν ab S.

quitur ut etiam φαργμός dixerint. Hoc igitur restituendum puto.

ἂν ἐσχόμην ex paucis apographis restitutum pro ἀνεσχόμην. In nonnullis est ἠνεσχόμην. Hoc si voluisset poeta, ἂν ἠνσχόμην scribere potuisset, de qua forma v. ad Antig. 467.

1388. ἀποκλῇσαι — δέμας] Hoc dixit retenta metaphora qua auditum et visum fontes esse dixerat ex corpore manantes. Monuit Wunderus.

1389. ἦ Attica imperfecti forma pro ἦν ex paucis apographis restituta.

1390. τὴν φροντίδ'] Similis sententia Aj. 554. τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κἄρτ' ἀνώδυνον κακόν.

1391. ἰὼ Κιθαιρὼν] Apsines art. rhet. p. 104. ed. Bak. κινεῖ δ' ἔλεον καὶ ὁ λόγος πρὸς τόπον τινὰ γενόμενος, οἷον πρὸς ἐκκλησίαν, πρὸς βῆμα, πρὸς δικαστήριον. παράδειγμα τούτου τὸ τοῦ Σοφοκλέους, ὃς ποιήσας Οἰδίποδα διαλεγόμενον τῷ Κιθαιρῶνι "τί μ' ἐδέχου; τί με λαβὼν οὐκ ἔκτεινας:"

1394. τὰ πάτρια λόγῳ] I. e. quae patria dicebantur, sed non erant.

1396. κάλλος κακῶν ὕπουλον] I. e. externe pulcrum, interne morbis latentibus plenum. MUSGR.

1400. τοὐμὸν αἷμα—πατρὸς] Non licet hoc aliter interpretari quam τοὐμοῦ πατρὸς αἷμα. Dictum igitur ut τοὐμὸν φρενῶν ὄνειρον El. 1382. et alia hujusmodi.

1401. ὅτι] γρ. ὅταν annotavit διορθωτής. In apographis pluribus est ἔτι, annotatum etiam in Lipsiensibus duobus, quorum alterum appositum habet ζήτ., ut appareat laborasse librarios de explicanda verborum constructione, quae nihil difficultatis habet.

οἷ' ἔργα δράσας ὑμὲν εἶτα δεῦρ' ἰὼν
ὁποῖ' ἔπρασσον αὐθις; ὦ γάμοι γάμοι,
ἐφύσαθ' ἡμᾶς, καὶ φυτεύσαντες πάλιν
ἀνεῖτε ταυτὸν σπέρμα, κἀπεδείξατε
πατέρας, ἀδελφοὺς, παῖδας, αἷμ' ἐμφύλιον,
νύμφας γυναῖκας μητέρας τε, χὠπόσα
αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποισιν ἔργα γίγνεται.
ἀλλ' οὐ γὰρ αὐδᾶν ἔσθ' ἃ μηδὲ δρᾶν καλὸν,
ὅπως τάχιστα πρὸς θεῶν ἔξω μέ που
καλύψατ', ἢ φονεύσατ', ἢ θαλάσσιον
ἐκρίψατ', ἔνθα μήποτ' εἰσόψεσθ' ἔτι.

1402. ὑμὲν] ὕμιν pr. 1407. χὠπόσα] χ ex γ factum. 1408. γίνεται] Sic, non γίνεται. 1412. εἰσόψεσθ'] θ ex τ factum a 1. pr.

1402. ὑμὲν] Gl. apud Brunckium ἀφ' ὑμῖν. Immo ipsam regionem fefando suo facinore laesam ait Oedipus, quemadmodum alibi parites locuturi esse, si vocem habent, et hujusmodi alia dicuntur παθητικῶς. BOTHIUS.

1403.—1407. Hunc locum citat Longinus de sublimitate c. 23. isto exemplo observationem illustrans, τι ἔσθ' ὅπου προσπίπτει τὰ πληθυντικὰ μεγαλορρημονέστερα καὶ αὐτῷ ὀξοκομποῦντα τῷ ὄγκῳ τοῦ ἀριθμοῦ. Deinde prolatis sex versibus addit: πάντα γὰρ ταῦτα, τὰ μὲν ἓν ὄνομά στιν, Οἰδίπους, ἐπὶ δὲ θατέρων Ἰοκάστη, ἀλλ' ὅμως χυθεὶς εἰς τὰ πληυντικὰ ὁ ἀριθμὸς συνεπλήθυσε καὶ ὰς ἀτυχίας. Cfr. not. ad v. 366. BRUNCK.

1405. πάλιν ἀνεῖτε ταὐτὸν σπέρμα] Ad solam Iocasten haec verba referenda sunt, quae dicitur ejusdem, quem genuit, semen excedisse et in lucem edidisse. WUNDER.

κἀπεδείξατε — μητέρας τε] Hoc dicit poeta: *et fecistis ut pater frater et filius idem* (αἷμ' ἐμφύλιον) *in iisdem nuptiis esset*, i. e. ut pater esset, qui erat eorum, quorum pater erat, frater, et filius esset ejus, cujus ipsius maritus erat. Verba autem αἷμ' ἐμφ. referenda etiam ad seqq. sunt, νύμφας, γυναῖκας, μητ., hoc sensu: *et fecistis ut* αἷμ' ἐμφύλιον *esset* νύμφη γυνὴ καὶ μητήρ, i. e. ut sponsa esset quae uxor fuerat et mater. WUNDER.

1409. οὐ γὰρ] οὐδέ γ' Suidas s. v. ἀλλ' οὐδέ.

καλόν] καλά Stobaeus Floril. 17, 4. Sententia ipsa a multis celebrata, velut quos interpretes memorant, Isocr. ad Demon. § 15. et Heliodor. 4, 10. Invertit Sophocles Phil. 86. οὓς ἂν τῶν λόγων ἀλγῶ κλύων, τούσδε καὶ πράσσειν στυγῶ.

1412. μήποτε] μὴ Wunderus recte monet positum esse, quia in verbis sententia inest membri finalis, ut El. 380. μέλλουσι γάρ σ'—ἐνταῦθα πέμψειν, ἔνθα μήποθ' ἡλίου φέγγος προσόψει.

ἴτ', ἀξιώσατ' ἀνδρὸς ἀθλίου θιγεῖν.
πίθεσθε, μὴ δείσητε. τἀμὰ γὰρ κακὰ
οὐδεὶς οἷός τε πλὴν ἐμοῦ φέρειν βροτῶν.
ΧΟ. ἀλλ' ὧν ἐπαιτεῖς ἐς δέον πάρεσθ' ὅδε
Κρέων τὸ πράσσειν καὶ τὸ βουλεύειν, ἐπεὶ
χώρας λέλειπται μοῦνος ἀντὶ σοῦ φύλαξ.
ΟΙ. οἴμοι, τί δῆτα λέξομεν πρὸς τόνδ' ἔπος;
τίς μοι φανεῖται πίστις ἔνδικος; τὰ γὰρ
πάρος πρὸς αὐτὸν πάντ' ἐφηύρημαι κακός.
ΚΡ. οὐχ ὡς γελαστὴς, Οἰδίπους, ἐλήλυθα,
οὐδ' ὡς ὀνειδιῶν τι τῶν πάρος κακῶν.
ἀλλ' εἰ τὰ θνητῶν μὴ καταισχύνεσθ' ἔτι
γένεθλα, τὴν γοῦν πάντα βόσκουσαν φλόγα
αἰδεῖσθ' ἄνακτος Ἡλίου, τοιόνδ' ἄγος
ἀκάλυπτον οὕτω δεικνύναι, τὸ μήτε γῆ
μήτ' ὄμβρος ἱρὸς μήτε φῶς προσδέξεται.
ἀλλ' ὡς τάχιστ' εἰς οἶκον ἐσκομίζετε·
τοῖς ἐν γένει γὰρ τἀγγενῆ μάλισθ' ὁρᾶν
μόνοις τ' ἀκούειν εὐσεβῶς ἔχει κακά.
ΟΙ. πρὸς θεῶν, ἐπείπερ ἐλπίδος μ' ἀπέσπασας,

1413. ἴτ'] ἴτ', ε a m. pr. 1414. πείθεσθε m. ant. πείθεσθαι pr., sed adscripto in marg. ε. Scripsi πίθεσθε cum Elmsleio. 1416. ἐς] εἰσ 1421. ἐφηύρημαι Elmsleius pro ἐφεύρημαι. 1422. οὐχ m. recentior in margine. οὐ pr., una post υ litera eluta. 1423. οὔθ' pr. οὐδ' rec. οὐχ alia rec. in margine. τι] τί 1428. ἱρὸς scripsi pro ἱερός. προσδέξεται] Litera super σ erasa. 1429. εἰς scripsi pro ἐς.

1414. μὴ δείσητε] I. e. ne contactum meum fugiatis, ut explicat Musgravius.

1420. τίς μοι φανεῖται πίστις ἔνδικος] *Quae mihi merito fides habebitur?* ut explicat Wunderus.

1422, 1423. οὐχ—οὐδ'] οὔθ'—οὔθ' codex a m. pr. et apographa nonnulla et Suidas s. v. γελαστής. Quod non praeferendum.

1427. τὸ μήτε γῇ—προσδέξεται] Prohibet Creon terram, imbrem, lumen, quae veteres ut sancta divinaque verebantur, tam tetro spectaculo pollui. ERF.

1432. ἐλπίδος μ' ἀπέσπασας] Neque enim Creontem, opprobriis ab ipso lacessitum v. 532 et seqq. tam humanum sibi tamque benevolum speraverat. MUSGR.

ἄριστος ἐλθὼν πρὸς κάκιστον ἄνδρ' ἐμὲ,
πιθοῦ τί μοι· πρὸς σοῦ γὰρ, οὐδ' ἐμοῦ, φράσω.
ΧΡ. καὶ τοῦ με χρείας ὧδε λιπαρεῖς τυχεῖν;
ΟΙ. ῥῖψόν με γῆς ἐκ τῆσδ' ὅσον τάχισθ' ὅπου
θνητῶν φανοῦμαι μηδενὸς προσήγορος.
ΧΡ. ἔδρασ' ἂν εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν, εἰ μὴ τοῦ θεοῦ
πρώτιστ' ἔχρῃζον ἐκμαθεῖν τί πρακτέον.
ΟΙ. ἀλλ' ἥ γ' ἐκείνου πᾶσ' ἐδηλώθη φάτις,
τὸν πατροφόντην, τὸν ἀσεβῆ μ' ἀπολλύναι.
ΧΡ. οὕτως ἐλέχθη ταῦθ'· ὅμως δ' ἵν' ἔσταμεν
χρείας ἄμεινον ἐκμαθεῖν τί δραστέον.
ΟΙ. οὕτως ἄρ' ἀνδρὸς ἀθλίου πεύσεσθ' ὕπερ;
ΧΡ. καὶ γὰρ σὺ νῦν τἂν τῷ θεῷ πίστιν φέροις.
ΟΙ. καὶ σοί γ' ἐπισκήπτω τε καὶ προτρέψομαι,
τῆς μὲν κατ' οἴκους αὐτὸς ὃν θέλεις τάφον
θοῦ· καὶ γὰρ ὀρθῶς τῶν γε σῶν τελεῖς ὕπερ·
ἐμοῦ δὲ μήποτ' ἀξιωθήτω τόδε
πατρῷον ἄστυ ζῶντος οἰκητοῦ τυχεῖν,
ἀλλ' ἔα με ναίειν ὄρεσιν, ἔνθα κλῄζεται

1436. ῥῖψον] ῥίψον 1439. πρώτιστ'] πρώστιστ' pr. 1445. ἂν] τ' ἂν 1446. τε] γε, superscripto τε a m. ant. προτρέψομαι] προστρέψομαι, ε a m. pr. ex ι facto. 1451. ὄρεσιν] ὄρεσσιν

1438. ἔδρασ' ἂν εὖ τοῦτ' ἴσθ' ἄν] e. ἔδρασ' ἂν, εὖ τοῦτ' ἴσθ', ἔδρασ' ν.

1440. ἥ γ' ἐκείνου—φάτις] Quod eus dixerat faciendum esse.

1445. πίστιν φέροις] *Fidem affe-s*, i. e. habebis.

1446. καὶ σοί γ' ἐπισκήπτω—] oncedit Oedipus Creonti deo dem esse habendam, sed addit iid Creonti ipsi faciendum sit.

1451. ἔα] Una syllaba pronunandum vel scribendum ἄ. V. ad 1513.

ἔνθα κλῄζεται] I. e. *ubi Cithaeron est, in quo expositus fuisse dicor*, ut explicat Wunderus. Sic Trach. 659. ἔνθα κλῄζεται θυτήρ. Frequens hic usus verbi καλεῖσθαι et λέγεσθαι cum nominibus locorum, ut in exemplis ab Schneidewino collatis, Hom. Il. 11, 758 Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη κέκληται. Simon. in Boeckhii Corp. Inscr. 1051. Εὐβοίας ἄκρῳ πάγῳ, ἔνθα καλεῖται ἀγνᾶς Ἀρτέμιδος τοξοφόρου τέμενος. Eurip. Or. 331. ἵνα μεσόμφαλοι λέγονται μυχοί. κλέονται dixit Soph. Trach. 639. ἔνθ' Ἑλλάνων ἀγοραὶ Πυλάτιδες κλέονται. Idem cum

οὐμὸς Κιθαιρὼν οὗτος, ὃν μήτηρ τέ μοι
πατήρ τ' ἐθέσθην ζῶντι κύριον τάφον,
ἵν' ἐξ ἐκείνων, οἵ μ' ἀπωλλύτην, θάνω.
καίτοι τοσοῦτόν γ' οἶδα, μήτε μ' ἂν νόσον
μήτ' ἄλλο πέρσαι μηδέν· οὐ γὰρ ἄν ποτε
θνήσκων ἐσώθην, μὴ 'πί τῳ δεινῷ κακῷ.
ἀλλ' ἡ μὲν ἡμῶν μοῖρ', ὅποιπερ εἶσ', ἴτω·
παίδων δὲ τῶν μὲν ἀρσένων μή μοι, Κρέον,
προθῇ μέριμναν· ἄνδρες εἰσὶν, ὥστε μὴ
σπάνιν ποτὲ σχεῖν, ἔνθ' ἂν ὦσι, τοῦ βίου·
ταῖν δ' ἀθλίαιν οἰκτραῖν τε παρθένοιν ἐμαῖν,
αἷν οὔποθ' ἡμὴ χωρὶς ἐστάθη βορᾶς

1453. ζῶντι Toupius pro ζῶντε. 1454. ἀπωλλύτην] ω ex ο factum. 1457. θνήσκων] θνήισκων 'πί τῳ] πί τῶι (sic) pr. 1458. εἶσ'] εἶσ' pr. 1459. ἀρσένων] σ a m. multo recentiore in ρ mutatum. Κρέον] κρέων 1460. προθῇ Elmsleius pro πρόσθῃ.

οὐμὸς Κιθαιρὼν comparavit Statii verba Theb. 11, 752. *habeant te lustra tuusque Cithaeron.*

1453. ζῶντε recte ab Toupio Emend. vol. 3. p. 144. in ζῶντι est mutatum. Nihil enim attinebat parentes vivos dicere, sed hoc potius dicendum erat, parentes quum Oedipum in silvis exponerent, quasi sepelire viventem voluisse.

1454. οἵ μ' ἀπωλλύτην] *qui me perdere voluerunt.* Verba saepe non tam actionem significant quam consilium seu voluntatem agendi. In El. 320. πράσσων scholiastes exponit ἐπιχειρῶν πράττειν. In Oed. C. 993. κτείνοι, *occidere velit.* In Arist. Pac. 212. ἐκείνων πολλάκις σπονδὰς ποιούντων, i. e. ποιεῖν ἐπιθυμούντων. BRUNCK.

1456. ἂν—πέρσαι] *Perdere posse.* Praesagit Oedipus mortis genus quo futurum erat ut absumeretur. ERF. Hoc fit in Oedipi Colonei parte extrema.

1457. θνήσκων] *Morti jam tradi-tus.* BRUNCK.

μὴ] Hoc est quod plerumque εἰ μή dicitur.

1458. ὅποιπερ] Male ὅτιπερ in apographis pluribus.

1459. Κρέον recte in apographis, non Κρέων, quod est in codice et tacite a Brunckio positum erat.

1460. προθῇ recte restitutum ab Elmsleio pro πρόσθῃ, qui comparat El. 1334. νῦν δ' εὐλάβειαν τῶνδε προὐθέμην ἐγώ.

1463. αἷν—τράπεζ'] Verba propter metrum trajecta sic sunt construenda, αἷν (dativo casu) οὔποτ' ἐστάθη ἡ ἐμὴ τράπεζα χωρὶς βορᾶς. Nam hoc dicit, alimenta se praebuisse κοινῇ τραπέζῃ cum filiabus usum, quod explicat verbis ἀλλ' ὅσων ἐγὼ ψαύοιμι, πάντων τῶνδ' ἀεὶ μετειχέτην. Oedipi igitur filiabus non erat querendum ut queriter Electra in fabula cognomine 192. κεναῖς ἀμφίσταμαι τραπέζαις. De formis numeri dualis feminis v. 1462. 1463. 1466., quae librariis

τράπεζ' ἄνευ τοῦδ' ἀνδρὸς, ἀλλ' ὅσων ἐγὼ
ψαύοιμι, πάντων τῶνδ' ἀεὶ μετειχέτην· 1465
αἶν μοι μέλεσθαι· καὶ μάλιστα μὲν χεροῖν
ψαῦσαί μ' ἔασον κἀποκλαύσασθαι κακά.
ἴθ' ὦναξ,
ἴθ' ὦ γονῇ γενναῖε. χερσί τἂν θιγὼν
δοκοῖμ' ἔχειν σφὰς, ὥσπερ ἡνίκ' ἔβλεπον. 1470
τί φημί;
οὐ δὴ κλύω που πρὸς θεῶν τοῖν μοι φίλοιν
δακρυρροούντοιν, καί μ' ἐποικτείρας Κρέων
ἔπεμψέ μοι τὰ φίλτατ' ἐκγόνοιν ἐμοῖν;
λέγω τί; 1475

ΚΡ. λέγεις· ἐγὼ γάρ εἰμ' ὁ πορσύνας τάδε,
γνοὺς τὴν παροῦσαν τέρψιν, ἥ σ' εἶχεν πάλαι.

1469. τἂν Elmsleius pro δ' ἂν, ex quo m. recentior τ' ἂν fecit. 1470. σφὰς] σφᾶσ 1472. που] ποῦ 1474. ἐκγόνοιν] ἐγγόνοιν 1475. λέγω τι] λέγω. τί; 1476. γάρ εἰμ'] γὰρ εἶμ' 1477. ἥ σ' ἶχεν pr. ἣν εἶχεσ corr. a m. antiqua.

otius quam Sophocli deberi viden-ır, dixi ad Oed. C. 1113.

1464. ἄνευ τοῦδ' ἀνδρὸς] His veris explicat quod dixerat αἶν χωρίς.

1466. αἶν μοι μέλεσθαι] Cohaeent ταῖν δ' ἀθλίαιν παρθένοιν μέεσθαι, infinitivo pro imperativo ogito. αἶν μοι, quod omitti debebat, nutata orationis forma addidit ropter longiorem sententiam inerpositam. Quae ratio probabilior idetur quam Elmsleii, qui verbis νδρες εἰσιν, ὥστε μὴ σπάνιν ποτε χεῖν, ἔνθ' ἂν ὦσι, τοῦ βίου in paenthesi positis ad ταῖν δ' ἀθλίαιν ıtelligi volebat προθοῦ μέριμναν ex raecedentibus verbis προθῇ μέριμν repetendum.

1470. σφὰς] σφᾶς codex. Recıs accentus servatus in apographo 'alatino. Conf. ad v. 1508.

1471. τί φημι; extra versum ositum ut Trach. 865.

1472. τοῖν μοι φίλοιν] Scholiasta, ἀντὶ τοῦ τῶν ἐμῶν θυγατέρων. δέον δὲ εἰπεῖν δακρυρροούσαιν, ἀρσενικῶς ἐξήνεγκεν. ἔστι δὲ Ἀττικώτερον, ὡς τὸ μὰ τὼ θεώ(Ceres et Proserpina), καὶ τὼ χεῖρε. Recte scholiasta, licetque suspicari terminationem masculinam aliis in locis Sophoclis pluribus obscuratam esse ab librariis illatis quae nunc leguntur formis femininis. V. ad Oed. C. 1113.

1474. ἐκγόνοιν ex uno apographo restitutum pro ἐγγόνοιν, quod saepissime pro altero intulerunt librarii.

1477. τὴν παροῦσαν τέρψιν] Desideraverat Oedipus ut filiae adducerentur, quod fecisse se ait Creon Oedipoque parasse τὴν παροῦσαν τέρψιν, quam is cogitatione praeceperit jam antequam filiae adductae essent.

ἥ σ' εἶχεν] Quod vetus corrector

ΟΙ. ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ
δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι.
ὦ τέκνα, ποῦ ποτ' ἐστέ; δεῦρ' ἴτ', ἕλθετε
ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας,
αἳ τοῦ φυτουργοῦ πατρὸς ὑμῖν ὧδ' ὁρᾶν
τὰ πρόσθε λαμπρὰ προὐξένησαν ὄμματα·
ὃς ὑμὶν, ὦ τέκν', οὔθ' ὁρῶν οὔθ' ἱστορῶν
πατὴρ ἐφάνθην ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην.
καὶ σφὼ δακρύω· προσβλέπειν γὰρ οὐ σθένω·
νοούμενος τὰ λοιπὰ τοῦ πικροῦ βίου,
οἷον βιῶναι σφὼ πρὸς ἀνθρώπων χρεών.
ποίας γὰρ ἀστῶν ἥξετ' εἰς ὁμιλίας,
ποίας δ' ἑορτὰς, ἔνθεν οὐ κεκλαυμέναι
πρὸς οἶκον ἵξεσθ' ἀντὶ τῆς θεωρίας;
ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμὰς,

1480. ἴτ' a m. rec. 1484. ὃς] ὅσ' pr. ὑμὶν] ὑμιν 1491. ἵξεσθ' ab S. ἥξεθ' pr. 1492. δὴ] δεῖ pr. δ' ἡ recens corrector. ἥκητ'] ἵκητ' rec., superscripto etiam ι super ἥ.

in codice prosuit ἦν εἶχες in apographis multis reperitur. In uno interpolatum ἥ σ' ἔχει. Errat Elmsleius, qui ἧς εἶχες in codice scriptum esse ait, quae non codicis, sed Turnebi scriptura est.

πάλαι] Hoc non raro de rebus, quae modo factae sunt (ut v. 1161. El. 1101. 1477.) aut fiunt, usurpatur ita ut vehementiae potius quam diuturnitatis significationem habeat. Monuit Wunderus.

1478. ἀλλ' εὐτυχοίης] Frequens formula, ut in locis ab Schneidewino collatis Aesch. Choeph. 1063. Eur. Alc. 1153. Med. 688.

τῆσδε τῆς ὁδοῦ] Est genitivus pretii quem grammatici dicere solent, ut in locis ab Wundero comparatis Oed. C. 1505. καί σοι θεῶν τύχην τις ἐσθλὴν τῆσδ' ἔθηκε τῆς ὁδοῦ. Eur. Alc. 1046. πολλῶν δὲ μόχθων ἦλθε χεῖρας εἰς ἐμάς.

1481. ὡς pro ἐς dictum, quia τὰς ἀδελφὰς χέρας personae significationem habet. Quocum recte comparatum est δόμους ὡς τοῦσδε in Trach. 365., i. e. ὡς σὲ vel ὡς ὑμᾶς.

1482. αἳ—ὧδ' ὁρᾶν—προὐξένησαν ὄμματα] Manus quae effecerunt ut patris oculos nunc tales videatis quales videtis, i. e. lumine privatos.

1484. ὃς] i. e. ἔλθετε ὡς τὰς χέρας ἐμοῦ, ὃς —.

ἱστορῶν] *Quaerens.*

1486. καὶ σφὼ δακρύω] Similiter Euripides ab Wundero comparatus Phoen. 1440. φωτὶν μὲν οὐκ ἀφῆκεν, ὀμμάτων δ' ἄπο | προσεῖπε δακρύοις, ὥστε σημῆναι φίλα.

1488. πρὸς ἀνθρώπων] Vitam dicit qualem ab hominibus sive per homines parari necesse sit. Sic recte Wunderus.

1491. θεωρίας] Festi spectationem significat.

τίς οὗτος ἔσται, τίς παραρρίψει, τέκνα,
τοιαῦτ' ὀνείδη λαμβάνων, ἃ τοῖς ἐμοῖς
γονεῦσιν ἔσται σφῷν θ' ὁμοῦ δηλήματα;
τί γὰρ κακῶν ἄπεστι; τὸν πατέρα πατὴρ
ὑμῶν ἔπεφνε· τὴν τεκοῦσαν ἥροσεν,
ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη, κἀκ τῶν ἴσων
ἐκτήσαθ' ὑμᾶς, ὥνπερ αὐτὸς ἐξέφυ.
τοιαῦτ' ὀνειδιεῖσθε. κἆτα τίς γαμεῖ;
οὐκ ἔστιν οὐδείς, ὦ τέκν', ἀλλὰ δηλαδὴ
χέρσους φθαρῆναι κἀγάμους ὑμᾶς χρεών.
ὦ παῖ Μενοικέως, ἀλλ' ἐπεὶ μόνος πατὴρ
ταύταιν λέλειψαι, νὼ γὰρ, ὧ 'φυτεύσαμεν,
ὀλώλαμεν δύ' ὄντε, μή σφε περιίδῃς
πτωχὰς ἀνάνδρους ἐκγενεῖς ἀλωμένας,

1493. παραρρίψει] Tertium ρ a m. rec. 1497. ἔπεφνε] ἔπεφνεν 1500. νειδιεῖσθε] ὀνειδιεῖσθαι pr. 1504. φυτεύσαμεν sine coronide. 1505. ·εριίδῃς Dawesius pro παρίδῃς. 1506. ἐκγενεῖς scripsi pro ἐγγενεῖς. ·odex a m. pr. ἐνγενεῖσ, cum apostropho super ν.

1493. τίς παραρρίψει—λαμβάνων] *Quis adeo projecta erit audacia ut* —). Neutraliter usurpatum, t fere solet παραβάλλεσθαι et ναρρίπτειν κίνδυνον. BRUNCK. Minus probabiliter per συζεύξει explicat scholiasta, intellecto, ut vietur, ἑαυτῷ.

1494. τοῖς ἐμοῖς γονεῦσιν] ἐμοῖς on dubitandum quin ab interolatore illatum sit. Nam ἐμοῖς ονεῦσιν nihil aliud significare otest quam *Laio et Iocastae*. Abrdum vero est Laium memorari, ui Oedipum contra Apollinis quiem consilium, sed tamen legitimo ullique dedecori obnoxio connubio rocreavit. Manifestum est proxiisque versibus extra dubitatioem positum, de solis hic agi Oeipo et Iocasta incesto connubio nctis, quam τὴν πάλαι γένους φθορὰν dicit Ismena in Oed. Col. 369. Similiter hic scriptum a poeta esse videtur τοῖς πάλαι γονεῦσιν, quod recte dictum est, quum longum intervallum intercedat inter tempus quo Antigona et Ismena incesto connubio natae sunt et illud quo, diu post parentum obitum, nubiles fiunt.

1498. ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη] *Unde ipse satus erat*. Breviter dictum pro, *unde ipse prodiit a patre satus*. Nam σπείρειν patris est, non matris.

1502. φθαρῆναι] *Pessum ire*.

1505. ὀλώλαμεν] Proprie dictum de Iocasta, quae jam periit, improprie de Oedipo miseram vitam per aliquod tempus protracturo.

1506. ἐκγενεῖς restitui pro ἐγγενεῖς. Contrario errore ἐγγενὴς in ἐκγενὴς depravatum notavimus ad

μηδ' ἐξισώσῃς τάσδε τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.
ἀλλ' οἴκτισόν σφας, ὧδε τηλικάσδ' ὁρῶν
πάντων ἐρήμους, πλὴν ὅσον τὸ σὸν μέρος.
ξύννευσον, ὦ γενναῖε, σῇ ψαύσας χερί. 1510
σφῷν δ', ὦ τέκν', εἰ μὲν εἰχέτην ἤδη φρένας,
πόλλ' ἂν παρῄνουν· νῦν δὲ τοῦτ' ηὔχθω μόνον,

1508. *οἴκτισόν σφας* hoc accentu, deleto qui super *σφας* positus fuerat gravi, non *οἴκτισαν σφᾶσ*. 1510. *ξύννευσον*] *ξύνευσον* pr. *ν* addidit S. 1511. *τέκν'*] *α* post *ν* erasum. 1512. *ηὔχθω μόνον* scripsi pro *εὔχεσθέ μοι*, quod primo *εὔχεσθαί μοι* scriptum fuit in codice.

Electr. 1328. Est autem *ἐκγενῆς*, si recte conjeci, vocabulum fortasse ab Sophocle fictum, quemadmodum idem in Electra v. 243. *ἔκτιμον* dixit *τὸ ἔξω τιμῆς ὄν*, et quae sunt alia hujusmodi composita non minus rara. Sic *ἔκβιος, ὁ ἐστερημένος τοῦ βίου*, et *ἐξούσιος, ὁ ἐστερημένος τῆς οὐσίας*, annotata sunt ab Etym. M. p. 323, 44., quorum prius ex uno novimus loco Artemidori 4, 32., *ἐξούσιος* ex Philone Jud. vol. 2. p. 528, 19. *ἐκγενεῖς ἀλώμεναι* autem puellae dicuntur quae peregrina in terra oberrant cognatorum praesideo destitutae: quales Anglice *unprotected females* dicimus. Ceterum similis huic loco est Trachin. v. 299. *ταύτας ὁρώσῃ δυσπότμους ἐπὶ ξένης | χώρας ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας*. Restituto *ἐκγενεῖς* tria, ut saepe fit, adjectiva sine copula posita sunt, ut in Homerico *ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀνέστιος*. *ἐγγενεῖς* non potest defendi loco Euripidis, quem Erfurdtius comparavit, Heracl. 224. *ἱκέτας ἀλήτας συγγενεῖς (οἶμοι κακῶν· βλέψον πρὸς αὐτοὺς, βλέψον) ἕλκεσθαι βίᾳ*.

1507. *τάσδε*] Breviter dictum pro *τὰ τῶνδε κακά*, quae usitatissima Graecis brachylogia est in comparationibus.

1508. *οἴκτισόν σφας* recto accentu codex, non *οἴκτισον σφᾶς*. *οἴκτισον σφᾶ's* duplici accentu in apographo Palatino. Conf. 1470. *ὧδε* cohaeret cum *ἐρήμους*.

τηλικάσδ'] Tam tenera aetate puellas.

1510. *σῇ ψαύσας χερί* | Fidei datae hoc pignus erat. Vide Eur. Med. 21. Heraclid. 308. Helen. 847. MUSGR. Hoc *ἐμβάλλειν χειρὸς πίστιν* dicit Sophocles Phil. 813.

1512. *ηὔχθω μόνον*] Rarior quem restitui imperativus fraudi fuit correctori veteri, cui codicis debemus scripturam *εὔχεσθέ μοι*, quae aut sensui verborum repugnat aut linguae leges violat. Nam si *εὔχεσθέ μοι* est *precamini mihi*, filiae, immatura aetate puellae, Oedipo apprecari dicentur quae Oedipus potius filiabus apprecari debebat, ut ex verbis praecedentibus apparet. Quod sensisse videtur scholiasta recentior, qui *εὔχεσθέ μοι* passive dictum esse absurde finxit, *τὸ εὔχεσθε παθητικῶς κεῖται, ἤτοι εὐχῆς τυγχάνετε ὑπ' ἐμοῦ*. Tollitur vero omnis vel sententiae vel linguae perversitas restituto *ηὔχθω μόνον*, quod etiam propterea aptissimum est quia post verba *πόλλ' ἂν παρῄνουν*, *ἓν* vel *μόνον* potius exspectatur quam simplex *τοῦτο*. Praeteriti passivi *ηὔγμαι* rarior, ut fert rei natura, usus est. Utitur eo Plato Phaedr. p. 279 C. *ἐμοὶ μὲν γὰρ μετρίως ηὔκται*. Imperativi *ηὔχθω* aliud exemplum latet in

οὗ καιρὸς ἐᾷ ζῆν, τοῦ βίου δὲ λῴονος
ὑμᾶς κυρῆσαι τοῦ φυτεύσαντος πατρός.

ΚΡ. ἅλις ἴν' ἐξήκεις δακρύων· ἀλλ' ἴθι στέγης ἔσω. 1515

ΟΙ. *πειστέον, κεἰ μηδὲν ἡδύ.* ΚΡ. *πάντα γὰρ καιρῷ καλά.*

ΟΙ. *οἶσθ' ἐφ' οἷς οὖν εἶμι;* ΚΡ. *λέξεις, καὶ τότ' εἴσομαι κλύων.*

ΟΙ. *γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἄποικον.* ΚΡ. *τοῦ θεοῦ μ' αἰτεῖς δόσιν.*

ΟΙ. *ἀλλὰ θεοῖς γ' ἔχθιστος ἥκω.* ΚΡ. *τοιγαροῦν τεύξει τάχα.*

ΟΙ. *φῂς τάδ' οὖν;* ΚΡ. *ἃ μὴ φρονῶ γὰρ οὐ φιλῶ λέγειν μάτην.*

1513. ἐᾷ correxi pro ἀεί. 1515. ἐξήκεισ m. ant. pro ἐξήκησ ἴθι] ἴσθι, eraso σ 1517. οἶσθ'] οἶσθ' pr. •εἶμι Brunckius pro εἰμί. 1518. πέμψεις] πέμψησισ corr. ἄποικον] ἀπ' οἴκων, ου a. m. recentissima. 1519. τεύξει] τεύξῃ

versibus ex Thebaide cyclica allatis ab scholiasta Oed. C. 1375. *ἰσχίον ὡς ἐνόησε, χαμαὶ βάλεν, εἶπέ τε μῦθον | "ὅμοι ἐγὼ, παῖδές μοι ὀνείδειον τόδ' ἔπεμψαν. | ἠύχθω Διὶ βασιλῆϊ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι | χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄϊδος εἴσω."* V. 2. codex *παῖδές με ὀνειδείοντες ἔπεμψαν*, quod correxit Schneiderus in Lexico s. v. *ὀνειδείοντες*, quo verbo nemo unquam usus est. V. 3. codex *εὔκτο δὴ*, quod emendavit Hermannus in Oedipi Col. editione prima p. 267., nisi quod *εὔχθω* scripsit, quod non melius est quam si quis *αἰρήσθω* scribat pro *ᾑρήσθω*. Recte *ηὔγμην* cum augmento scriptum servavit codex apud Sophoclem Trach. 610.

1513. *οὗ*] Inepte *καθ' Ἅιδου* interpretatur scholiasta. Est *inter homines*, ut dictum erat v. 1488.

ἐᾷ restitui pro *ἀεί*. Quo vitio non animadverso corrector Aldinus articulum *τοῦ* ante *βίου* ejecit. De verbo *ἐᾶν* (sive *ἄν*), quo post Homerum poetae scenici non raro usi sunt monosyllabo, pluribus dicetur ad Aeschyli Prometh. 566.

1514. *τοῦ φυτεύσαντος πατρός*] Qualem vitam suam dicat Oedipus, satis ostendunt ipsius ad Creontem verba v. 1449.—1454. *ἐμοῦ δὲ μήποτ' ἀξιωθήτω τόδε | πατρῷον ἄστυ ζῶντος οἰκητοῦ τυχεῖν· | ἀλλ' ἔα με ναίειν ὄρεσιν, ἔνθα κληζεται | οὐμὸς Κιθαιρὼν οὗτος, ὃν μήτηρ τέ μοι | πατήρ τ' ἐθέσθην ζῶντι κύριον τάφον, | ἵν' ἐξ ἐκείνων, οἵ μ' ἀπωλλύτην, θάνω.*

1515. *ἅλις ἴν' ἐξήκεις δακρύων*] *Sufficit id quo lacrimando processisti*, i. e. satis jam lacrimasti. WUNDER.

1516. *πάντα γὰρ καιρῷ καλά*] Omnia enim eo quod (i. e. quae) opportuno tempore fiunt pulcra sunt. Sic Wunderus.

1517. *ἐφ' οἷς*] *Qua lege, qua conditione.* Aristoph. Plut. 1068. *οὐκοῦν ἐπὶ τούτοις εἰσίω.* BRUNCK.

λέξεις, καὶ τότ' εἴσομαι κλύων] Aesch. Sept. 263. *λέγοις ἂν ὡς τάχιστα, καὶ τάχ' εἴσομαι.* Plaut. Pseud. 2, 2, 62. HA. *Non itast. sed scin, quid te orem, Syre?* PS. *sciam, si dixeris.* ERF.

1518. *γῆς μ' ὅπως πέμψεις ἄποικον*] Hoc jam petiverat v. 1436.

1519. *γ'* in apogr. Flor. Γ. aliisque non paucis omissum.

1520. *τάδ'*] Ex patria me ejectum iri.

ἃ μὴ φρονῶ γὰρ οὐ φιλῶ λέγειν μάτην] Idem fere dixerat v. 569. *ἐφ' οἷς γὰρ μὴ φρονῶ σιγᾶν φιλῶ.*

ΟΙ. ἄπαγέ νύν μ' ἐντεῦθεν ἤδη. ΚΡ. στείχέ νυν, τέκνων δ' ἀφοῦ.
ΟΙ. μηδαμῶς ταύτας γ' ἔλῃ μου. ΚΡ. πάντα μὴ βούλου κρατεῖν·
καὶ γὰρ ἀκράτησας οὔ σοι τῷ βίῳ ξυνέσπετο.
ΧΟ. ὦ πάτρας Θήβης ἔνοικοι, λεύσσετ', Οἰδίπους ὅδε,
ὃς τὰ κλεῖν' αἰνίγματ' ἤδη καὶ κράτιστος ἦν ἀνήρ,
ὅστις οὐ ζήλῳ πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων,
εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν.
ὥστε θνητὸν ὄντ' ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
ἡμέραν ἐπισκοποῦντα μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

1521. ἄπαγέ νυν—στείχέ νυν] ἄπαγε νῦν—στείχε νῦν ἀφοῦ] ἀφ' οὗ pr. 1524. λεύσσετ'] λεύσετ' 1525. ἤδη] ἤδη 1528. ὄντ' ἐκείνην] ὄντα κείνην, ε ante κ inserto ab S. 1529. μηδέν' ὀλβίζειν πρὶν ἂν] Quattuor vocabula, quae super versum scripta fuerant, erasa. In marg. ab S. γρ. πάντα προσδοκᾶν ἕως ἄν.

1522. πάντα μὴ βούλου κρατεῖν] Haec verba in Lexicon suum rettulit Suidas, quasi proverbialiter dicta accipiens ἐπὶ τῶν εἰς πάντα εὐδαιμονεῖν βουλομένων.

1523. οὔ σοι τῷ βίῳ ξυνέσπετο] I. e. felicitas qua gaudebas non per totam vitam te est comitata.

1524.—1530. Hos versus chorus ad spectatores conversus pronunciat, etsi cives Thebanos alloquitur ut par est in fabula Thebana. Oedipo tribuuntur apud scholiastam. Qui error eo natus videtur, quod simillimi sunt versus Oedipi in extrema fabula Phoenissarum Euripidis, etsi ipsius Oedipi personae mutationibus quibusdam accommodati. Nam Sophoclei choro potius conveniunt.

1527. εἰς ὅσον] Post verba ὅστις οὐ ζήλῳ πολιτῶν καὶ τύχαις ἐπιβλέπων, non εἰς ὅσον, sed ἐς τόσον vel ἐς μέγιστον exspectes: sed placuit poetae majore cum vi ad remotiorum redire verborum constructionem, λεύσσετ' Οἰδίπους ὅδε | εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν. ζήλῳ πολιτῶν est *invidia civium*, i. e. invidia qua Oedipus cives non esse prosecutus dicitur, ut apparet ex verbis καὶ τύχαις ἐπιβλέπων, quibus ipsis quoque invidiae notio inest. Sic haec excusanda magis quam explicanda erunt, nisi totus versus delendus est, quae Jacobsii sententia fuit.

1528. — 1530. Frequentissima apud tragicos sententia, velut Eurip. Androm. 100. χρὴ δ' οὔποτ' εἰπεῖν οὐδέν' ὄλβιον βροτῶν | πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς, | ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω. BRUNCK. Apud Sophoclem ipsum quum alibi tum in principio Trachiniarum.

1528. ἰδεῖν ab interpolatore illatum videtur quum excidisset χρεών, quod probabiliter restituit Nauckius.

SOPHOCLIS

TRAGOEDIAE SUPERSTITES

ET

PERDITARUM FRAGMENTA

EX RECENSIONE ET CUM COMMENTARIIS

G. DINDORFII.

EDITIO TERTIA.

VOLUMEN II.

OEDIPUS COLONEUS.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
M.DCCC.LX.

SOPHOCLIS

OEDIPUS COLONEUS

EX RECENSIONE ET CUM COMMENTARIIS

G. DINDORFII.

EDITIO TERTIA.

OXONII:
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
M.DCCC.LX.

II.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩΙ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ*

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.	ΘΗΣΕΥΣ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.	ΚΡΕΩΝ.
ΞΕΝΟΣ.	ΠΟΛΥΝΕΙΚΗΣ.
ΧΟΡΟΣ ΑΤΤΙΚΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.	ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΙΣΜΗΝΗ.	

* Hujus tragoediae praeter chorum quindecim senum Atticorum interlocutores sunt octo, quorum sermones etsi ita sunt dispositi ut nusquam plures quam tres personae inter se colloquantur, tribus in scenis (v. 1117–1210, v. 1249–1446, v. 1500–1555) quattuor simul in scena personae apparent, quarta tamen, quae per versus illos omnes Ismena est, muta adstante, licet Ismena ut in priore fabulae parte inter colloquentes est, ita hic quoque dicere nonnulla potuisset. Quod quum non fecerit, probabile est poetam tribus, ut mos, histrionibus colloquentibus, *πρωταγωνιστῇ*, *δευτεραγωνιστῇ*, *τριταγωνιστῇ*, usum esse, quarta persona muta ab histrione vel *χορευτῇ* aliquo repraesentata. Reliquarum personarum distributio, quum in hac tragoedia tres personae frequentius quam in aliis plerisque tragoediis simul in scena appareant, artificiosius institui debuit, de quo diversae sunt virorum doctorum opiniones. Probabilius aliis G. Teuffelius in Welckeri et Ritschelii Museo Rhenano vol. 9. (a. 1854.) p. 136 seqq. partes hoc modo distribuit ut *πρωταγωνιστὴς* agat Oedipum, *δευτεραγωνιστὴς* viatorem Atheniensem (qui *ὁδοιπόρος* potius quam *ξένος* appellari debebat in indice personarum), Ismenam in priore parte fabulae usque ad v. 509, Theseum (exceptis versibus 887–1043), Creontem, Polynicem, nuncium, *τριταγωνιστὴς* Antigonam et v. 887–1043. Theseum, *παρασκήνιον* vero sit Ismena in altera parte fabulae. Nuperrime F. Aschersonus in Leutschii Philologo vol. 12. p. 751., praeeunte partim Lachmanno, partes inter quattuor histriones distribuit ita ut primus Oedipum, secundus Antigonam, tertius Theseum et Polynicem, quartus (*παρασκήνιον*) Ismenam et Creontem agat, nuncii persona primo tertiove, viatoris tertio quartove histrioni adscripta.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.*

Ο ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩΙ ΟΙΔΙΠΟΥΣ *συνημμένος πώς ἐστι τῷ* ΤΥΡΑΝΝΩΙ. *τῆς γὰρ πατρίδος ἐκπεσὼν ὁ Οἰδίπους ἤδη γεραιὸς ὢν ἀφικνεῖται εἰς Ἀθήνας, ὑπὸ τῆς θυγατρὸς Ἀντιγόνης χειραγωγούμενος. ἦσαν γὰρ† τῶν ἀρσένων περὶ τὸν πατέρα φιλοστοργότεραι. ἀφικνεῖται δὲ εἰς Ἀθήνας κατὰ πυθόχρηστον, ὡς αὐτός φησι, χρησθὲν αὐτῷ παρὰ ταῖς σεμναῖς καλουμέναις θεαῖς μεταλλάξαι τὸν βίον. τὸ μὲν οὖν πρῶτον γέροντες ἐγχώριοι, ἐξ ὧν ὁ χορὸς συνέστηκε, πυθόμενοι συνέρχονται καὶ διαλέγονται πρὸς αὐτόν. ἔπειτα δὲ Ἰσμήνη παραγενομένη τὰ κατὰ τὴν στάσιν ἀπαγγέλλει τῶν παίδων καὶ τὴν γενομένην ἄφιξιν τοῦ Κρέοντος πρὸς αὐτόν· ὃς καὶ παραγενόμενος ἐπὶ τῷ ἀγαγεῖν αὐτὸν εἰς τοὐπίσω ἄπρακτος ἀπαλλάττεται. ὁ δὲ πρὸς τὸν Θησέα διελθὼν τὸν χρησμὸν οὕτω τὸν βίον καταστρέφει παρὰ ταῖς θεαῖς.*

Τὸ δὲ δρᾶμα τῶν θαυμαστῶν· ὃ καὶ ἤδη γεγηρακὼς ὁ Σοφοκλῆς ἐποίησε, χαριζόμενος οὐ μόνον τῇ πατρίδι, ἀλλὰ καὶ τῷ ἑαυτοῦ δήμῳ· ἦν γὰρ Κολωνῆθεν· ὥστε τὸν μὲν δῆμον ἐπίσημον ἐπιδεῖξαι, χαρίσασθαι δὲ καὶ τὰ μέγιστα τοῖς Ἀθηναίοις, δι' ὧν ἀπορθήτους ἔσεσθαι καὶ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὺς κρατήσειν ὑποτίθεται ὁ Οἰδίπους, προαναφωνῶν καὶ ὅτι διαστασιάσουσι πρὸς Θηβαίους ποτὲ καὶ τούτων κρατήσουσιν ἐκ χρησμῶν διὰ τὸν τάφον αὐτοῦ.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐν τῷ ἱππίῳ Κολωνῷ, πρὸς τῷ ναῷ τῶν σεμνῶν. ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ἀθηναίων ἀνδρῶν. προλογίζει Οἰδίπους.

ΑΛΛΩΣ.

Τὸν ἐπὶ Κολωνῷ Οἰδίποδα ἐπὶ τετελευτηκότι τῷ πάππῳ Σοφοκλῆς ὁ ὑϊδοῦς ἐδίδαξεν, υἱὸς ὢν Ἀρίστωνος, ἐπὶ ἄρχοντος Μίκωνος (olymp. 94, 3.), *ὃς τέταρτος ἀπὸ Καλλίου, ἐφ' οὗ φασιν οἱ πλείους τὸν Σοφο-*

* De argumenti expositionibus his, quas codici Laurentiano debemus, vide quae in annotationibus ad scholia diximus vol. 2. p. 14–18.

† *ἦσαν γὰρ*] Excidisse videtur *αἱ θυγατέρες*, nisi negligentius locutus hoc ex praecedente *θυγατρὸς* colligi voluit.

κλέα τελευτῆσαι. σαφὲς δὲ τοῦτ' ἐστὶν ἐξ ὧν ὁ μὲν Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Βατράχοις ἐπὶ Καλλίου ἀνάγει τοὺς τραγικοὺς ὑπὲρ γῆς, ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν Μούσαις, ἃς συγκαθῆκε τοῖς Βατράχοις, φησὶν οὕτως·

μάκαρ Σοφοκλέης, ὃς πολὺν χρόνον βιοὺς
ἀπέθανεν, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ δεξιὸς,
πολλὰς ποιήσας καὶ καλὰς τραγῳδίας,
καλῶς δ' ἐτελεύτησ', οὐδὲν ὑπομείνας κακόν.

ἐπὶ δὲ τῷ λεγομένῳ ἱππίῳ Κολωνῷ τὸ δρᾶμα κεῖται. ἔστι γὰρ καὶ ἕτερος Κολωνὸς ἀγοραῖος πρὸς τῷ Εὐρυσακείῳ, πρὸς ᾧ οἱ μισθαρνοῦντες προειστήκεσαν, ὥστε καὶ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τοῖς καθυστερίζουσι τῶν καιρῶν διαδοθῆναι

ὄψ' ἦλθες, ἀλλ' ἐς τὸν Κολωνὸν ἴεσο.

μνημονεύει τῶν δυεῖν Κολωνῶν Φερεκράτης ἐν Πετάλῃ διὰ τούτων·

οὗτος, πόθεν ἦλθες; Ἐς Κολωνὸν ἱέμην,
οὐ τὸν ἀγοραῖον, ἀλλὰ τὸν τῶν ἱππέων.

ΣΑΛΟΥΣΤΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὰ πραχθέντα περὶ τὸν Οἰδίποδα ἴσμεν ἅπαντα τὰ ἐν τῷ ἑτέρῳ ΟΙΔΙΠΟΔΙ. πεπήρωται γὰρ καὶ ἀφῖκται εἰς τὴν Ἀττικὴν, ὁδηγούμενος ἐκ μιᾶς τῶν θυγατέρων, Ἀντιγόνης. καὶ ἔστιν ἐν τῷ τεμένει τῶν σεμνῶν, ὅ ἐστιν ἐν τῷ καλουμένῳ ἱππίῳ Κολωνῷ, οὕτω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν ἱππίου καὶ Προμηθέως, καὶ αὐτοῦ οἱ ὀρεωκόμοι ἵστανται· ἔστι γὰρ αὐτῷ πυθόχρηστον ἐνταῦθα δεῖν αὐτὸν ταφῆς τυχεῖν· οὗ μή ἐστιν ἑτέρῳ βεβήλῳ τόπος, αὐτόθι κάθηται· καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ τὰ τῆς ὑποθέσεως προέρχεται. ὁρᾷ γάρ τις αὐτὸν τῶν ἐντεῦθεν, καὶ πορεύεται ἀγγελῶν ὅτι τις ἄρα τῷ χωρίῳ τούτῳ προσκάθηται. καὶ ἔρχονται οἱ ἐν τῷ τόπῳ ἐν χοροῦ σχήματι, μαθησόμενοι τὰ πάντα. πρῶτος οὖν ἐστι καταλύων τὴν ὁδοιπορίαν, καὶ τῇ θυγατρὶ διαλεγόμενος. ἄφατος δέ ἐστι καθόλου ἡ οἰκονομία ἐν τῷ δράματι, ὡς οὐδενὶ ἄλλῳ σχεδόν.

SUMMARIUM FABULAE.

FABULA OEDIPODEA quum ab Sophocle in Oedipo Rege, multis ante Oedipum Coloneum annis acta, eo esset perducta ut Oedipus cognitis quae inscius commiserat criminibus oculorumque lumine suis ipsius manibus privatus mortem vel exilium expeteret, filias autem Antigonam et Ismenam Creonti commendaret, in Oedipo Coloneo ita continuatur ut non paucorum annorum intervallum intercessisse filiasque, quae in Oedipo Rege tenera aetate puellae erant, interim adolevisse cogitandum sit. Alterius autem hujus tragoediae argumentum in eo positum est ut ratum fiat oraculum quod Oedipus conjunctum cum illo, quo patrem ab se occisum matremque in matrimonium ductum iri praedictum erat, ab Apolline acceperat de vitae suae exitu, quod ipse exponit versibus 80. et seqq.

ταύτην ἔλεξε (Φοῖβος) παῦλαν ἐν χρόνῳ μακρῷ,
ἐλθόντι χώραν τερμίαν, ὅπου θεῶν
σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόστασιν,
ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον,
κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις,
ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ' ἀπήλασαν·
σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα,
ἢ σεισμὸν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.

1.—116. (Πρόλογος.) Oedipus, comitante Antigona, Thebis ab Creonte pulsus in terram Atticam pervenit, ubi Antigona turres Athenarum e longinquo conspicit, sed nomen pagi, cujus in vicinia cum patre caeco consistit, ignorat, mox vero ab viatore quodam Atheniensi Colonum loco nomen esse docetur (pagum decem fere stadiis ab Athenis situm, ut ex Thucydide novimus), Oedipum autem in ipso jam versari limine luci Eumenidum (*τῶν σεμνῶν*), quem intrare nefas sit: quamobrem Oedipum et Antigonam monet quidem ut retrocedant, sed Oedipi verbis ad oraculum alludentibus, quo eum salutem urbi, in qua sedem fixurus sit, allaturum esse

praedictum erat, permotus Theseum, Athenarum regem, de adventu viri peregrini certiorem facturum se esse promittit.

117.—236. (*πάροδος.*) Scena ab viatore relicta orchestram intrat chorus senum Atticorum, qui ignotum quendam virum lucum Eumenidum ingressum esse audivit, quam protervitatem acriter reprehendit in prima carminis stropha. Tum instituto cum eo colloquio in mitiorem sententiam convertitur, mox vero famoso Oedipi nomine audito ex terra Attica quam citissime eum excedere jubet, sed enixis Antigonae precibus, quae carmine *ἀπὸ σκηνῆς* cantato 237.—253. continentur, nonnihil movetur.

254.—509. (*ἐπεισόδιον α'.*) Choro in sententia sua propter metum deorum permanenti Oedipus ita respondet ut recipiendo ipso deorum voluntati magis satisfactum iri quam expellendo ostendat, quod Thesei regis mox adventuri arbitrio permittendum esse chorus respondet. Interim Antigona Ismenam sororem mulo vectam Thebis advenire videt, cujus ex sermonibus Oedipus cognoscit inter filios Polynicem et Eteoclem, qui antea regnum Thebarum Creonti sponte concesserint, postmodum ipsos imperii cupiditate ductos gravissima orta esse dissidia et Polynicem, qui natu major esset, ab Eteocle Thebis expulsum Argos confugisse ad foedus cum Adrasto ineundum contra Eteoclem, Creontem vero oraculum accepisse Thebarum salutem ex eo pendere ut Oedipum vel viventem vel mortui corpus in potestatem suam redigant: unde metuendum esse ne Creon Oedipum vi ei facta reducturus sit. Quae narratio Oedipo in mentem revocat Creontis saevitiam, qui ipsum antea Thebis expulerit, filiorumque ignaviam, qui in Creontis partes concesserint. Verum nec Creonti nec filiis, quos exsecratur, cessurum se esse addit, sed in terra Attica mansurum, si modo et incolae ejus et Eumenides deae, quarum in tutelam se contulerit, ei bene velint. Quae omnia splendida exponit oratione, qua chorus motus auctor ei est ut sacra faciat Eumenidibus, quorum ritum chorus ipse praescribit. Horum sacrorum curandorum caussa abit Ismena.

510.—548. Interim chorus priora Oedipi fata accuratius cognoscere cupiens singula exquirit *κομματίοις* antistrophice conformatis.

549.—667. (*ἐπεισόδιον β'*) Tandem ipse rex Athenarum Theseus prodit, cui fata Oedipi nota esse finguntur, ne quae Oedipus antea choro narraverat denuo sint exponenda. Itaque Theseus Oedipo sine ambagibus opem se ei praestiturum esse pollicetur neque unquam commissurum ut Thebas reducatur, nec bellum cum Thebanis ab Oedipo praedictum metuit. Quibus dictis Creon abit.

668.—719. (*στάσιμον χοροῦ α'*) Chorus vero splendido carmine laudes terrae Atticae, ubi Oedipus sedem fixurus sit, celebrat.

720.—1043. (*ἐπεισόδιον γ'*) Post haec prodit Creon et quum Oedipo frustra persuadere conetur ut in patriam redeat, non solum Ismenam, quam jam in potestate sua habeat, sed etiam Antigonam abducturum se esse minatur et mox per satellites suos re vera abducit, parem Oedipo ipsi vim adhibiturum se esse addens, nisi ab Theseo impediatur. Qui altercatione Oedipi et Creontis clamoribusque Antigonae et chori incolas Coloni ad opem ferendam evocantis excitatus ex vicinia, ubi sacris Neptuno faciendis occupatus erat, advenit compertoque quid factum sit Creontem cogit ut ipsum ad eum locum deducat ubi Antigonam et Ismenam captivas occultaverit.

1044.—1095. (*στάσιμον χοροῦ β'*) Chorus vero deorum opem implorat ut Theseus victor ex pugna cum Thebanis instante discedat filiaeque Oedipi Thebanis eripiantur.

1096.—1210. (*ἐπεισόδιον δ'*) Redit Theseus cum puellis, quas Oedipo tradit, omissa ampliore pugnae cum Thebanis susceptae descriptione, quam Oedipus ex filiarum narrationibus, si velit, cognoscere possit, addit vero virum quendam ignotum ad aram Neptuni supplicem considere cupereque ut cum Oedipo loquendi facultas sibi detur. De quo quae dicit Theseus Oedipo nihil relinquunt dubitationis quin supplex ille Polynices filius sit, cujus praesentiam ab initio deprecatur, tandem vero Thesei Antigonaeque precibus motus concedit ut coram veniat. Quod dum praeparatur, chorus *στάσιμον* tertium (1211.—1248.) canit, in quo de vitae humanae inde ab juventute usque ad senilem aetatem molestiis conqueritur.

1249.—1446. (*ἐπεισόδιον ε'*) Prodit Polynices Oedipum placaturus eique persuasurus ut Thebas redeat, sed quamvis magna usus verborum copia nihil aliud efficit quam ut Oedipus exsecrationes filiorum repetat et chorus quoque auctor ei sit ut re infecta abeat, quamvis dolente Antigona, quae abeuntem bonis votis prosequitur.

1447.—1499. Canticum chori consistens ex *κομματίοις* antistrophicis, interpositis trimetris Oedipi et Antigonae, quibus exitus fabulae praeparatur, tonitru audito, quod timorem injicit choro, Oedipo vero, secundum oraculum supra memoratum (v. 95.), indicio est extremum ei instare vitae suae momentum. Quamobrem Theseum advocari jubet.

1500.—1555. (*ἐπεισόδιον ς'*) Theseo advenienti Oedipus soli se

locum, ubi ad inferos descensurus sit, ostensurum esse ait, quem magni momenti esse ut secretum servet, quia Athenas tutas ab Thebanorum impetu praestare possit. De quo plura Theseo se esse dicturum addit ubi ambo illuc pervenerint. Chorus vero carmine στασίμῳ (1556.—1578.) precatur ut dii inferi Oedipum benevole excipiant.

Sequitur ἔξοδος (1579.—1779.) cujus in parte priore nuncius Oedipi ad inferos descensum copiose narrat, in altera filiae Oedipi et chorus usitatis, quibus mortuos prosequi mos erat, lamentis indulgent; postremo Theseus filiarum precibus ut Thebas mittantur satisfacturum se esse promittit.

Apparet ex his fabulam Oedipodeam in hac tragoedia ad illud usque tempus continuari, quo editum ab Apolline de morte Oedipi oraculum, postquam quae inscius commisit crimina luit, ratum fit, de quo supra diximus p. 5. Dirae vero, quibus Oedipus duobus in locis hujus fabulae (v. 421. 1375.) Polynicem et Eteoclem filios propter neglecta pietatis erga patrem officia devovet, apud Sophoclem post mortem demum Oedipi eventum habere cogitandae sunt, secus atque apud Euripidem in Phoenissis, in qua fabula Oedipus caecus ab filiis domi inclusus ibique filios exsecratus esse fingitur: quae dirae ipso vivente ratae fiunt, ita ut in fine fabulae Oedipus, postquam Polynices et Eteocles mutua in pugna manu ceciderunt, ipse superstes in terram Atticam (ἱρὸν Κολωνὸν δῶμά θ' ἱππίον θεοῦ v. 1707.) comitante Antigona se conferat, oraculi, ut apud Sophoclem, jussu. Ab hoc itinere fabula Sophoclea incipit Oedipique ad inferos descensu finitur, omissa, quam Aeschylus in Septem adversus Thebas et Euripides in Phoenissis copiose tractarunt Thebanorum ab Eteoclis partibus stantium et Argivorum Polynicis sociorum pugna mutuaque Oedipi filiorum caede. Quae eodem in argumento versatur Sophoclis Antigona fabula proximo post Thebanorum victoriam mutuamque fratrum caedem tempore incipit. Est igitur Oedipi Colonei fabula media inter Oedipum Regem et Antigonam, si rerum gestarum ordinem spectamus, non tempus quo fabulae hae scriptae sunt. Nam quae argumento postrema est Antigona tempore prima fuit, scripta, ut videtur, olympiade 84. exeunte. Hanc

secuta est Oedipus Rex, olympiade, ut conjicere licet, 87. vel 88.; Oedipum Regem Coloneus olympiade, ut infra dicitur, 94, 3. Quas tres fabulas si Sophocles Aeschyli more una conjunctas exhibuisset trilogia, multa aliter instituenda fuisse patet, ut singularum argumenta apte nexa essent, neque, ut nunc factum esse videmus, plura in singulis fabulis, sive res gestas sive mores personarum spectamus, fingerentur nonnihil inter se discrepantia, quae eo tantum explicari possunt quod Sophocles singulas in scenam fabulas produxit, nulla fabulae aut praegressae aut alio tempore secuturae ratione habita, sed singularum argumentis ita conformatis ut quod cuique per se spectatae aptissimum esse videretur eligeret. Quod quum sibi permitteret Sophocles, non recondita quadam ductus est sapientia, qualem recentiores critici interdum extrinsecus poetae affinxerunt magis quam ex fabulis ejus demonstrarunt, sed fecit quod similibus in caussis alii quoque poetae inter veteres pariter atque recentiores sibi licere crediderunt, praesertim in fabulis ab aliis aliter narratis, in quibus tractandis non erat mirandum si ne iidem quidem poetae omni tempore sibi constarent, sed in carminibus aliis alia sequerentur.

De tempore quo haec tragoedia acta est diserto constat veteris grammatici testimonio in Argumento supra apposito p. 3., qui ab Sophocle nepote post mortem avi in Scenam productam esse annotavit, archonte Micone, qui eponymus fuit olympiadis 94, 3. Ex quo colligi potest fabulam a poeta paucis ante mortem annis scriptam esse: cui opinioni non obstant numeri versuum, qui nihil fere differunt ab antiquiorum temporum tragoediis. Nam Sophoclem per omnes fabulas suas majorem quam alios in hac re diligentiam posuisse videmus nec dissolutis illis indulsisse metrorum formis, quarum exempla plurima sunt in postremis fabulis Euripidis.

De fabella a multis repetita, Sophoclem, quum ad Iophonte filio dementiae accusatus esset, carmen hujus fabulae choricum v. 668.–719. coram judicibus recitasse, ut integra mente se uti probaret, dixi in annot. ad v. 668.

Scena, quae per totam fabulam non mutatur, est in Colono equestri, pago tribus Antiochidis, haud procul sito ab Athenis, quarum turres inde conspici dicuntur v. 15. Hujus loci situm, amoenitates et religiones—fuit enim complurium deorum heroumque cultu clarus—Sophocles ipse pluribus fabulae locis descripsit, et scholiastae veteres Argumentique Graeci scriptor collatis aliorum scriptorum

testimoniis illustrarunt, quae partim memoravimus in annotationibus et copiosius tractavit C. F. Hermannus in Quaestionibus Oedipodeis Marburgi editis a. 1837. Eodem ex pago quum Sophocles ipse oriundus fuerit, non improbabilis est Argumenti scriptoris conjectura, laudibus Coloni Athenarumque per hanc fabulam sparsis Sophoclem gratificari popularibus suis voluisse.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ ΕΠΙ ΚΟΛΩΝΩΙ.

ΟΙΔΙΠΟΥΣ.

ΤΕΚΝΟΝ *τυφλοῦ γέροντος Ἀντιγόνη, τίνας*
χώρους ἀφίγμεθ', ἢ τίνων ἀνδρῶν πόλιν;
τίς τὸν πλανήτην Οἰδίπουν καθ' ἡμέραν
τὴν νῦν σπανιστοῖς δέξεται δωρήμασιν
σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι
μεῖον φέροντα, καὶ τόδ' ἐξαρκοῦν ἐμοί.
στέργειν γὰρ αἱ πάθαι με χὠ χρόνος ξυνὼν
μακρὸς διδάσκει καὶ τὸ γενναῖον τρίτον.
ἀλλ', ὦ τέκνον, θάκησιν εἴ τινα βλέπεις
ἢ πρὸς βεβήλοις ἢ πρὸς ἄλσεσιν θεῶν,
στῆσόν με καξίδρυσον, ὡς πυθώμεθα

LECTIONES CODICIS LAURENTIANI XXXII, 9.

4. *δωρήμασιν*] Sic, non *δωρήμασι* 5. *σμικροῦ*] *μικροῦ* 9. *θάκησιν* Seidlerus pro *θάκοισιν* 11. *πυθώμεθα* Brunckius pro *πυθοίμεθα*

V. 1. et 2. ad Demetrium, Antigoni filium, accommodatos posito genitivo *Ἀντιγόνου* memorat Plutarchus in vita Demetrii c. 46. Versibus 3 et 4 Aristippum esse usum, quum fracta nave Syracusas venisset, Galenus narrat vol. 2. p. 5. seq. ed. Charter.

3. *Οἰδίπουν*] Oedipus suum ipse nomen edit, ut Oed. R. 8., sed mox, ut par erat, ad primam personam transit v. 6.

4.–6. *σπανιστοῖς—δωρήμασιν*] Vilibus et modicis, ut mendicis dari solent. CAMERARIUS.

5. *σμικροῦ* ex apographis tribus pro *μικροῦ*.

7. *χὠ χρόνος ξυνὼν*] Tempus dicit quod vivendo transegit.

8. *καὶ τὸ γενναῖον τρίτον*] Sic 331. post *ἢ τῇσδε κἀμοῦ* sequitur *δυσμόρου τ' ἐμοῦ τρίτης*.

9. *θάκησιν*, in codice in *θάκοισιν* corruptum, vocabulum est alibi nondum inventum, sed confirmatum composito *ἐνθάκησις*, quo utitur Sophocles Philoct. 18.

10. *βέβηλοις*] *βέβηλα* genere neutro dicit pro *βεβήλοις τόποις*, ut v. 167. *ἄβατα* dixit *ἀβάτους τόπους*.

11. *πυθώμεθα*] *πυθοίμεθα* codex eodem errore quo Electr. v. 57. *ὅπως φέροιμεν* pro *ὅπως φέρωμεν*.

ὅπου ποτ' ἐσμέν. μανθάνειν γὰρ ἥκομεν
ξένοι πρὸς ἀστῶν, ἂν δ' ἀκούσωμεν τελεῖν.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

πάτερ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, πύργοι μὲν οἳ
πόλιν στέγουσιν, ὡς ἀπ' ὀμμάτων, πρόσω· 15
χῶρος δ' ὅδ' ἱρὸς, ὡς ἀπεικάσαι, βρύων
δάφνης, ἐλάας, ἀμπέλου· πυκνόπτεροι δ'
εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες·
οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου·

13. ἂν δ' Elmsleius pro 'ἂν, omisso δ' 14. οἳ] οἷ pr. 16. ἀπεικάσαι] ἀφ̋εικάσαι, π ab S. superscripto 17. δ' in initio proximi versus pariterque in aliis locis ubi vocalis in fine versus elisa est.

13. ἂν δ'] Quum in codice 'ἂν scriptum sit omisso δ', dubitari potest utrum ἂν δ' cum Elmsleio scribendum sit, an χἂν (i. e. καὶ ἂ ἂν) quod ex grammatici conjectura legitur in apogr. uno, χ' ἃ ᾽ν scriptum. Aptius tamen videtur ἂν δ'.

15. *πύργοι μὲν οἳ πόλιν στέγουσιν*] *Tegunt*, i. e. *tuentur*. Quocum comparantur loci Aeschyli Sept. 216. 797. quorum tamen ratio paullo alia est. Nam apud Aeschylum de hostibus arcendis agitur: Antigonae vero personae aptius videtur, quod Wakefieldus conjecit, *στέφουσιν*. Sic *στεφάνωμα πύργων* dictum in Antig. 122.

ὡς ἀπ' ὀμμάτων] Quantum oculis judicari potest. Similiter *εἰδέναι ὀμμάτων ἄπο* apud Eurip. Med. 216.

πρόσω] Decem circiter stadia. Thucyd. 8, 67. *ξυνέκλησαν τὴν ἐκκλησίαν ἐς τὸν Κολωνόν· ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα.*

16. *ἱρὸς*] Rectam hanc scripturam suo quoque in exemplari reperit Suidas s. v. Ἱρός. In apographis pluribus *ἱερὸς*, quod locis tragicorum plurimis intulerunt librarii ubi poetae *ἱρός* scripserant pedem disyllabum trisyllabo praeferentes.

ὡς ἀπεικάσαι] Codicis scripturam *ἀφεικάσαι* correxit *διορθωτὴς* superscripto π. In aliquot apographis *ὡς σάφ' εἰκάσαι*. Alteram scripturam *ὡς ἀπεικάσαι* etiam codex servavit in Trach. 140.

βρύων—δάφνης] Verbi *βρύειν* cum genitivo conjuncti exempla ex Aeschyli Choeph. 68. aliisque scriptoribus allata ad Stephani Thesaurum. Plerumque cum dativo construitur, vel, qui recentiorum Graecorum mos est, cum accusativo.

17. *πυκνόπτεροι — ἀηδόνες*] Hoc nihil amplius significat quam *frequentes* illic esse luscinias: sed ut oratio magis poetica evaderet, simplici *πυκναὶ* praetulit adjectivum cum *πτεροῦ* nomine compositum, quoniam de avibus agitur. De elisione vocalis in fine versus v. ad Oed. T. 332.

19. *κῶλα κάμψον*] *κάμπτειν κῶλα, γόνυ, sedere, quiescere.* Vide Aeschylum Prometh. 32, 396. Apollon. Rhod. 1, 1174. BRUNCK.

ἀξέστου πέτρου] Hoc est quod *βάθρον ἀσκέπαρνον* vocat v. 101., non arte, sed natura factum.

μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης ὁδόν.
ΟΙ. κάθιζέ νύν με καὶ φύλασσε τὸν τυφλόν.
ΑΝ. χρόνου μὲν οὕνεκ' οὐ μαθεῖν με δεῖ τόδε.
ΟΙ. ἔχεις διδάξαι δή μ' ὅποι καθέσταμεν;
ΑΝ. τὰς γοῦν Ἀθήνας οἶδα, τὸν δὲ χῶρον οὔ.
ΟΙ. πᾶς γάρ τις ἤδα τοῦτό γ' ἡμῖν ἐμπόρων.
ΑΝ. ἀλλ' ὅστις ὁ τόπος ἦ μάθω μολοῦσά ποι;
ΟΙ. ναὶ, τέκνον, εἴπερ ἐστί γ' ἐξοικήσιμος.
ΑΝ. ἀλλ' ἐστὶ μὴν οἰκητός. οἴομαι δὲ δεῖν
οὐδέν· πέλας γὰρ ἄνδρα τόνδε νῷν ὁρῶ.
ΟΙ. ἦ δεῦρο προσστείχοντα κἀξορμώμενον;
ΑΝ. καὶ δὴ μὲν οὖν παρόντα· χὤ τι σοι λέγειν
εὔκαιρόν ἐστιν, ἔννεφ', ὡς ἀνὴρ ὅδε.
ΟΙ. ὦ ξεῖν', ἀκούων τῆσδε τῆς ὑπέρ τ' ἐμοῦ

21. *νυν*] *νῦν* 23. *δή*] *δῆ* a m. sec. 24. *τὰς γοῦν*] Sic, non *τάσ γ' οὖν* 25. *τοῦτό γ'*] *τοῦτον* 28. *δεῖν*] *εἶ* ex *η* factum. 29. *ὁρῶ*] *ὁρῶι* 30. *προσστείχοντα* scripsi pro *προστείχοντα*. 32. *ἔννεφ'*] *ἔννεπ'*, *φ* a m. pr. *ἀνὴρ*] *ἀνὴρ*

22. *χρόνου*] Diu esse dicit ex quo patrem caecum comitetur, ut scire possit quae ei officia praestanda sint.

23. *ὅποι καθέσταμεν*] In apographis aliquot *ὅπῃ* vel *ὅπου* scriptum, correctoribus nescientibus *καθεστάναι* cum *ὅποι* non minus recte conjungi quam cum praepositione *εἰς*.

24. *τὸν δὲ χῶρον οὔ*] Prope Athenas se versari novit, sed nomen pagi proximi nescit, quem Colonum esse comperit v. 59.

25. *τοῦτό γ'* ex uno apographo pro *τοῦτον*, quod vetus librarius posuerat ad *χῶρον* referens. Illud aptum est scholiastae interpretationi, *τί ἤδα; ὅτι αὗταί εἰσιν αἱ Ἀθῆναι*.

27. *ἐστί γ'*] Apogr. nonnulla *ἐστὶν* vel *ἔστιν*, omisso *γ'*. Quod Brunckium movit ut *γε* transposito scriberet *εἴπερ γ' ἐστὶν ἐξοικήσιμος*.

ἐξοικήσιμος] Quum *ἐξοικεῖν* non de habitantibus, sed de emigrantibus dicatur, non satis clarum est cur Sophocles *ἐξοικήσιμος* scripserit, quum *εἰσοικήσιμος* posset, quod Hartungius conjecit. Si tamen scripsit *ἐξοικήσιμος*, praepositionis ratio eadem fere est quae in verbo *ἐξοικειοῦν*.

28. *δεῖν οὐδέν*] Intelligitur *μολεῖν ποι* ex v. 26.

30. *προσστείχοντα κἀξορμώμενον*] Verba propter metri necessitatem minus accurate collocata: nam *ἐξορμώμενον καὶ προσστείχοντα* potius dicendum erat, quum *ἐξορμᾶσθαι* dici soleat ratione habita loci unde quis prorumpit.

33. *ἀκούων*] Male Triclinius *ἀκούω*, non perspecta arte poetae. Nam ex participio *ἀκούων* hospes

αὐτῆς θ' ὁρώσης οὔνεχ' ἡμῖν αἴσιος
σκοπὸς προσήκεις ὧν ἀδηλοῦμεν φράσαι,

ΞΕΝΟΣ.

πρὶν νῦν τὰ πλείον' ἱστορεῖν, ἐκ τῆσδ' ἕδρας
ἔξελθ'· ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.
ΟΙ. τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος; τοῦ θεῶν νομίζεται;
ΞΕ. ἄθικτος οὐδ' οἰκητός. αἱ γὰρ ἔμφοβοι
θεαί σφ' ἔχουσι, Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι.
ΟΙ. τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων;

34. αὐτῆς] αὐτῆσ θ' om. οὔνεχ'] οὔνεκ' 35. ὧν Elmsleius pro τῶν. ἀδηλοῦμεν] ἃ δηλοῦμεν ab S. 37. οὐχ] οὐκ 40. Σκότου] σκότουσ

intelligit Oedipum oratione nondum absoluta plura addere velle (τὰ πλείον' ἱστορεῖν). Nec quidquam ambiguitatis est in participio post ξεῖνε posito, quod necessario de Oedipo intelligendum.

34. θ' addunt apographa, excepto Lb.

35. τῶν, quod est in codice, fortasse positum quum ΑΔΗΛΟΥΜΕΝ pro ἃ δηλοῦμεν acceptum esset, ut scholiasta fecisse videtur, qui δηλοῦμεν per λέξομεν est interpretatus. Recte Elmsleius ὧν. Neque in Trach. 47. Sophocles scripserat τοιαύτην ἐμοὶ | δέλτον λιπὼν ἔστειχε, τὴν ἐγὼ θαμά—, sed ἔστειχεν, ἠν—. Tertium ejusdem erroris exemplum idque cum metri vitio conjunctum est in Electr. 422. βλαστεῖν βρύοντα θαλλόν, ᾧ κατάσκιον | πᾶσαν γενέσθαι τὴν Μυκηναίων χθόνα, ubi codex τῷ.

ἀδηλοῦμεν] Ἀδηλίαν, quod Hesychius interpretatur ἁγνοίαν, comparavit H. Stephanus.

36. Qui in scenam prodit ξένος, viatorem fingi Atheniensem satis apparet ex iis quae cum Oedipo colloquitur.

38. τοῦ θεῶν νομίζεται] *Cui deorum sacer esse putatur.* Sic Antig. 738. οὐ τοῦ κρατοῦντος ἡ πόλις νομίζεται;

40. Γῆς τε καὶ Σκότου κόραι] Similiter Furiae apud Aeschylum Eum. 416. se ipsas Νυκτὸς αἰανῆς τέκνα vocant. Fabulam de origine Furiarum multis modis variarunt poetae et mythographi, ut vel ex iis cognosci potest quae scholiasta ad hunc locum attulit. Antiquiorem fabulam secutus Hesiodus Theog. 185. e pudendorum Coeli exsectorum sanguine profluente natas esse tradidit: cujus fabulae nullus in tragoedia usus esse poterat. Nomine autem ab tragicis, ut ab aliis scriptoribus multis, appellantur triplici, Ἐρινύες, Εὐμενίδες et, quod Atheniensibus usitatissimum fuit, Σεμναί, et quae magis poetica sunt Κῆρες, Ποιναί, Ἀραί: de quibus omnibus plurima collegerunt Aeschyli Eumenidum interpretes.

41. τίνων τὸ σεμνὸν ὄνομ' ἂν εὐξαίμην κλύων] I.e. *quarumnam sancto audito nomine invocabo illas?* ut explicat Schneidewinus.

ΞΕ. τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας ὅ γ' ἐνθάδ' ἂν
εἴποι λεώς νιν· ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά.
ΟΙ. ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο·
ὡς οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι.
ΞΕ. τί δ' ἐστὶ τοῦτο; ΟΙ. ξυμφορᾶς ξύνθημ' ἐμῆς.
ΞΕ. ἀλλ' οὐδ' ἐμοί τοι τοὐξανιστάναι πόλεως
δίχ' ἐστὶ θάρσος, πρίν γ' ἂν ἐνδείξω τί δρῶ.
ΟΙ. πρός νυν θεῶν, ὦ ξεῖνε, μή μ' ἀτιμάσῃς,
τοιόνδ' ἀλήτην, ὧν σε προστρέπω φράσαι.
ΞΕ. σήμαινε, κοὐκ ἄτιμος ἔκ γ' ἐμοῦ φανεῖ.
ΟΙ. τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος δῆτ' ἐν ᾧ βεβήκαμεν;

42. ἂν Vauvillersius pro ὧν. S. ut videtur. ἄλλα] ἀλλὰ pr. Londinensis a. 1747. pro τόνδ'. οὐδ' ἐμοί Seidlerus pro οὐδ' ἐμόν. Apostrophus et spiritus super ἐ a m. recentiore. 43. εἴποι] Praescripta litera χ, ab (nullo super ο accentu) γ' ἔκ γ'. 44. ἵλεῳ] ἵλεως τὸν editor 45. ὡς Elmsleius pro ὥστ' 47. 49. πρός νυν] πρὸσ νῦν 51. ἄτιμος ἔκ γ'] ἄτιμοσ φανεῖ] φανῇι

42. In scriptura vitiosa ἂν pro ἂν consentiunt Suidas s. v. νιν et Eustathius p. 763, 37.

43. νιν] I. e. αὐτάς.

ἄλλα δ' ἀλλαχοῦ καλά] Nam diversis deae hae nominibus appellatae sunt, ut modo dictum ad v. 40.

44. ἵλεῳ ex apographis pro ἵλεως, quae emendatio ex scholio peti poterat, in quo ἵλεῳ μοι αἱ Εὐμενίδες scriptum est.

μὲν] Recte, ut videtur, Elmsleius μήν.

45. ἕδρας γῆς] ἕδραν γῆς τῆσδε, sedem quam in hac terra occupavit, dicit ut τάφου τοῦδ' ἕδρας dixit Euripides Hel. 797. ὥστ' recte in ὡς mutavit Elmsleius. γὰρ in interpretatione sua posuit scholiasta.

46. ξυμφορᾶς ξύνθημα dicit signum fati ab deo constitutum, quod pluribus exponitur v. 84.–101.

47. οὐδ' ἐμόν τοι recte in οὐδ' ἐμοί τοι ab Seidlero mutatum: nam post verba Oedipi v. 45. 46. pronomine opposito hic multo magis opus erat quam μέντοι particula.

τοὐξανιστάναι πόλεως δίχ' ἐστὶ θάρσος] Ita Philoct. 106. οὐκ ἄρ' ἐκείνῳ γ' οὐδὲ προσμῖξαι θρασύ. ELMSL. Ad τοὐξανιστάναι intelligitur σέ. πόλεως δίχα est, *priusquam civium sententiam cognovero.*

48. τί δρῶ] τί δρᾶν interpolatum in apogr. quibusdam ex more loquendi recentiorum. δρῶ modi conjunctivi est. Recte explicat scholiasta ἕως οὗ τῇ πόλει ἐνδείξω τί χρὴ ποιεῖν.

50. ὧν] Pendet ab ἀτιμάσῃς, ut ὧν cum ἄτιμος constructum est Oed. T. 789.

52. δ' in uno apographo omissum ejecit Brunckius. Viatori, qui paratum se esse dixerat ad respondendum, recte respondet Oedipus τίς δ' ἔσθ' ὁ χῶρος—, quod nihil aliud est quam *dic vero quis locus sit.*

ΞΕ. ὅσ' οἶδα κἀγὼ πάντ' ἐπιστήσει κλύων.
χῶρος μὲν ἱρὸς πᾶς ὅδ' ἔστ'· ἔχει δέ νιν
σεμνὸς Ποσειδῶν· ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς
Τιτὰν Προμηθεύς· ὃν δ' ἐπιστείβεις τόπον
χθονὸς καλεῖται τῆσδε χαλκόπους ὁδὸς,
ἔρεισμ' Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πλησίοι γύαι
τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν
ἀρχηγὸν εἶναι, καὶ φέρουσι τοὔνομα

53. ἐπιστήσει] ἐπιστήσῃ 54. ἱρὸς scripsi pro ἱερός. 56. ὃν] ὅν pr. 57. ὁδὸς Brunckius pro ὁδός. 58. οἱ δὲ πλησίοι γύαι] γρ. αἱ δὲ πλησίον γύαι ab S.

55. Neptuni Minervaeque equestrium aras in Colono, Promethei autem aram in Academia sitam memorat Pausanias 1, 30. De Minerva et Neptuno conf. v. 1070.–1073. De cultu Promethei, cui ipsi quoque ara in Academia dedicata fuit, v. scholiastae annotationem. Idem veterum testimonia de *aereo limine* v. 57. exposuit, ubi *κατάβασις εἰς Ἅιδου* esse credebatur.

ἐν δ' ὁ πυρφόρος θεὸς] De *ἐν δέ* dictum ad Oed. T. 181. Igniferum dicit Prometheum quem *πυρὸς βροτοῖς δοτῆρα* in Prom. 612. dixit Aeschylus, qui hanc fabulam in dramate satyrico tractaverat, quod *Προμηθεὺς πυρφόρος* inscriptum fuit. Ab ara Promethei, quae fuit ad Academiam, usque ad urbem *λαμπαδηδρομίας* certamen institutum fuisse Pausanias narrat 1, 30. et Prometheus ipse facem manu gestasse dicitur ab Euripide Phoen. 1121. *δεξιᾷ δὲ λαμπάδα Τιτὰν Προμηθεὺς ἔφερεν ὥς*. Alio sensu pestis, quae Thebas depopulabatur, *πυρφόρος θεός* dicitur Oed. T. 27.

57. *χαλκόπους ὁδός*] *χάλκεος οὐδὸς* apud Homer. Il. 8, 15. *Τάρταρον —ἔνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός, | τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης*. et apud Hesiod. Theog. 811. pariter de Tartaro, *ἔνθα δὲ μαρμάρεαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός*. Hunc *χαλκόπουν ὁδόν*—ut *χαλκοβατὲς δῶ* Homerus—poetica libertate dixit Sophocles, quemadmodum *πυκνὰς* (*frequentes*) *ἀηδόνας* v. 17. *πυκνοπτέρους* dixerat, quia lusciniae alatae sunt. *Χαλκοῦν ὁδὸν* ab aliis in prosa et poesi dictum esse ostendit scholiasta, memorato etiam Istro historiarum scriptore, cujus ipsa verba afferuntur in scholio ad v. 1059. *ἀπὸ τούτου δὲ ἕως Κολωνοῦ παρὰ τὸν χαλκοῦν προσαγορευόμενον*, ubi post *προσαγ.* excidisse videtur *ὁδόν*.

58. *ἔρεισμ' Ἀθηνῶν*] Poeticum epitheton, quo nihil aliud significari videtur quam locus saxis firmus, ad Athenas usque pertinens.

οἱ δὲ πλησίοι γύαι] Quod *διορθωτὴς* adscripsit *γρ. αἱ δὲ πλησίον γύαι*, receptum in apographa nonnulla, imperitiam prodit nescientis *τοὺς γύας*, non *τὰς γύας*, tragicos dixisse, de quo Elmsl. ad Eurip. Heracl. 839.

59. *τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν*] *τόνδ'* recte dictum erit si statua Coloni monstrari putetur: sin minus, *τὸν* scribendum erit cum Reiskio, quod satis probabile. Alia ratio est v. 889. *τοῦδ' ἐπιστάτῃ Κολωνοῦ*.

τὸ τοῦδε κοινὸν πάντες ὠνομασμένοι.
τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἐστὶν, ὦ ξέν', οὐ λόγοις·
τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ ξυνουσίᾳ πλέον.
ΟΙ. ἦ γάρ τινες ναίουσι τούσδε τοὺς τόπους;
ΞΕ. καὶ κάρτα, τοῦδε τοῦ θεοῦ γ' ἐπώνυμοι. 65
ΟΙ. ἄρχει τις αὐτῶν, ἢ 'πὶ τῷ πλήθει λόγος;
ΞΕ. ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται.
ΟΙ. οὗτος δὲ τίς λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖ;
ΞΕ. Θησεὺς καλεῖται, τοῦ πρὶν Αἰγέως τόκος.

61. ὠνομαχμένοι] ὠνομασμένον 62. ἐστὶν] ν habet ab S. 63. πλέον, ω a m. pr. 64. ναίουσι] ναίουσιν, sed eraso ν. 66. τις] τίσ 69. Hic versus in margine additus ab eadem, ut videtur, manu, etsi atramento alio. Versum omissum non animadvertit qui lineolis, quibus personarum vices indicat manus prima, ipsa nomina substituit: qui per versus 70–75. Ξένῳ Oedipi et Oedipo Ξένου verba tribuit, sed postmodum in rectam viam rediit.

61. πάντες] Omnes ejus incolae.

τοὔνομα] Κολωνιᾶται δηλονότι, inquit scholiasta, non veterum Atticorum more locutus, qui hujus pagi δημότας non sic, sed τοὺς ἐκ Κολωνοῦ vel τοὺς Κολωνῆθεν dicere solebant.

ὠνομασμένοι] Codicis scriptura ὠνομασμένον ex scholiasta est correcta in apographis nonnullis.

62. λόγοις—ξυνουσίᾳ] Locum cultu incolarum magis quam sermonibus celebrari dicit.

63. πλέον] Quod librarius superscripsit et apud Suidam s. v. ξυνουσία legitur, πλέω, more librariorum fecit qui terminationem comparativi in ον saepissime in ω depravarunt, quod exemplis plurimis ostendit L. Dindorfius ad Xenoph. Hellen. 2, 2, 16. p. 41–43. edit. a. 1831.

65. καὶ κάρτα] Affirmatio gravior quam ναί, ut v. 301. καὶ κάρθ', ὅταν περ τοὔνομ' αἴσθηται τὸ σόν.

θεοῦ] *Herois.* Nam heroes quoque saepissime diis annumerantur.

ἐπώνυμοι] Κολωνιᾶται iterum scholiasta, de quo dixi ad v. 61.

66. τις] Male codex τίς. Nam priusquam quaereret quis regnaret quaerendum erat utrum unus aliquis regnaret an imperii potestas penes populum esset.

λόγος] Scholiasta, ἢ ἐπὶ τῷ πλήθει ἐστὶν ἡ ἰσχύς, ex quo non potest colligi legisse eum κράτος, quod conjecit Bonitzius. Videtur etiam λόγος dici potuisse de populo qui legum rogandarum jubendarumque potestatem haberet, ut Jacobsius interpretatur. Λόγῳ τε καὶ σθένει κρατεῖν rex dicitur v. 68.

67. ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως] Terram Atticam ante Thesei tempora κατὰ πόλεις ᾠκῆσθαι, sed ξυνῳκίσθαι τὰς πόλεις ab Theseo in ejusque facti memoriam ξυνοικίων festum celebrari pluribus narrat Thucydides 2, 15.

69. τοῦ πρὶν] Hoc est quod Anglice dicitur *the late* cum nominibus conjunctum hominum qui ex vita excesserunt.

ΟΙ. ἆρ' ἄν τις αὐτῷ πομπὸς ἐξ ὑμῶν μόλοι; 70
ΞΕ. ὡς πρὸς τί, λέξων ἢ καταρτύσων, παρῇ;
ΟΙ. ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ κερδάνῃ μέγα.
ΞΕ. καὶ τίς πρὸς ἀνδρὸς μὴ βλέποντος ἄρκεσις;
ΟΙ. ὅσ' ἂν λέγωμεν πάνθ' ὁρῶντα λέξομεν.
ΞΕ. οἶσθ', ὦ ξέν', ὡς νῦν μὴ σφαλῇς; ἐπείπερ εἶ 75
γενναῖος, ὡς ἰδόντι, πλὴν τοῦ δαίμονος,
αὐτοῦ μέν', οὗπερ κἀφάνης, ἕως ἐγὼ
τοῖς ἐνθάδ' αὐτοῦ μὴ κατ' ἄστυ δημόταις
λέξω τάδ' ἐλθών. οἵδε γὰρ κρινοῦσί σοι

70. ἄν τις] οὖν τίσ 71. πρὸς τί] προστί παρῇ scripsi pro μόλοι 72. σμικρὰ Elmsleius pro μικρά. 77. κἀφάνης] καιφάνησ, sed ι utroque eraso. 78. τοῖς Brunckius pro τοῖσδ'. 79. σοι] Superscriptum γε a m. pr., ut videri potest, sed atramento alio.

70. ἄν ex paucis apographis pro οὖν.

71. ὡς πρὸς τί;] Sic Oed. T. 1174. ὡς πρὸς τί χρείας;

καταρτύσων μόλοι codex. μολεῖν pauca apographa et Suidas s. v. καταρτύσων pro μόλοι, quod ex fine superioris versus irrepsit. Utraque scriptura in annotatione reperitur scholiastae verba male interpretati, τὸ δὲ ἑξῆς, ὡς τί προσλέξων αὐτῷ μόλοι τις; ἢ, πρὸς τί εὐτρεπίσων αὐτὸν μολεῖν; Ineptum est enim obscurum hunc de plebe hominem dici regem καταρτύειν μολεῖν, ne quid de locutione ipsa dicam. Sophocles nec μόλοι nec μολεῖν scripserat, sed haud dubie ὡς πρὸς τί, λέξων ἢ καταρτύσων, παρῇ; i. e. ὡς παρῇ πρὸς τί; λέξων ἢ καταρτύσων τι; Hoc igitur restitui.

74. ὁρῶντα] Tropice, *caligine non obvoluta, perspicua.* BRUNCK. Aeschylus ab Schneidew. comparatus Choeph. 844. πῶς ταῦτ' ἀληθῆ καὶ βλέποντα δοξάσω;

75. οἶσθ'—ὡς νῦν μὴ σφαλῇς;] Cum formula vulgari οἶσθ' ὡς ποίησον, qua Sophocles usus est Oed. T. 543., comparavit Seidlerus, qui recte interpretatur, *scin quid faciendum tibi sit ut ab errore et peccato vacuus maneas?*

76. Verba πλὴν τοῦ δαίμονος negligentiore orationis forma interponuntur ab viatore, qui nolle se pluribus verbis Oedipi tangere calamitatem dicit, quem caecum et mendicum esse videt. Apte cum his comparatus est locus Euripidis Iphig. A. 1403. τὸ μὲν σὸν, ὦ νεᾶνι, γενναίως ἔχει, τὸ τῆς τύχης δὲ καὶ τὸ τῆς θεοῦ νοσεῖ.

78. ἐνθάδ' αὐτοῦ] Aristoph. Vesp. 765. ἐνθάδε | αὐτοῦ μένων. Eupolis apud Stobaeum Floril. 4, 33. ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ' αὐτοῦ—ἐπιτιθῆται τῇ ποιήσει. DOBRAEUS ad Aristoph. Plut. 1188. ubi est ἐνθάδ' αὐτοῦ καθαμενεῖν.

μὴ κατ' ἄστυ] Hoc addit viator quia v. 47. dixerat nihil se πόλεως δίχα facturum esse. Monuit Schneidew.

79. σοι] Quod in codice superscriptum est γε in apographis omnibus reperitur.

εἰ χρή σε μίμνειν, ἢ πορεύεσθαι πάλιν.
ΟΙ. ὦ τέκνον, ἦ βέβηκεν ἡμῖν ὁ ξένος;
ΑΝ. βέβηκεν, ὥστε πᾶν ἐν ἡσύχῳ, πάτερ,
ἔξεστι φωνεῖν, ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας.
ΟΙ. ὦ πότνιαι δεινῶπες, εὖτε νῦν ἕδρας
πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γῆς ἕκαμψ' ἐγὼ,
Φοίβῳ τε κἀμοὶ μὴ γένησθ' ἀγνώμονες,
ὅς μοι, τὰ πόλλ' ἐκεῖν' ὅτ' ἐξέχρη κακὰ,
ταύτην ἔλεξε παῦλαν ἐν χρόνῳ μακρῷ,
ἐλθόντι χώραν τερμίαν, ὅπου θεῶν
σεμνῶν ἕδραν λάβοιμι καὶ ξενόστασιν,
ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον,
κέρδη μὲν οἰκήσαντα τοῖς δεδεγμένοις,

80. εἰ Turnebus pro ἤ. 86. γένησθ', ε ab alia m. antiqua. 88. ἔλεξε] ἔλεξεν 89. ὅπου] Ante π litera erasa, ν ut videtur. 90. Versus in margine additus ab eadem, ut videtur, manu, sed atramento alio. ξενόστασιν] γρ. καὶ κατάστασιν S.

83. ὡς ἐμοῦ μόνης πέλας] Intelligitur οὔσης.

84. ὦ πότνιαι δεινῶπες] Scholiasta, τὸ ἐντελὲς, ὦ πότνιαι. Videtur igitur ὦ πότνι' ὦ δεινῶπες vitiose legisse, quod ipsum in lemmate posuit scholiorum editor Romanus.

εὖτε νῦν ἕδρας πρώτων ἐφ' ὑμῶν τῆσδε γῆς ἕκαμψ' ἐγὼ] Horum verborum structuram interpretes sic sunt expedire conati, εὖτε νῦν ἐφ' ἕδρας ὑμῶν πρώτων τῆσδε γῆς ἕκαμψα (sc. γόνυ). Quod si placuit Sophocli, mirari subit tam contorte loqui maluisse poetam, quum aptissima oratione uti in promptu esset, εὖτε νῦν ἕδρας | πρώτης ἐφ' ὑμῶν τῆσδε κῶλ' ἕκαμψ' ἐγώ, (*quum sedes haec vestra prima sit in qua ego consedi.*) pronomine ὑμῶν, quum post ἕδρας poni per metrum non posset, ante τῆσδε, quocum non minus cohaeret, posito, cujusmodi collocationis verborum exempla v. in annotatione ad Oed. T. 52. Hoc igitur si scripsit Sophocles, non mirandum interpolatorem non videntem τῆσδε cum ἕδρας, a quo longius remotum est, conjungendum esse, γῆς addidisse, sumtum fortasse ex verbis ἕδρας γῆς τῆσδε v. 45., ejecto κῶλα, quod legitur v. 19. οὗ κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου. Nisi γῆς ex γυΐ' corruptum, quod conjecit Bergkius.

86. ἀγνώμονες] Per ἐναντιογνώμονες, ἀσύγγνωστοι explicat schol.

89. χώραν τερμίαν] Extremam dicit earum regionum quae Oedipo peragrandae sunt.

91. κάμψειν] κάμπτειν interpolatum in apographis plerisque. κάμψειν etiam Suidas s. v. ἐξέχρη et τρεμίαν. κάμπτειν βίον idem quod τελευτᾶν, quae duo verba conjunxit Euripides Hel. 1666. ὅταν δὲ κάμψῃς καὶ τελευτήσῃς βίον.

92. οἰκήσαντα] οἰκήσοντα apogr.

ἄτην δὲ τοῖς πέμψασιν, οἵ μ' ἀπήλασαν·
σημεῖα δ' ἤξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα,
ἢ σεισμὸν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.
ἔγνωκα μέν νυν ὥς με τήνδε τὴν ὁδὸν
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν
ἐξήγαγ' ἐς τόδ' ἄλσος. οὐ γὰρ ἄν ποτε
πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν,
νήφων ἀοίνοις, κἀπὶ σεμνὸν ἑζόμην
βάθρον τόδ' ἀσκέπαρνον. ἀλλά μοι, θεαὶ,
βίου κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος δότε
πέρασιν ἤδη καὶ καταστροφήν τινα,
εἰ μὴ δοκῶ τι μειόνως ἔχειν, ἀεὶ
μόχθοις λατρεύων τοῖς ὑπερτάτοις βροτῶν.
ἴτ', ὦ γλυκεῖαι παῖδες ἀρχαίου Σκότου,
ἴτ', ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεναι
πασῶν Ἀθῆναι τιμιωτάτη πόλις,
οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον

94. *παρηγγύα*] *παρεγγύα* 96. *μέν νυν*] *μὲν νῦν* 98. *ἐς* scripsi pro *εἰς*. 99. *ὑμῖν*] *ὑμῶν*. Correctum ex scholiasta et Suidae (s. v. *νηφάλιος θυσία*) libris deterioribus. Nam meliores in *ὑμῶν* consentiunt.

Paris. 2886. *κέρδη* et *ἄτην* de Oedipo ipso sunt intelligenda. Similiter Eurip. Herc. fur. 824. *πόλει γὰρ οὐδὲν ἥκομεν βλάβος*. Oedipus infra v. 626. in oratione ad Theseum, *κοὔποτ' Οἰδίπουν ἐρεῖς | ἀχρεῖον οἰκητῆρα δέξασθαι τόπων | τῶν ἐνθάδε*.

94. *παρηγγύα* ex aliquot apogr. pro *παρεγγύα*.

95. *ἢ σεισμὸν ἢ βροντήν τιν'*—] Haec in fine hujus fabulae fiunt.

Διὸς σέλας] Fulmen.

97. *πτερὸν*] I. e. *οἰωνὸς, auspicium, omen*.

99. *ὁδειπορῶν*] *ὁδοιπόρων* aliquot apographa, quod legit scholiasta.

100. *ἀοίνοις*] Nam aqua mulsa sine vino Eumenidibus libari solebat; de quo legatur docta annotatio scholiastae. Conf. v. 481. *Χοὰς ἀοίνους, νηφάλια μειλίγματα* ap. Aeschylum Eumen. 107.

104, 105. Nisi forte vilior vobis esse videor quam cui hoc beneficium concedatis, quum quae extrema sunt hominum mala sustineam. HERM. Male scholiasta, *εἰ μὴ δοκῶ ὑμῖν ἐλαττόνως ἔχειν τὰ κακὰ καὶ δεῖσθαι προσθήκης κακῶν*. Quod non poterat *μειόνως ἔχειν* dici.

106. *γλυκεῖαι*] Jucundae Oedipo, qui per eas se ad *τὸν γλυκὺν λιμένα* malorum suorum deductum iri sperat. Monuit Jacobsius.

εἴδωλον· οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας. 110
AN. σίγα. πορεύονται γὰρ οἵδε δή τινες
χρόνῳ παλαιοί, σῆς ἕδρας ἐπίσκοποι.
OI. σιγήσομαί τε καὶ σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα
κρύψον κατ' ἄλσος, τῶνδ' ἕως ἂν ἐκμάθω
τίνας λόγους ἐροῦσιν. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν 115
ἔνεστιν ηὐλάβεια τῶν ποιουμένων.

ΧΟΡΟΣ.

ὅρα. τίς ἄρ' ἦν; ποῦ ναίει; 117
ποῦ κυρεῖ ἐκτόπιος συθεὶς ὁ πάντων
ὁ πάντων ἀκορέστατος; 120
προσπεύθου, λεῦσσέ νιν,

117.–137. = 149.–169.

114. τῶνδ'] δ' ab S. 117.–124. Versus sic divisi, ὅρα. τίσ–| ἐκτόπιοσ–| ὁ πάντων ἀκ.–| λεύσατ' αὐτόν. προσδέρκου | προσπεύθου πανταχῆι | πλανάτασ | πλατάνασ—οὐδ'. 121. προσπεύθου, λεῦσσέ νιν, προσδέρκου πανταχῆ Hermannus pro λεύσατ' αὐτὸν, προσδέρκου, προσπεύθου πανταχῆ.

110. τόδ'] Corrector Aldinus in τό γ' mutavit.

111. οἵδε] ὧδε interpolatum in apogr. aliquot, ignorato frequenti pronominis usu, ut 723. ἄσσον ἔρχεται | Κρέων ὅδ' ἡμῖν.

113. μ' ἐξ codex. In apographo quodam Tricliniano scriptum μ' ἐξ, quod idem est ac μοὐξ ὁδοῦ, quod legitur in editione Mediolanensi Suidae s. v. νιν: nam μοι ἐξ per crasin coalescit in μοὐξ. Non apparet quomodo dici potuerit μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα κρύψον, quocum male comparatum est quod Euripides dixit Hecub. 812. ποῖ μ' ὑπεξάγεις πόδα, quod recte interpretatus est Valckenarius in schedis ineditis *subducis te mihi*, eodem fere modo quo Pflugkius, qui ὑπεξάγεις πόδα pro φεύγεις dictum esse monet. Itaque πόδα in versu Sophoclis ab interpolatore illatum videri potest pro alio vocabulo, quod πάλιν fuisse conjecit Cobetus.

115. ἐν γὰρ τῷ μαθεῖν] Hoc dicit, *caute et tute aget qui rebus omnibus diligenter exploratis ad agendum accedet.* WUNDER.

118. ἦν dicit quia Oedipum, qui abierat, non conspicit. ναίειν non solum incolae locorum dicuntur, sed etiam qui per breve tantum tempus in loco aliquo versantur. Sic iterum 137.

ποῦ ναίει] Poterat syllabas vocabulo antistrophico ὀμμάτων (v. 150.) exaequare si ποῦ κυρεῖ scriberet, quod non scripsit, ne ἀναδίπλωσις esse videretur proximi ποῦ κυρεῖ, a quo nova sententia incipit.

119. ἐκτόπιος] I. e. ἐκ τοῦ τόπου. ἔκτοπος est v. 234.

120. ἀκορέστατος] *Impudentissimus*, qui locum dearum ingredi audeat. V. 126, 134. Scholiasta, παρ' ὅσον οὐδεὶς αὐτῷ τῶν ἄλλων ἤρκεσε τόπων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦτον ἦλθεν ἀφόβως.

προσδέρκου πανταχῆ.
πλανάτας πλανάτας τις ὁ πρέσβυς, οὐδ'
ἔγχωρος· προσέβα γὰρ οὐκ
ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος ἐς
τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν,
ἃς τρέμομεν λέγειν,
καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως,
ἀφώνως, ἀλόγως τὸ τᾶς
εὐφάμου στόμα φροντίδος
ἰέντες, τὰ δὲ νῦν τιν' ἥκειν
λόγος οὐδὲν ἄζονθ',
ὃν ἐγὼ λεύσσων περὶ πᾶν οὔπω
δύναμαι τέμενος
γνῶναι ποῦ μοί ποτε ναίει.
ΟΙ. ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ· φωνῇ γὰρ ὁρῶ,
τὸ φατιζόμενον.

125. ἔγχωρος Bothius pro ἐγχώριος. 128. ἀμαιμακετᾶν Hermannus pro ἀμαιμακέταν. Versus sic divisi τᾶνδ'—λέγειν | καὶ παραμειβόμε—σθ' —τὸ τᾶσ. 132. εὐφάμου scripsi pro εὐφήμου. 135. λεύσσων] λεύσων 137. ναίει] Literae ει pr. omissae, sed additae ab eadem vel alia m. 138. ἐκεῖνος] ἐκεῖνοσ ὁρᾶν

126. ἄλσος ἐς] ἐς casui quem regit postpositum ut Electr. 14. τοσόνδ' ἐς ἥβης. Eurip. Phoen. 24. λειμῶν' ἐς Ἥρας. et alibi. De πρός similiter postposito diximus ad Oed. T. 525.

129. ἀμαιμακετᾶν] Per ἀκαταμαχήτων ἢ ἀπροσπελάστων explicat scholiasta.

130. ἀδέρκτως] I. e. oculis demissis, quos aperire veremur propter loci sanctitatem.

131. ἀφώνως, ἀλόγως] *Sine voce, sine verbis.* Conjungit synonyma, ut ἔκτοπος ἄφορμος v. 233. Sic infra v. 489. ἄπυστα φωνῶν μηδὲ μηκύνων βοήν.

132. στόμα] Apte hoc vocabulo usus est: nam preces dicit quae ore, sed suppressa voce, emittuntur. στόμα ἰέναι dictum ut φωνὴν ἰέναι. εὔφημος vero φροντὶς est tacita cogitatio. Per σιωπηλῆς explicat scholiasta.

133. τὰ δὲ νῦν τιν' ἥκειν] Scholiasta, ὑπερβατόν· τινὰ δὲ τὰ νῦν. Nam plerumque τανῦν unius instar vocabuli est, quod hic interposito δὲ in duo est divisum. Τὰ etiam pro ταῦτα accipi potest cum ἄζοντα construendum.

138. ἐκεῖνος] Sic apographa nonnulla pro ἐκεῖνος ὁρᾶν.

139. τὸ φατιζόμενον] I. e. *ut* (proverbio) *dici solet.* Male scholiasta τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῶν verbis cum

ΧΟ. ἰὼ ἰώ,
δεινὸς μὲν ὁρᾶν, δεινὸς δὲ κλύειν.
ΟΙ. μή μ', ἱκετεύω, προσίδητ' ἄνομον.
ΧΟ. Ζεῦ ἀλεξῆτορ, τίς ποθ' ὁ πρέσβυς;
ΟΙ. οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι
πρώτης, ὦ τῆσδ' ἔφοροι χώρας.
δηλῶ δ'· οὐ γὰρ ἂν ὧδ' ἀλλοτρίοις
ὄμμασιν εἶρπον
κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν.

140. Lineola, mutatae personae index, quam manus prima ante *ἰὼ ἰώ* posuerat, secunda delevit proximoque versui praescripsit χ. 143. *ἀλεξῆτορ*] *ἀλεξήτωρ* 144. *μοίρας*] *μοῖρασ* 146. *ἂν* om. 148. *ὥρμουν*] *ὥρμων* corr. a m. recentiore.

ὁρῶ, a quo commate interposito separanda erant, conjunctis. Ultima syllaba producta nihil habet offensionis ante plenam interpunctionem mutatamque personam. Sic iterum in vocabulo *πρέσβυς* v. 143.

142. *ἄνομον*] I. e. *ὡς ἄνομον*. *ἄνομον*, qui locum ingressus est quem ingredi vetitum erat.

143. *ἀλεξῆτορ* ex aliquot apogr. pro *ἀλεξήτωρ*.

144. *οὐ πάνυ μοίρας εὐδαιμονίσαι*] Scholiasta, *οὐκ ἀγαθῆς μοίρας, ἀλλὰ κακῆς. οὐ πάνυ τῆς πρώτης κατ' εὐδαιμονίαν μοίρας, τοὐναντίον δὲ, τῆς κατὰ δυσδαιμονίαν ἐσχάτης.* et alio scholio, *οὐ πάνυ μοίρας εἰμὶ πρώτης εἰς τὸ εὐδαιμονίσαι*. Recte scholiasta, pariterque Eustathius p. 479, 14. *οὐ πρώτης μοίρας* per *τῆς ἐσχάτης μοίρας* interpretatus, senserunt *οὐ πάνυ μοίρας πρώτης* Oedipum cum acerba ironia de summo infelicitatis suae gradu dicere, non, quae recentiorum quorundam interpretum opinio est, de natalibus suis, quae *ἀπ' ἀρχῆς δυσδαίμονα* fuerint. Verum non intelligitur quid infinitivus *εὐδαιμονίσαι* sibi velit, qui pro *εἰς τὸ εὐδαιμονίσαι* positus explicandi caussa additus esse creditur: quod si voluisset poeta, non credo eum *πρώτης* additurum fuisse. Itaque vereor ne *εὐδαιμονίσαι* nihil aliud sit quam vetus glossema ex *εὐδαιμονίας* vel *εὐδαιμονίᾳ* corruptum, quo interpres verba *μοίρας πρώτης* explicuit. Eo sublato versus ita erunt dividendi ut *ἔφοροι χώρας* monometer, reliqui versus dimetri sint.

145. *ἔφοροι χώρας*] Honorifica appellatio, ut *ὦ γῆς ἄνακτες* v. 831. et *χώρας ἄνακτες* Oed. T. 911.

146. *δηλῶ*] *δῆλον* in apogr. nonnullis, ut saepe dicitur *δῆλον δέ*, conjectura non mala, etsi non necessaria. Nam eodem modo *δείκνυμι δέ* dictum v. 1145. Recte vero in aliis *ἂν* suppletum, quod post *γὰρ* excidit in codice.

148. *ὥρμουν*] *ὥρμων*, quod temere intulit corrector codicis, est etiam in aliquot apographis. Scholiasta, *καὶ ἐπὶ εὐτελέσιν αἰτήμασιν οὐκ ἂν σφόδρα ἱκέτευον, εἰ μὴ ἤμην δυστυχής. τοῦτο δέ φησι παρ' ὅσον μέγας ἂν κατὰ μέγεθος καὶ τὴν ἡλικίαν ὑπὸ σμικρᾶς τῆς θυγατρὸς ὁδηγεῖται.* 'Ορμεῖν, i. e. in portu consistere, se dicit, utpote *ἐλθὼν χώραν τερμίαν*: vide v. 89. Dicitur autem non so-

ΧΟ. ἐὴ; ἀλαῶν ὀμμάτων.
ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος δυσαίων;
μακραίων γ', ὅσ' ἐπεικάσαι.
ἀλλ' οὐ μὰν ἔν γ' ἐμοὶ
προσθήσεις τάσδ' ἀράς.
περᾷς γὰρ περᾷς· ἀλλ' ἵνα τῷδ' ἐν ἀ-
φθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει
ποιάεντι, κάθυδρος οὖ
κρατὴρ μειλιχίων ποτῶν

149.–156. Versus sic divisi ἐ ἐ–| ἦσθα–| μακραίων–| ἀλλ'–| προσθήσεισ–| περᾶοσ γὰρ περᾶισ | ἀλλ—'. 149. ἐὴ scripsi pro ἐ ἔ. 151. φυτάλμιος] φυτάλβιοσ pr. 152. γ' scripsi pro τέ θ' ὅσ' Bothius pro ὡς. 154. ἀράς] Post ρ duae literae erasae. Videtur ἀρετάς fuisse. 155. ἀφθέγκτῳ] ἀφέγκτωι 156. προπέσῃς Hermannus pro προσπέσῃς. 159. ποτῶν] πότων

lum ὁρμεῖν ἐπί τινος, ut Demosthenes p. 319, 18. οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς (sc. ἀγκύρας) ὁρμεῖ dixit (ex quo colligi potest ἐπὶ δυοῖν ἀγκύραιν ὁρμεῖν apud eundem p. 1295, 28. genitivo casu dictum esse), sed etiam ὁρμεῖν ἐπί τινι, ut in locis ab C. Keilio comparatis Plutarchi V. Solon. c. 19. οἰόμενος ἐπὶ δυσὶ βουλαῖς ὥσπερ ἀγκύραις ὁρμοῦσαν ἧττον ἐν σάλῳ τὴν πόλιν ἔσεσθαι· et V. Antonii c. 65. Hoc igitur argumento non potest decerni utrum σμικροῖς scripserit Sophocles an σμικρᾶς, quod fuerunt qui conjicerent collato quod v. 746. dixit, ἀεὶ δ' ἀλήτην κἀπὶ προσπόλου μιᾶς βιοστερῆ χωροῦντα, et ex annotatione scholiastae supra apposita: quem tamen ipsum quoque σμικροῖς legisse prima ejus verba arguunt ἐπὶ εὐτελέσιν αἰτήμασιν, quibuscum comparandum quod Oedipus v. 5. dixerat σμικρὸν μὲν ἐξαιτοῦντα, τοῦ σμικροῦ δ' ἔτι μεῖον φέροντα.

149. ἐ ἔ] Respondet in strophа v. 117. iambus ὅρα. Quamobrem ἐὴ scripsi, quomodo hanc interjectionem ab veteribus pronunciatam fuisse etiam alii tragicorum loci ostendunt: de quo dixi in Praefat. ad Aeschylum p. xxxii. ed. Lips.

Post ὀμμάτων interpunxi Corais monitu in Supplem. ad Schneideri lexicon p. 180.

φυτάλμιος δυσαίων] I. e. ἀπὸ φύτλης δυστυχής, sive ἐξ ἀρχῆς δυσδαίμων, ut loquitur Euripides Iphig. T. 203. Post δυσαίων posui interrogandi signum. In libris veteribus interpunctio nulla: recentiorum alii aliter.

152. ὅσ' ἐπεικάσαι] *Quantum conjicere licet.* Similiter Thucyd. 6, 25. ὅσα ἤδη δοκεῖν αὐτῷ. WUNDER.

153. ἐμοί] Mihi, qui te monuerim, i. e. non mea culpa erit si malis quibus jam laboras diras adjungas quas tibi contrahes ubi nemus intraveris.

155. περᾷς γὰρ περᾷς] I. e. video te procedere. γὰρ reddit rationem proximorum verborum.

156. Verborum ἀλλ' ἵνα—μὴ προπέσῃς apodosis sequitur v. 162. μετάσταθ', ἀπόβαθι. Quod animadvertit scholiasta.

157. κάθυδρος] κάθυγρος in aliquot apogr.

ῥεύματι συντρέχει,
τῶν, ξένε πάμμορ', εὖ φύλαξαι,
μετάσταθ', ἀπόβαθι. πολ-
λὰ κέλευθος ἐρατύοι·
κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα;
λόγον εἴ τιν' ἴσχεις
πρὸς ἐμὰν λέσχαν, ἀβάτων ἀποβὰς,
ἵνα πᾶσι νόμος,
φώνει· πρόσθεν δ' ἀπερύκου.

ΟΙ. θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ;

ΑΝ. ὦ πάτερ, ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν,

161. φύλαξαι separato versu positum. 163. ἐρατύοι Musgravius pro ἐρατύει. 166. ἴσχεις Reisigius pro ἔχεις, cui οἴσεισ superscr. a m. recentiore. 167. ἀβάτων] ἀποβάντων pr., erasis literis πο et ν. 170. ἔλθῃ] ἔλθοι 171. Lineolam huic versui praefixam in χ mutavit m. secunda, pariterque v. 173. ante ψαύω.

159. ποτῶν] μειλίχια ποτά quae sint, ad v. 100. diximus, et hic quoque explicuit scholiasta: συγκιρνᾶται γὰρ ταύταις ταῖς θεαῖς ὕδατος καὶ μέλιτος κρατήρ.

161. Verba εὖ φύλαξαι tanquam per parenthesin interposita sunt, post quae oratio verbis ἀλλ' ἵνα v. 155. inchoata continuatur. Frustra Brunckius τῷ pro τῶν. Adjectivum πάμμορος, hominem omni ex parte infelicem significans, ex hoc tantum loco cognitum est et Orac. Sibyll. 5, 65. κλαύσεαι ἀργαλέῃ καὶ πάμμορος.

162. Codicis scriptura πολλὰ κέλευθος ἐρατύει· κλύεις, ὦ πολύμοχθ' ἀλᾶτα; praeeunte scholiasta sic explicari solet ut chorus ex Oedipo quaerat num verba ipsius e longinquo audiat. Nam propius accedere chorum vereri, ne ipse quoque Oedipi, qui nemus intrare ausus erat, culpae particeps fiat. Quod si voluit Sophocles, parum apte verbo ἐρατύει usus est. Recte Musgravius ἐρατύοι, *multa te via ab isto saltu sejungat* vel *arceat*. ἐρατύει Doricum pro ἐρητύει, quod positum in apogr. paucis. Per διαχωρίζειν explicat scholiasta.

166. ἔχεις recte in ἴσχεις mutatum ab Reisigio. Quod in codice superscriptum est οἴσεισ, non διορθωτοῦ est, sed alius manus, quae διορθωτοῦ literarum capitalium ductus, etsi forma minore et atramento recentiore, et hic imitata est et v. 475. ubi οἰοπόκωι superscripsit. Neutri scripturae sigla γρ., qua διορθωτὴς uti solet, praescripta. Incaute Elmsleius id ante οἴσεις de suo addidit in scholiorum editione.

168. ἵνα] I. e. ἐκεῖσε ἵνα. Conf. infra v. 812. 900. Vid. ad Eurip. Bacch. 1380. ELMSL. Adde infra v. 189.

170. ποῖ—φροντίδος ut ποῖ φρενῶν 310. et ποῖ γνώμης El. 922. Trach. 705. ἔλθῃ duo apogr. pro ἔλθοι.

171. ἀστοῖς ἴσα χρὴ μελετᾶν] Eurip. Med. 222. χρὴ δὲ ξένον μὲν κάρ-

εἴκοντας ἃ δεῖ καὶ ἀκούοντας.

ΟΙ. πρόσθιγέ νύν μου. ΑΝ. ψαύω καὶ δή.

ΟΙ. ὦ ξεῖνοι, μὴ δῆτ' ἀδικηθῶ
σοὶ πιστεύσας μεταναστάς. 175

ΧΟ. οὔ τοι μήποτέ σ' ἐκ τῶνδ' ἑδράνων,
ὦ γέρον, ἄκοντά τις ἄξει.

ΟΙ. προβῶ; ΧΟ. ἐπίβαινε πόρσω. 178

ΟΙ. ἔτι; ΧΟ. προβίβαζε, κούρα, 180
πόρσω· σὺ γὰρ ἀίεις.

ΑΝ. ἕπεο μὰν, ἕπε' ὧδ' ἀμαυρῷ

178.–187. = 194.–206.

172. καὶ Musgravius pro κοὐκ. 173. πρόσθιγέ νυν] πρόσθιγε νῦν 174. ξεῖνοι] ξένοι 175. μεταναστάς Hermannus pro καὶ μεταναστάς. 179. προβῶ Hermannus pro ἔτ' οὖν ἔτι προβῶ. πόρσω Bothius pro πρόσω. 180. ΧΟ. om. προβίβαζε] προσβίβαζε 181. πόρσω scripsi pro πρόσω. 182.—191. Versus sic divisi, ἕπεο—| κώλωι—ξεῖ—| νοσ—| καὶ πόλισ—| ἀποστυγεῖν—| ἄγε—| ἐπιβαίνοντεσ—| τὸ δ'—πολεμῶμεν. 182. ἕπεο μὰν, ἕπε'] ἕσπεο μ' ἂν ἕσπε', sed in marg. ἕπεο μοι.

τὰ προσχωρεῖν πόλει. quem locum comparavit scholiasta.

172. Quod in codice est κοὐκ ἀκούοντας, ab Musgravio in κἀκούοντας, ab Triclinio in κοὐκ ἄκοντας mutatum, fortasse ex glossemate verbi minus usitati illatum quale Hermannus restituit, κοὐκ ἀπιθοῦντας, quo Sophocles usus est Philoct. 1447 οὐκ ἀπιθήσω τοῖς σοῖς μύθοις.

174. ξεῖνοι ex paucis apogr. pro ξένοι.

ἀδικηθῶ] Constructionis particulae μή cum prima persona singularis exempla attulit Elmsleius ex Homeri Il. 1, 26. Sophocl. Trach. 803. Eurip. Herc. fur. 1399.

175. σοὶ in ὑμῖν mutatum in duobus apographis ab correctore quem offenderat σοὶ post numerum pluralem ξεῖνοι illatum, quod Sophocles iterum commisit v. 207. ubi post ὦ ξένοι sequitur μή μ' ἀνέρῃ, ut alia omittam exempla ubi de choro modo plurali modo singulari numero dicitur. Alio modo in codice ipso erratum est posito καὶ inter πιστεύσας et μεταναστάς, quod corrector non viderat alterum participium ex altero aptum esse hoc sensu, ἐπειδὴ πιστεύσας σοὶ μετανέστην.

179. Recte Hermannus προβῶ scripsit, deleto ἔτ' οὖν ἔτι, male alii ἔτ' οὖν, deleto ἔτι προβῶ. Nam Oedipus προβῶ; quaerere debebat, priusquam mox quaereret ἔτι.

ἐπίβαινε] Male Reiskius ἐτίβαινε.

180. ἔτι] Producta syllaba altera ante πρ tanto minus offensionis habet quum persona mutetur. ΧΟ. habent apogr.

προβίβαζε pro προσβίβαζε ex apographo uno Parisino restitutum, in quo σ ab alia manu rubro colore insertum est.

182. ἀμαυρῷ] *Infirmo.* Oedipum ipsum ἀμαυρὸν φῶτα dicit Creon v. 1018.

κώλῳ, πάτερ, ᾇ σ' ἄγω.

ΟΙ. ⏑ –́ – –

ΑΝ. ⏑́ ⏑ ⏑ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –́

⏑ –́ –́ ⏑ ⏑ – ⏑ –́

ΟΙ. –́ – –́ ⏑ ⏑ – –

ΧΟ. τόλμα ξεῖνος ἐπὶ ξένης,

ὦ τλάμων, ὅ τι καὶ πόλις

τέτροφεν ἄφιλον ἀποστυγεῖν

καὶ τὸ φίλον σέβεσθαι.

ΟΙ. ἄγε νυν σύ με, παῖ,

ἵν' ἂν εὐσεβίας ἐπιβαίνοντες

τὸ μὲν εἴποιμεν, τὸ δ' ἀκούσαιμεν,

καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.

ΧΟ. αὐτοῦ· μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου

βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς.

183. ᾇ σ'] ἆσ pr. Correxit S. Quattuor post hunc versuum defectum indicavit versuique 184. ΧΟ. praefixit Hermannus. 184. ξένης Bothius pro ξείνης. 185. τλάμων Bothius pro τλᾶμον. 188. νυν] νῦν 189. εὐσεβίας] εὐσεβείασ 190. καὶ ante τὸ μὲν erasum. εἴποιμεν—ἀκούσαιμεν, ω utroque a m. pr. superscripto. 191. χρείᾳ] χρεῖα 193. ἔξω] ἕξω κλίνῃς] κλίνῆισ, accentu super ι recentiore. γρ. κινήσῃσ S.

Post 183. quattuor versuum lacunam indicavit Hermannus, qui responderint versibus 199–202. Lacuna non animadversa versus 184–186. Antigonae continuabantur. Correxit Hermannus.

184. τόλμα] *In animum induc.*

186. τέτροφεν] I. e. ἔχει, ut saepe τρέφειν pro ἔχειν dixit Sophocles.

189. ἵνα] I. e. ἐκεῖσε ὅπου.

εὐσεβίας] εὐσεβείας etiam in apographis pluribus. Eadem constructio Philoct. 1463. δόξης οὔποτε τῆσδ' ἐπιβάντες.

190. εἴποιμεν—ἀκούσαιμεν] εἴπωμεν—ἀκούσωμεν, quod superscripsit librarius, est etiam in apogr. quibusdam. Non viderunt cohaerere haec sic, ἄγε με—καὶ μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν. εἰπεῖν et ἀκοῦσαι saepe sic conjuncta, ut apud Eurip. Heracl. 183. εἰπεῖν ἀκοῦσαί τ' ἐν μέρει πάρεστί μοι.

192. αὐτοῦ] I. e. *ibi ubi es consiste*, ut explicat Wunderus.

ἀντιπέτρου] Per ἰσοπέτρον, τοῦ κατ' ἴσον βεβηκότος τῷ πέτρῳ explicat scholiasta. αὐτοπέτρου conjecit Jacobsius, nativum saxum intelligens.

ΟΙ. οὕτως; ΧΟ. ἅλις, ὡς ἀκούεις.
ΟΙ. ἦ 'σθῶ; ΧΟ. λέχριός γ' ἐπ' ἄκρου 195
λᾶος βραχὺς ὀκλάσας.
ΑΝ. πάτερ, ἐμὸν τόδ'· ἐν ἀσυχαίᾳ
βάσει βάσιν ἅρμοσαι,
ΟΙ. ἰώ μοί μοι.

194. ΟΙ.] ΑΝ ΧΟ.] Hoc a m. secunda habet. 195. ἦ 'σθῶ] ἦ σθῶ pr. ἠσθῶ corr. γρ. ἠστῶ, ὃ καὶ βέλτιον S. λέχριος] Post ρ litera erasa, ο ut videtur. 197. ἀσυχαίᾳ Hermannus pro ἡσυχίᾳ. Verba post ἡσυχίᾳ lecta ἰώ μοι μοι post 198. transposuit et Oedipo tribuit Hermannus. 198. ἅρμοσαι Elmsleius pro ἁρμόσαι.

194. οὕτως] *Sic*, sc. *consistam?* i. e. *hic maneam?* WUNDER.

ἅλις] *Satis progressus es.*

195. ἦ 'σθῶ (i. e. ἐσθῶ) aptum sensui est, sed suspectum propter formam aoristi veteribus non usitatam, frequentem vero apud scholiastas aliosque infimae aetatis scriptores. Non aptum sensui ἦ στῶ, quod διορθωτὴς apposuit. Sophocles si vitioso isto ἐσθῶ uti nollet, κλιθῶ scribere poterat.

βραχὺς] *Brevis*, utpote flexis genibus in sede humili considens.

ὀκλάσας] Phrynich. in Bekkeri Anecd. p. 56. ὀκλάσαι· τὸ τὰ γόνατα κάμψαι ἐγκαθίζοντα.

196. ἄκρου λᾶος] Legebatur ἄκρου λάου, quod agnoscit Herodianus ab scholiasta memoratus et in Arcadii Epitome p. 37, 2. τὸ δὲ λᾶος παρὰ Σοφοκλεῖ ἀπὸ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν μετεποιήθη. unde error transiit in Choerobosci Proleg. ad Theodosii Canones p. 15, 30. ἔστι δὴ λάας λάαος καὶ κράσει τῶν δύο αα εἰς ἓν α μακρὸν γίνεται λᾶος, οἷον (Hom. Il. 12, 462.) "Λᾶος ὑπὸ ῥιπῆς," τουτέστιν ὑπὸ τῆς βολῆς τοῦ λίθου. αὕτη ἡ λᾶος γενικὴ μετάγεται εἰς εὐθεῖαν καὶ γίνεται ὁ λᾶος, ὥσπερ ὁ Τρώς τοῦ Τρωός καὶ ὁ Τρῶος, ὁ δμὼς τοῦ δμωός καὶ ὁ δμῶος (Hesiod. Op. 428.) "Δμῶος ἔχων μακέλην" (adde ib. 468. Εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμῶος, ἐν ἐλύματι πήξας—), ἀντὶ τοῦ δοῦλος. et in Etym. M. p. 552, 45. Mihi quum non credibile videatur Sophoclem nulla urgente metri necessitate, qualis Hesiodum movit ut δμῶος pro δμώς diceret, formam finxisse ab alio nemine usurpatam, et ἄκρου λᾶος facillime in ἄκρου λάου depravari potuerit, non dubitavi λᾶος restituere remoto antiquo scripturae vitio, cui nihil praesidii paratum ab verbis Hygini fab. 153. p. 266. "*Ob eam rem Laos dictus. Laos enim Graece Lapis dicitur.*" aut Servii ad Virgil. Georg. 1, 63. "*Λάοι* (alii libri *λάαι*) *enim Lapides dicuntur.*" etiam si incorrupta sit librorum scriptura, de quo jam Munckerus dubitavit in annotatione ad Hyginum. Neque vitiosa glossa Hesychii inter Λανόν et Λάξ posita, Λανόν· λίθον, quidquam efficitur, quam ex λᾶν depravatam esse intellexit Albertus. Quod autem Herodianum codicis sui vitio deceptum videri dicebam, non desunt alia in aliis scriptoribus corruptarum lectionum exempla, quae grammaticis fraudem fecerint etiam Herodiano antiquioribus. λάοισι pro λάεσσι Zenodotus legerat Hom. Il. 12, 153.

197. τόδ'] I. e. τὸ καθίζειν σε. Monet patrem caecum ne incaute procedat.

ΑΝ. γεραὸν ἐς χέρα σῶμα σὸν
προκλίνας φιλίαν ἐμάν.
ΟΙ. ὤμοι δύσφρονος ἄτας.
ΧΟ. ὦ τλάμων, ὅτε νῦν χαλᾷς,
αὔδασον, τίς ἔφυς βροτῶν;
τίς ὁ πολύπονος ἄγει; τίν' ἂν
σοῦ πατρίδ' ἐκπυθοίμαν;
ΟΙ. ὦ ξένοι,
ἀπόπτολις· ἀλλὰ μὴ,
ΧΟ. τί τόδ' ἀπεννέπεις, γέρον;
ΟΙ. μὴ μὴ μή μ' ἀνέρῃ τίς εἰμι,
μηδ' ἐξετάσῃς πέρα ματεύων.
ΧΟ. τί τόδ'; ΟΙ. αἰνὰ φύσις. ΧΟ. αὔδα.
ΟΙ. τέκνον, ὤμοι, τί γεγώνω;
ΧΟ. τίνος εἶ σπέρματος, ὦ ξένε, φώνει, πατρόθεν;
ΟΙ. ὤμοι ἐγὼ, τί πάθω, τέκνον ἐμόν;

200. γεραὸν scripsi pro γεραιόν. 203. ὅτε νῦν] ὅτέ . . . νῦν pr. accentu super ε a m. ant. posito et erasis tribus literis, ε vero ita diducto ut spatium inter ε et νῦν expleat. 204. τίς ἔφυς] τίσ σ' ἔφυ, annotato non ab S. sed ab alia manu paullo recentiore γρ. τίσ ἔφυσ. 205. τίς ὁ πολύπονος] τίσ ὢν πολύπονοσ, adscripto ab ea quam modo dicebam manu γρ. τίσ ὁ πολύπονοσ. ἄγει] ἄγηι τίν' ἂν Vauvillersius pro τίνα. 206. σοῦ ad versum praecedentem relatum, σου scriptum enclitice. 207. ὦ ξένοι proximo versui additum. 210. Syllabae μηδ' ἐξε– praecedenti versui adjunctae. πέρα] πέρα 211. τόδ'; αἰνὰ Wunderus pro τόδε; δεινά. αὔδα Antigonae tribuit. 215. In duo versus divisus, τίνοσ–| ξεῖνε—. ὦ addidit Heathius. ξένε Triclinius pro ξεῖνε

202. δύσφρονος ἄτας] Caecitatem suam dicit, cui melius conveniret δυσφόρου ἄτας, ut παιδὸς δύσφορον ἄταν dixit Ai. 643.

203. χαλᾷς] Scholiasta, ὅτε νῦν εἴκεις καὶ οὐκ ἀντιτείνεις τὸ ἐξελθεῖν. λέγει δὲ ἐκ τοῦ ἱεροῦ.

204. τίς ἔφυς] τίς σ' ἔφυ apographa pleraque cum prima codicis manu. In paucis interpolatum τίς σ' ἔφυσε.

205. ὁ] ὢν apographa cum prima codicis manu.

ἄγει] Sic Brunckius pro ἄγῃ. Est secunda persona passivi.

216. ὤμοι ἐγὼ, τί πάθω, τέκνον ἐμόν; 218. ἀλλ' ἐρῶ· οὐ γὰρ ἔχω κατακρυφάν. 220. Λαΐου ἴστε τιν' ὄντ'; ὀοοώ. 222. ἄθλιον Οἰδιπόδαν; σὺ γὰρ δὸ' εἶ;] Magnopere errant

ΑΝ.λέγ', ἐπείπερ ἐπ' ἔσχατα βαίνεις.

217. βαίνεις Triclinius pro μένεις.

qui quattuor hos versus ita metiuntur ut ex duobus dactylis et paeone primo cum catalexi monosyllaba sint compositi: quae mensura omnem vim et virtutem hujus metri perdit. Est vero ex trimetro dactylico catalectico in syllabam et paeone quarto compositum: quod et Sophocles quattuor his versibus et qui integrum hoc metro carmen condidit Boethius servata diligenter ante paeonem caesura tam clare indicarunt ut clarius non potuerint. Boethii versus hi sunt:

Qui serere ingenuum | volet agrum,
liberat arva prius | fruticibus,
falce rubos silicem | que resecat,
ut nova fruge gravis | Ceres eat.
Dulcior est apium | mage labor,
si malus ora prius | sapor edat.
Gratius astra nitent, | ubi notus
desinit imbriferos | dare sonos.
Lucifer ut tenebras | pepulerit,
pulcra dies roseos | agit equos.
Tu quoque falsa tuens | bona prius,
incipe colla jugo | retrahere;
vera dehinc animum | subierint.

Quos versus quum ex tribus dactylis unoque iambo compositos habuisset Maximus Planudes neque ad caesurae legem attendisset, numeri venustatem valde minuit interpretatione Graeca p. 25. ed. Weber. Σπειρέμεν εἴ τις ἐς ἀγρὸν ἐθέλει, | ἀγριάδας πρότερόν γ' ἀφελέτω, | πρὸς δὲ βάτον τε θάμνον τε τεμέτω, | λήιον ὡς νέον εὔσταχυ φέρῃ. | λαρότερον μέλι γὰρ μάλα δοκεῖ, | εἰ πικρότης κακυνεῖ στόμα πάρος. | τείρεα τερπνότερον μετὰ νότον | ὀμβρυφόρον κοπάσαντα σελαγεῖ· etc. V. 3. Scribendum πρὸς δὲ βάτον θάμνον τε τεμέτω. Nam verisimile est spondeum pro dactylo, ut versu 8 fecit, admittere quam θάμνον correpta syllaba priore dicere maluisse Planudem. Ab hoc metro non differt nisi duorum dactylorum accessione versus qui a grammaticis hexameter μείουρος (i. e. qui ultimum pedem iambum vel pyrrhichium habet) appellatur nomine inepto. Ejus exempla plura posuit Terentianus Maurus v. 1920–1939: per tredecim versus usus eo est Lucianus in Tragodopodagra 312–324. forma, ut in aliis hujus carminis metris, minus severa. Nam et dactylos saepius in spondeos, paeones in creticos contraxit, neque caesuram ante paeonem ubique servavit, οὔτε Διὸς βρονταῖς Σαλμωνέος ἤρισε βία, | ἀλλ' ἔθανε ψολόεντι δαμεῖσ' ἄθεον φρένα βέλει. | οὐκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ Σάτυρος Μαρσύας etc. Rursus uno dactylo auctum metrum est quo Sophocles utitur infra v. 241. et 248. ἀλλ' ἐμὲ τὰν μελέαν, ἱκετεύομεν, ὦ ξένοι, οἰκτείραθ', ἄ—, | κείμεθα τλάμονες, ἀλλ' ἴτε νεύσατε τὰν ἀδόκητον χάριν. Qui versus in libris editis in quattuor partes male dividuntur.

217. ἔσχατα] *Extrema* dicit nefandam Oedipi originem.

ἀκόντων αἰόντες αὐδὰν, 240
ἀλλ' ἐμὲ τὰν μελέαν, ἱκετεύομεν, ὦ ξένοι, [illegible]ραθ', ἅ
πατρὸς ὑπὲρ τοὐμοῦ μόνου ἄντομαι, 220
ἄντομαι οὐκ ἀλαοῖς προσορωμένα
ὄμμα σὸν ὄμμασιν, ὥς τις ἀφ' αἵματος
ὑμετέρου προφανεῖσα, τὸν ἄθλιον
αἰδοῦς κῦρσαι· ἐν ὑμῖν ὡς θεῷ
κείμεθα τλάμονες· ἀλλ' ἴτε, νεύσατε τὰν ἀδόκητον χάριν,
πρός σ' ὅ τι σοι φίλον ἐκ σέθεν ἄντομαι, 250
ἢ τέκνου, ἢ λέχος, ἢ χρέος, ἢ θεός.
οὐ γὰρ ἴδοις ἂν ἀθρῶν βροτὸν ⏑ ∪ ∪

241.–254. Versus sic divisi, ἀλλ'| ὦ ξένοι| τοῦ μόνου—ἀλα| οῖσ| ὥστισ| ὑμετέρου| αἰδοῦσ| κείμεθα| τὰν| πρὸσ| ἢ τέκνον| οὐ γὰρ| εἰ θεὸσ—δύναιτο. 243. τοὐμοῦ μόνου Hermannus pro τοῦ μόνου. τοὐμοῦ, sine μόνου, Triclinius. οὐκ ἀλαοῖς] οὐκα . . λοῖσ, α . . in litura trium literarum posito et λοῖσ a m. recentissima inserto. 245. ὥσ τισ a m. pr., ὡστῆσ ab secunda. 247. κῦρσαι Hermannus pro κύρσαι ὑμῖν Brunckius pro ὑμῖν γάρ. 251. ἢ τέκνον] ἢ τέκνον λέχος Reiskius pro λόγος. 252. ἂν ἀθρῶν] ἀναθρῶν βροτὸν Triclinius pro βροτῶν. Trium syllabarum defectum, quae vel in fine versus vel medio in versu exciderunt, indicavit Hermannus.

240. ἀκόντων] Idem quod ἀκουσίων. Facinora dicit quae Oedipus invitus et inscius commisit.

αὐδάν] *Famam.* Audiverant enim de fato et factis Oedipi: quo fit ut audito nomine ejus v. 220. summo terrore corripiantur.

243. μόνου] Non sui, sed solius patris caussa senum opem se implorare dicit.

244. προσορωμένα] Forma media.

245. ὥς τις ἀφ' αἵματος ὑμετέρου] Ut misericordiam senum moveat, Antigona tanquam filiam ab patre opem senum et favorem se expetere ait.

247. κῦρσαι pendet ab ἄντομαι.

ἐν ὑμῖν] Sic Oed. T. 314. ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν. γὰρ post ὑμῖν, quod delevit Brunckius, servari potest si ὑμῖν cum Bergkio, etiam numeris melioribus, in ὔμμι mutetur, ut tragici interdum ὔμμε pro ὑμᾶς dixerunt.

248. νεύσατε cum accusativo constructum ut apud Eurip. Alc. 978. Ζεὺς ὅ τι νεύσῃ, τοῦτο τελεῖται.

249. Verbum ἀδόκητον Jacobsius adnotavit ad augendam beneficii gratiam facere.

250. πρὸς ὅ τι breviter dictum pro πρὸς τούτου ὅ τι.

ἐκ σέθεν] οἴκοθεν Elmsleius probabiliter, collato Phil. 469. πρός τ' εἴ τί σοι κατ' οἶκόν ἐστι προσφιλές.

251. λέχος] *Uxor.*

χρέος] Idem quod χρῆμα vel κτῆμα.

252. ἂν ἀθρῶν pro ἀναθρῶν ex aliquot apogr. restitutum. Similiter σκοπῶν ηὕρισκον Oed. T. 68.

A ω. ἐπείπ ὸ τίνειν· ἀπάτα δ' ἀπᾶ- 230
ταις ἐ. ἑτέρα παραβαλλομέ-
πόνον, υι χάριν, ἀντιδίδωσιν ἔ-
qui quat ὃὲ τῶνδ' ἑδράνων πάλιν ἔκτοπος
ὀφ,μους ἐμᾶς χθονὸς ἔκθορε,
μ. ἑρα χρέος 235
ἐμᾷ . όλει προσάψῃς.
AN. ὦ ξένοι
αἰδόφρονες, ἀλλ' ἐπεὶ
γεραὸν πατέρα τόνδ' ἐμὸν
οὐκ ἀνέτλατ' ἔργων

230.–235. Versus sic divisi, ὃν–| ἀπάτα–| ἑτέραισ–| πόνον–| σὺ δ'–| πάλιν–| χθονὸσ—ἐ–| μᾶι πόλει προσάψῃσ. 229. προπάθῃ] προμάθηι, π ab S. 231. ἑτέρα] ἑτέραι 232. παραβαλλομέναι, sed ι eraso. δι
ἀντίδωσιν, δι a m. pr. superscripto. 233. δέ Triclinius pro δ' ἐκ. 234. αὖθις] αὖτισ 237. ὦ ξένοι proximo versui adjungit. 238. Inter γεραὸν et πατέρα superscriptum ἀλαὸν ab S. 239. ἔργων] ἔργον pr.

taeum p. 122, 21. certum videtur. Ceterum in *μοιριδία* codex et apographa consentiunt apud Sophoclem in Antig. 951.

230. ὃν] Scribendum ἂν cum Wundero, si recte legitur τὸ τίνειν, de quo dubitari potest. *Nemini poet fatalis contingit, quum repens it injurias prius acceptas*, ut interpretatur Wunderus.

ἀπάτα—ἔχειν] Recte scholiasta, ἡ δὲ ἀπάτη, φησὶ, παραβαλλομένη ἑτέραις ἀπάταις, τῷ προαπατήσαντι πόνον ἔχειν ἀντιδίδωσι καὶ οὐ χάριν. "Magis perspicue sic dicas: qui deceptus ab alio hunc vicissim decipit, non ei sane quod gratum, sed quod ingratum sit, reddit." HERM. Deceptum autem chorus se dicit, qui promissa sua dederit nondum cognito famoso Oedipi nomine.

233. ἔκτοπος αὖθις ἄφορμος—ἔκθορε] Cumulatis ejusdem significationis vocabulis significat quantopere Oedipi aversetur praesentiam.

234. αὖθις] αὖτις codex, quod correctum ex uno apogr. in quo αὖθις, superscripto τ. Conf. var. lect. infra 1438. et El. 64. Phil. 127. 541.

235. πέρα χρέος] *Ne quod ultra civitati meae negotium facessas*, praeter molestiam quam civibus creavit eo quod lucum inaccessum intravit. Monuit Erfurdtius.

237. αἰδόφρονες] *Clementes* erga miseros.

238. γεραὸν] Scribendum, ut probabilis metri forma restituatur, πατέρα γεραὸν τόνδ' ἐμόν: nisi reconditior aliqua corruptela latet. Γεραιοπάτερα (i. e. γεραοπάτερα) aliquando conjecit Hermannus.

241. ἀλλ'] Repetitum ex v. 237. propter verba interjecta.

ὅστις ἂν, εἰ θεὸς
ἄγοι, φυγεῖν δύναιτο.
ΧΟ. ἀλλ' ἴσθι, τέκνον Οἰδίπου, σέ τ' ἐξ ἴσου
οἰκτείρομεν καὶ τόνδε συμφορᾶς χάριν·
τὰ δ' ἐκ θεῶν τρέμοντες οὐ σθένοιμεν ἂν
φωνεῖν πέρα τῶν πρὸς σὲ νῦν εἰρημένων.
ΟΙ. τί δῆτα δόξης, ἢ τί κληδόνος καλῆς
μάτην ῥεούσης ὠφέλημα γίγνεται,
εἰ τὰς γ' Ἀθήνας φασὶ θεοσεβεστάτας
εἶναι, μόνας δὲ τὸν κακούμενον ξένον
σώζειν οἵας τε καὶ μόνας ἀρκεῖν ἔχειν;
κἄμοιγε ποῦ ταῦτ' ἐστὶν, οἵτινες βάθρων
ἐκ τῶνδέ μ' ἐξάραντες εἶτ' ἐλαύνετε,
ὄνομα μόνον δείσαντες; οὐ γὰρ δὴ τό γε
σῶμ' οὐδὲ τἄργα τἄμ'· ἐπεὶ τά γ' ἔργα μου

253. ὅστις] Alterum σ habet ab S. 255. τόνδε] ὁ ex â factum. 260. γ' scholiorum editor Romanus pro τ'. 262. σώζειν] σώιζειν 263. κἄμοιγε ποῦ] κἀμοιγέ που 266. τἄμ'] τἀμά

φυγεῖν scripsi pro ἐκφυγεῖν.

253. φυγεῖν] Codex ἐκφυγεῖν. Non est verisimile Sophoclem ἄγοι 'κφυγεῖν, extrita post οι vocali, scripsisse, quum φυγεῖν scribere posset, quod restitui, ut in Electr. 696. ὅταν δέ τις θεῶν | βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν. et in fragm. ap. Stob. Flor. 108, 53. οὐδ' ἂν εἷς φύγοι | βροτῶν ποθ', ᾧ καὶ Ζεὺς ἐφορμήσῃ κακά. Sic φυγὴν per ἔκφευξιν interpretatus est scholiasta v. 280.

257. τῶν — εἰρημένων] Horum summam comprehenderat verbis ἔξω πόρσω βαίνετε χώρας v. 226.

258. ἢ τί κληδόνος] Negligenter ἢ καλῆς μοι κληδόνος Suidas s. v. δόξα.

259. μάτην ῥεούσης] Famam dicit quae frustra divulgetur si ipse expellatur.

260. εἰ τάς γ' (τάσδ' Hartungius) Ἀθήνας] Laudes Athenarum similibus verbis quum alii celebrant tum Euripides Heracl. 329. ἀεί ποθ' ἥδε γαῖα τοῖς ἀμηχάνοις | σὺν τῷ δικαίῳ βούλεται προσωφελεῖν· | τοιγὰρ πόνους δὴ μυρίους ὑπὲρ φίλων | ἤνεγκε, καὶ νῦν τόνδ' ἀγῶν' ὁρῷ πέλας. Callimachi versum comparavit scholiasta, οὕνεκεν οἰκτείρειν οἶδε μόνη πολίων. Idem ἐλέου βωμὸν Athenis positum memorat.

261. κακούμενον] In καλούμενον corruptum in aliquot apogr.

263. οἵτινες] I. e. παρ' ὑμῶν, οἵτινες—.

264. ἐξάραντες] I. e. removistis, ut manere possem. Monuit Wunderus.

265. ὄνομα μόνον] V. v. 222.

πεπονθότ' ἐστὶ μᾶλλον ἢ δεδρακότα,
εἴ σοι τὰ μητρὸς καὶ πατρὸς χρείη λέγειν,
ὧν οὕνεκ' ἐκφοβεῖ με. τοῦτ' ἐγὼ καλῶς
ἔξοιδα. καίτοι πῶς ἐγὼ κακὸς φύσιν,
ὅστις παθὼν μὲν ἀντέδρων, ὥστ' εἰ φρονῶν
ἔπρασσον, οὐδ' ἂν ὧδ' ἐγιγνόμην κακός;
νῦν δ' οὐδὲν εἰδὼς ἱκόμην ἵν' ἱκόμην,
ὑφ' ὧν δ' ἔπασχον, εἰδότων ἀπωλλύμην.
ἀνθ' ὧν ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς, ξένοι,
ὥσπερ με κἀνεστήσαθ' ὧδε σώσατε,
καὶ μὴ θεοὺς τιμῶντες εἶτα τοὺς θεοὺς
Ejusdem generis non pauca in hoc codice etiam in sex reliquis reperiuntur tragoediis, passim ab me notata in annotationibus, quae quum nemini in mentem sit venturum ex antiquioribus codicibus esse petita, sequitur ne illas quidem quas supra dicebam rectas levium vitiorum emendationes antiquioribus codicibus probabiliter tribui posse, sed omnes grammaticorum conjecturis esse tribuendas, donec certioribus indiciis probetur contrarium, ut in Praefatione vol. I. p. xiv. dicebam. Nam si quidquid in recentibus codicibus et Aeschyli et Sophoclis rectius quam in vetusto libro Laurentiano, communi omnium quae adhuc innotuerunt apographorum fonte, scriptum reperitur ex aliis nescio quibus vetustis membranis derivatum habeatur, paullatim eo perveniemus ut postremis medii aevi seculis tot prope utriusque poetae codices antiqui exstitisse videantur quot librarii Byzantini fuerunt qui utriusque poetae tragoedias per apographa propagarent, inter quae vix ulla sunt quae non uno alteroque loco aliquid rectius quam in libro Laurentiano scriptum, etsi minutis in rebus, sibi proprium habeant, quemadmodum Athenaei codicis Marciani, cujus exemplo in hoc genere inprimis memorabili utebar in Praefatione vol. i. p. xiii, vitia plurima in apographis quarti quintique decimi seculi sunt emendata.

His igitur rationibus motus ego Sophoclis tragoedias in nova hac editione ita produxi ut scripturam antiquitus traditam, cujus fontem nunc unicum habemus librum Laurentianum, lectoribus clare ante oculos ponerem, remota futilissimarum rerum farragine, quam ex apographis Byzantinis priores editores non pauci collegerant, quemadmodum Aeschyli tragoedias ingenti Byzantinarum sordium mole oneratas exhibuerunt, ex quibus ut tandem aliquando nobilissimi poetae reliquiae emergant operam dabo. Satis enim taedii exhau-

riendum nobis est in libri Laurentiani per quattuordecim Aeschyli et Sophoclis tragoedias scribarum peccatis pervestigandis. Quorum ea quae intra vulgares librariorum errandi modos continentur nemini paullo exercitatiori quidquam negotii facessunt: sed non exiguus est reconditiorum corruptelarum numerus, quae a priorum temporum editoribus plerumque ne animadversae quidem novissimis demum temporibus, ex quo ars critica in omni scriptorum genere majores fecit progressus, perspici coeperunt. Hujusmodi autem vitia etsi partim sint ejusmodi ut proximis demum ante codicem Laurentianum seculis orta esse videri possint, alia tamen plurima sunt quae jam in codicibus Alexandrinis et Pergamenis reperta fuisse ex scholiastarum annotationibus colligi potest: quod nemini mirum videbitur qui quam antiquae in quorumvis scriptorum operibus corruptelae codicum fuerint ex Galeni querelis de vitiis et interpolationibus codicum Hippocratis et aliunde cognitum habeat. Quarum corruptelarum plurimae casui codicumque antiquiorum male habitorum conditioni, aliae interpolatorum studiis debentur corrupta vel defecta utcunque in ordinem redigentium, ut in locis nonnullis Trachiniarum et Philoctetae, ubi metrorum vel vitia vel perversitas impediverunt quominus scripturis interpolatis interpretandi artes adhiberentur qualibus ineptiae illae sunt a multis defensae quae in primis Antigonae versibus non solum in codice Laurentiano leguntur, sed etiam in Didymi aliorumque grammaticorum Alexandrinorum exemplaribus lectae fuerunt,

ἆρ' οἶσθ' ὅ τι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν
ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;
οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄτης ἄτερ
οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ' ὁποῖον οὐ
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν,

inutili post ὅ τι illato ὁποῖον, ubi non hoc adjectivo, sed verbo ἐλλεῖπον multo magis opus erat, et ἄτης ἄτερ posito ubi contrarium potius dici debebat et adjectivo exprimi, ne interrupta adjectivorum a poeta consulto cumulatorum serie oratio debilitaretur: de quibus vitiis dixi in annotatione post infinitas aliorum disputationes, quae ad integri prope libelli magnitudinem accreverunt, licet jam Brunckius [b] et Porsonus scripturae οὔτ' ἄτης ἄτερ absurditatem perspectam

b. Brunckii annotatio haec est "οὔτ' ἀτήριον] Libri omnes scripti et impressi οὔτ' ἄτης ἄτερ, quod absurdum est et plane contrarium ejus,

habuerint, quibus inter recentiores assensus est I. G. Donaldsonus, egregius Antigonae interpres Anglicus, procul habito inani illo, cui multi indulserunt, commento de Antigona propter animi perturbationem confuse loquente, quod Augustus Nauckius in praeclara de his versibus disputatione ita explosit ut paucos in posterum opinionis illius defensores exstituros esse putem, qui verissimae Nauckii de prologis tragicorum observationi, quam in annotatione memoravi (p. 10. col. 1.) similis perversitatis exemplum opponere poterunt, quod veteris correctoris culpa prologo Aeschyli Agamemnonis est illatum, ubi excubitor signa ignifera, Trojam captam indicantia, in tectis aedium regiarum exspectans sic loquitur in codice Mediceo, duabus sententiis, quarum prior ab *εὖτ' ἂν δέ*, altera ab

quod sententia postulat. [De quo jam Musgravius monuerat.] Manifesta est lectionis depravatio, librarii socordiae tribuenda. De hoc loco egi ad Aeschyli Prom. 1021. ubi conjecturam protuli, vulgata lectione, qua nihil deterius esse possit, sane meliorem, *οὔτ' ἀήσυλον*. Postmodo vero sagaciori investigatione genuinam lectionem deprehendere mihi visus sum, *οὔτ' ἀτήριον*. Legitimae formae sunt *ἀτηρός*, *ἀτήριος*: ut *ἀλιτηρός*, *ἀλιτήριος*: *ἐπώνυμος*, *ἐπωνύμιος* apud Pindarum: *ἔντοπος*, *ἐντόπιος*: et alia multa. Frequenter occurrit *ἀτηρός*: rarior est altera forma, cujus exemplum in promptu non habeo. Citatur quidem ex Aeschylo in Eumen. 1010. Sed metri anapaestici lex ostendit pro *ἀτήριον* ibi reponendum esse *ἀτηρόν*. Satis est vocem esse probi commatis, et analogiae regulis haud repugnare." *Ἀτήριον* quum vitiosam adjectivi formam esse intellexisset Porsonus, *ἄτης ἔχον* conjecit, cui *ἀτηῤ* (i. e. *ἀτηρόν*) glossema superscriptum fuerit, conjectura vel propterea parum probabili quia Didymi aetate non *ἀτηῤ*, sed plene ATHPON scribi solebat. Post Porsonum Donaldsonus "I cannot permit myself to doubt that *ἄτης ἄτερ* is corrupt. Some acquiesce in Coray's emendation of *ἄγης* for *ἄτης*; but it appears to me that the proper opposition is between the *ἄλγος* and the *ἄτη*. The former is the inward pain of the individual, the latter is the principle of mischief which makes his misfortunes objective. There is the same antithesis between the *αἰσχρὸν* and the *ἄτιμον* in the next line: the former implies the sense of shame which results from disgraceful conduct (*αἰσχύνη*), the latter is the outward degradation, the humiliation in the eyes of the world, the loss of civil franchise and social privilege, which is another and concomitant effect of the same cause (*ἀτιμία*)." Ipse *ἄτην ἄγον* conjicit, quod vel propterea improbandum foret quia Sophoclem vix fugere potuit uno potius hic opus esse vocabulo eoque adjectivo. Ego quod conjeci *ἀτήσιμον* cum adjectivo *ὠφελήσιμος* activa significatione dicto comparavi et *ἀρνήσιμος*, quod pariter ex uno cognitum loco Sophoclis: cui addere poteram *ἀκούσιμος* ab Sophocle, ut videtur, fictum pro *ἀκουστός*, haud dubie propter metri necessitatem, ut *ἀτήσιμον*, si recte conjeci, pro *ἀτηρόν*: de quo vide Fragm. 823.

ὅταν δέ incipit, absurdum in modum confusis, omissa prioris apodosi,

εὖτ' ἂν δὲ νυκτίπλαγκτον ἔνδροσόν τ' ἔχω
εὐνὴν ὀνείροις οὐκ ἐπισκοπουμένην
ἐμήν· φόβος γὰρ ἀνθ' ὕπνου παραστατεῖ,
τὸ μὴ βεβαίως βλέφαρα συμβαλεῖν ὕπνῳ·
ὅταν δ' ἀείδειν ἢ μινύρεσθαι δοκῶ,
ὕπνου τόδ' ἀντίμολπον ἐντέμνων ἄκος,
κλάω τότ' οἶκον τοῦδε συμφορὰν στένων.

ubi non interpolatoris supplementum ἐμήν (v. 3.), idque in initio versus positum, sed verbum requiritur apodosin continens: quale jam scholiasta desideravit, quum ἀλύω suppleret, quod proxime abest ab vera scriptura λύζω, quam ego restitui collato Aristotele Probl. 33, 13. qui observavit, quasi Aeschyli versum explicare voluerit, οἱ φοβούμενοι καὶ οἱ ῥιγοῦντες λύζουσιν.

Argumentum Antigonae, quod per singulas fabulae partes in Summario exposuimus p. 5.–8. paucis verbis comprehendit Apollodorus 3, 7, 1, ubi post narrationem de Eteoclis et Polynicis dissidiis ortoque ex iis Thebanorum et Argivorum bello [c] pergit, Κρέων δὲ τὴν Θηβαίων βασιλείαν παραλαβὼν τοὺς τῶν Ἀργείων νεκροὺς [d] ἔρριψεν ἀτάφους, καὶ κηρύξας μηδένα θάπτειν φύλακας κατέστησεν. Ἀντιγόνη δὲ, μία τῶν Οἰδίποδος θυγατέρων, κρύφα τὸ Πολυνείκους σῶμα κλέψασα ἔθαψε καὶ φωραθεῖσα ὑπὸ Κρέοντος αὐτὴ τῷ τάφῳ ζῶσα ἐνεκρύφθη. Antiqui poetae epici quomodo partem fabulae Oedipodeae, quam in Antigona tractandam sibi sumsit Sophocles, conformaverint nescimus. Non improbabilis Boeckhii conjectura est (in Annot. ad hanc fabulam p. 146.) Sophoclem, quem aliarum fabularum multarum argumenta ex cyclo epico sumsisse constat [e],

[c] Historiam hujus belli, collectis poetarum aliorumque scriptorum testimoniis, quae multis in rebus inter se discrepant, enarravit G. Grote in *History of Greece*, vol. 1. p. 366–385.

[d] Sophocles, convenienter tragoediae suae argumento, Creontis edictum ad solum rettulit corpus Polynicis, nulla aliorum qui in pugna occidissent Argivorum ratione habita, de quibus Apollodorus loquitur, antiquioris auctoris narrationem secutus, ut proxima ejus verba ostendunt, Ἄδραστος δὲ εἰς Ἀθήνας ἀφικόμενος ἐπὶ τὸν τοῦ ἐλέου βωμὸν κατέφυγε, καὶ ἱκετηρίαν θεὶς ἠξίου θάπτειν τοὺς νεκρούς. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μετὰ Θησέως στρατεύσαντες αἱροῦσι Θήβας καὶ τοὺς νεκροὺς τοῖς οἰκείοις διδόασι θάψαι.

[e] Athenaeus 7. p. 277 E. ἔχαιρε δὲ ὁ Σοφοκλῆς τῷ ἐπικῷ κύκλῳ, ὡς καὶ ὅλα δράματα ποιῆσαι κατακολουθῶν τῇ ἐν τούτῳ μυθοποιίᾳ.

in hac quoque tragoedia Thebaidis cyclicae vel veteris Oedipodeae auctorem esse secutum, quem tamen verisimile est non ultra ea processisse quae indidem, ut conjicere licet, sumta rettulit Apollodorus. Nam quae de Antigonae et Haemonis amoribus Sophocles sive ipse sive aliis quos nunc non novimus poetis tragicis[f] praeeuntibus finxit et post Sophoclem rursus alia finxit Euripides in Antigona, non dubitandum videtur quin a poetis scenicis sint inventa, ut implicatius redderent fabulae argumentum aptumque scenae usibus, quum simplex illa Epicorum veterum narratio, qualem Apollodorus tradidit, non sufficeret ad justae tragoediae compositionem. Aeschyli quae ea de re sententia fuerit non perspicitur ex superstite ejus tragoedia Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας inscripta, quae eo fere temporis momento finitur quo Antigona Sophoclea incipit. Nam occisis mutua manu Eteocle et Polynice non, ut apud Sophoclem, Creontis jussu, sed δήμου προβούλων τῆσδε Καδμείας χθονός (v. 1007.) decreto, a praecone publice proclamato, interdicitur ne quis Polynicis, qui patriae hostis exstiterit, exanimati corpus sepulturae honore afficiat, qui soli debeatur Eteocli, qui pro patria mortem subierit. Cui edicto non parituram, sed Polynicis corpus sepulturam se esse respondet Antigona, nec praeconis minis ab ea sententia deterretur, animum addente altero virginum Thebanarum hemichorio, quae Antigonae adfuturas se esse pollicentur: quibus verbis Aeschyli fabula clauditur. Quae non obscurum est cur aliter conformari debuerint ab Sophocle, qui non senatus populive concilio, sed una opus habebat persona, quacum conflictaretur Antigona. Quas partes Sophocles Creonti dedit, qui ut olim post excaecationem Oedipi mortemque Iocastae Thebanorum regnum administraverat, ita in Antigona post mortem Eteoclis et Polynicis imperium iterum suscepisse fingitur (v. 170–174.) affinitatis jure quodam, quum frater esset Iocastae, Eteoclis et Polynicis matris. Is igitur, quum nuncius de mutua caede fratrum allatus esset, officii sui esse putaverat ut publice ediceret, poena capitali proposita, ne quis Polynicis corpus sepelire auderet, quod edictum cum choro procerum Thebanorum communicat v. 192.–210., inhumanum quidem illud, sed ratione non carens, quum regis esse officium videretur cavere ne

[f] De poetis lyricis tantum novimus quantum Salustius in Argumento Antigonae (p. 3. hujus edit.) ex Ione et Mimnermo prodidit: qui ita loquitur ut Antigonae Haemonisque amores ignoti poetis illis fuisse videantur.

admonitione, *πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας | πρῶτον ὑπάρχει· χρὴ δ' ἐς τὰ θεῶν | μηδὲν ἀσεπτεῖν· μεγάλοι δὲ λόγοι | μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων | ἀποτίσαντες | γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.* Cujusmodi praeceptis, quae ex fabulis et veterum et hodiernorum poetarum scenicorum facile plurima derivari possunt, chorus in tragoedia non raro utitur ubi judicium suum interponit de iis quae in scena agi vidit. Ex quo non sequitur, quod tragoediarum veterum interpretes hodierni saepe crediderunt, poetas ipsos fabulas suas eo composuisse consilio ut istiusmodi sententias vivis illustrarent exemplis, quemadmodum fabularum Aesopicarum scriptores narratiunculas suas excogitarunt ut sententiis moralibus ab nemine in dubitationem vocatis, sed in vita quotidiana saepe neglectis, lectorum animos imbuerent: quamobrem fabulis illis non raro *ἐπιμύθια* addita fuerunt, ne qua de consilio quo fabella composita sit dubitatio relinqueretur.

De partibus personarum, quae in hac tragoedia prodeunt, inter tres histriones distribuendis dixi in annotatione p. 2. ubi Creontis personam tertiarum partium actori (*τριταγωνιστῇ*) adscripsi, disertum secutus testimonium Demosthenis, cujus memorabilis est de histrionibus, qui Antigonam egerint, locus in oratione de falsa legatione p. 418. ubi post versus quosdam ex Phoenice Euripidis allatos sic pergit, *ταῦτα μὲν γὰρ τὰ ἰαμβεῖα ἐκ Φοίνικός ἐστιν Εὐριπίδου· τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα οὐδεπώποτε οὔτε Θεόδωρος οὔτε Ἀριστόδημος ὑπεκρίναντο, οἷς οὗτος τὰ τρίτα λέγων διετέλεσεν, ἀλλὰ Μόλων ἠγωνίζετο καὶ εἴ δή τις ἄλλος τῶν παλαιῶν ὑποκριτῶν· Ἀντιγόνην δὲ Σοφοκλέους πολλάκις μὲν Θεόδωρος, πολλάκις δὲ Ἀριστόδημος ὑποκέκριται, ἐν ᾗ πεποιημένα ἰαμβεῖα καλῶς καὶ συμφερόντως ὑμῖν πολλάκις αὐτὸς εἰρηκὼς καὶ ἀκριβῶς ἐξεπιστάμενος παρέλιπεν. ἴστε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι ἐν ἅπασι τοῖς δράμασι τοῖς τραγικοῖς ἐξαίρετόν ἐστιν ὥσπερ γέρας τοῖς τριταγωνισταῖς τὸ τοὺς τυράννους καὶ τοὺς τὰ σκῆπτρα ἔχοντας εἰσιέναι. ταῦτα τοίνυν ἐν τῷ δράματι τούτῳ σκέψασθε ὁ Κρέων Αἰσχίνης οἷα λέγων πεποίηται τῷ ποιητῇ, ἃ οὔτε πρὸς αὐτὸν οὗτος ὑπὲρ τῆς πρεσβείας διελέχθη οὔτε πρὸς τοὺς δικαστὰς εἶπεν. Λέγε.* (Sequuntur Creontis ex Antigona versus 175–190.) Apparet ex his Demosthenem ita loqui ut Creontis in Antigona personam nunquam ab alio histrione quam *τριταγωνιστῇ* actam esse clarissimis verbis testetur: de quo tamen dissentit Donaldsonus in Introductione p. xxi. rationibus usus non contemnendis[s], sed quae non

[s] 'The character which stands second in importance, is undoubtedly

videantur sufficere ad elevandum disertum testimonium Demosthenis, quum praesertim tertiarum partium actores, etsi inferiore quam *πρωταγωνισταὶ* loco habiti, tamen ipsi quoque satis exercitati in arte histrionia esse debuerint, ut regum in tragoediis partes etsi non constanter [h], tamen plerumque agere possent, quod *ἐξαίρετον τριταγωνιστῶν γέρας* appellat Demosthenes [i]. Nec si Sophoclis aetate Creontis persona ab *δευτεραγωνιστῇ* acta fuisset, ut Donaldsonus conjicit, ulla probabilis excogitari ratio potest cur Demosthenis aetate, i. e. centum circiter post Sophoclem annis, tertiarum partium actor substitutus fuerit. Nec quod de exaggeratione quadam rhetorica cogitari posse monet Donaldsonus, qua Aeschines *τριταγωνιστὴς* [k] dictus fuerit, quum revera *δευτεραγωνιστὴς* esset, locum habere potest, quum ejusmodi exaggeratio mendacio quam hyperbolae similior sit nullamque in animos auditorum, quos vera rei ratio non fugeret, vim habere potuerit.

In eadem Praefatione Donaldsonus aliam tractavit quaestionem,

that of Kreon. Now we learn from Demosthenes that Aeschines, who did not aspire to a higher rank than that of tritagonist, had to perform, among other similar parts, that of Kreon in the *Antigone*. But even though we make no allowance for the rhetorical exaggerations of the orator, it does not at all follow from this that the part of Kreon in the *Antigone* was performed by the third actor, at the original representation of the play. Considering the importance of the character, the length of the part, and the special impression which the poet intended to produce by the speeches assigned to the Theban king, I should not hesitate to assign it to the second actor; while the flimsy part of Ismene, the semi-grotesque character of the Sentinel, and the few words allotted to Eurydike and the Exangelus, might very well be intrusted to the tritagonist. This will leave to the main tragic actor,—besides the chief part, Antigone,—the interesting character of Haemon, the solemn speeches of Teiresias, and the description of the catastrophe by the attendant of Kreon."

[h] Hoc recte observat Donaldsonus, p. xxi. "That the practice mentioned by Demosthenes could not have been universal in the time of Sophocles, is obvious; for the best actor must have undertaken the part of *Oedipus Tyrannus*, of *Agamemnon*, etc.: see Lucian. *Necyomant.* 16. *Apol.* 5."

[i] Rationem hujus instituti reddere studuit Juba, memoratus ab scholiasta ad verba Demosthenis (vol. 8. p. 435. ed. meae), *λέγει ὁ τὰς θεατρικὰς ἱστορίας συγγράψας διὰ τοῦτο τοῖς τριταγωνισταῖς τὰς ὑποκρίσεις τῶν δυναστευόντων παρέχεσθαι, ἐπειδὴ ἧττόν ἐστι παθητικὰ καὶ ὑπέρογκα.*

[k] *Τριταγωνιστὴς* Aeschines ab Demosthene non solum verbis supra appositis vocatur, sed etiam p. 314, 12. 315, 10. 403, 25. 449, 21. nominaque personarum quas egerit p. 288, 19. memorantur, *Κρεσφόντην, ἢ Κρέοντα, ἢ Οἰνόμαον.*

quam alii interpretes vix leviter attigerant. Est ea de computatione temporis rerum ad Thebas ab Argivis obsessas gestarum, quae in prologo Antigonae primoque carmine chori ita memorantur ut multa ad fabulae argumentum intelligendum non necessaria omissa esse appareat, quae autem narrantur intra tempus brevius quam ad res illas gerendas opus fuerit coarctentur. In quo ne quid contra rerum veritatem Sophocles finxisse videatur, Donaldsonus demonstrare studuit fabulam ab sexto post Argivorum ad Thebas adventum die exordium capere, rationibus usus tam prudenter excogitatis[1] ut si certus investigandus sit dierum numerus, vix putem probabiliora quam ab Donaldsono factum est afferri posse. Nihilominus nec Sophoclem tanta diligentia rerum gestarum tempus

[1] P. xxiv. "The action is supposed to commence at daybreak, after the night which witnessed the precipitate retreat of the Argive host from the gates of Thebes. Ismene speaks of the night as scarcely past (v. 16.); the chorus on entering greet the rising sun (v. 100.); it was the *first* day-watch (v. 253.) who discovered the attempt to perform funeral honours to the body of Polyneikes. The events on which the action depends, had, therefore, taken place very recently. Taking the play and Apollodorus together, we may infer that Sophocles conceived the following order of events. The first day's battle commenced without the gates, near the Ismenion hill, and after a hard fight, the Thebans were driven back to their walls. On the second day, the Argives attacked the gates, and Kapaneus had almost established himself on the rampart, when Jupiter struck him down with lightning from the top of his scaling ladder. Upon this, the Argives were seized with a panic, and retired from their immediate attack upon the town. The Thebans again sallied forth, and another pitched battle took place with varying success, till at last, at the request of both armies (Apollod. 3, 6, 8. *ὡς δὲ ἀπώλλυντο πολλοί, δόξαν ἑκατέροις τοῖς στρατεύμασιν, Ἐτεοκλῆς καὶ Πολυνείκης περὶ τῆς βασιλείας μονομαχοῦσι καὶ κτείνουσιν ἀλλήλους*), the two brothers agreed to settle the matter by a single combat. There can be little doubt that, according to the Epos which Sophocles followed, this agreement was preceded, as in the third book of the *Iliad*, by a solemn truce between the armies, and that after the undecided, because mutually fatal, duel between the two brothers, the war broke out afresh: for Sophocles speaks (v. 150.) not of single war, but of "the *wars*," which had just terminated. For these proceedings, we may assign a third day at least. The fourth day probably comprised the feasts of the sons of Astacus. And we may suppose that on the fifth day, after a fierce battle, which lasted till nightfall, the effects of the self-sacrifice of Megareus or Menoekeus, the son of Kreon, were felt by the Argives, who fled away in panic terror, preceded by Adrastus, who was saved by the swiftness of his horse Arion, and followed by the avenging spear of Periclymenus. (Apollod. 3, 6, 8.) According to this computation, the drama begins on the sixth day after the arrival of the Argive army, and three days after the death of the two brothers."

computasse, nec, si computasset, quemquam Atheniensium, qui hanc tragoediam in theatro spectarunt, consilium poetae perspecturum fuisse credo, quum Sophocles et Antigonam et chorum ita loquentes introduxerit ut accuratiorem temporis computationem excludere potius quam facilem et apertam[m] spectatoribus reddere voluisse videatur. Quam libertatem ut hodierni poetae scenici saepissime sibi sumunt, ita Graeci quoque et Latini non raro sibi sumserunt: quod non fugit veteres poesis scenicae judices, velut Dionem Chrysostomum vol. 2. p. 269. ubi de iis agit quae interdum improbabiliter fingunt tragici, *καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐδύναντο πάσας διαφεύγειν τὰς ἀλογίας ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ἴσως ἂν εἶχε λόγον μηδὲ τοῦτο παραπέμψαι· νῦν δὲ πολλάκις ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ παραγιγνομένους ποιοῦσι τοὺς κήρυκας πλειόνων ἡμερῶν ὁδόν.*

Reliquum est ut de tempore dicatur quo Antigona ab Sophocle scripta et in scenam producta esse videatur. Fabulam ipsam consideranti non dubium videbitur quin ceteris sex quae supersunt tragoediis antiquior sit, etsi non juvenili aetate scripta. Tanta enim ejus perfectio est, sive linguam, sive metrorum formas[n] carminumque melicorum copiam et compositionem spectamus, ut non videatur scribi ab Sophocle potuisse nisi matura aetate et postquam scriptis aliis fabulis non paucis paullatim ad eum pervenisset artis consummatae gradum, quem nulla certe earum fabularum quae hodie supersunt superavit, ut non immerito *τὸ δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους* ab Salustio dicatur in argumenti expositione. Ad tempus vero Antigonae definiendum non multum confert quod ab alius

[m] Hoc, si poeta operae pretium duxisset, facillime effici potuisset uno alteroque versu addendo, velut in verbis Antigonae v. 26.–30. *τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν | ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ | τάφῳ καλύψαι μηδὲ κωκῦσαί τινα, | ἐᾶν δ' ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν | θησαυρὸν εἰσορμῶσι πρὸς χάριν βορᾶς*, ubi si post versum primum addidisset, *τριταῖον ἤδη φέγγος ἐκβεβλημένον* (ut Ajacem mortuum *λωβητὸν ἐκβαλεῖν ταφῆς ἄτερ* dixit Aj. 1388.), vel simile quid, spectatores reliqua quoque, quae caedem fratrum vel antecesserunt vel secuta sunt, accuratius computare potuissent, eo fere modo cujus exemplum proposuit Donaldsonus.

[n] Ad trimetros quod attinet, notandum nullum in hac fabula senarium reperiri, quales plures sunt in ceteris Sophoclis tragoediis, qui inter duas vel plures personas sit distributus, sed personarum omnium in diverbiis sermones plenis finiri trimetris, ut antiquioris mos ferebat tragoediae: unde in Aeschyli quoque tragoediis nullae reperiuntur *ἀντιλαβαί*, quo nomine istiusmodi hemistichia appellata esse ab Hesychio annotatum est.

Argumenti scriptore traditum est verbis, λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο λβ' [o], qui numerus quum major sit quam ut ex indice fabularum secundum literarum seriem composito ductus esse possit, nihil aliud significare potest quam Antigonam scriptam a poeta esse post fabulas alias triginta et unam, quarum primam, sive quattuor primas una tetralogia comprehensas, archonte Apsephione, qui eponymus olymp. 77, 4. (A. C. 469.) fuit, in certamen commissas fuisse novimus, quo tempore Sophocles annum aetatis vigesimum septimum vel octavum agebat. Aliquanto utilior fama quaedam est de successu quo Antigonam in scenam produxerit Sophocles: in qua si quid veri sit, ipsum fere annum quo Antigona acta fuerit definire licebit. Sophoclem inter praetores belli Samii fuisse Strabonis (14. p. 446.) aliorumque scriptorum [p] testimoniis constat, quod gestum est archontibus Timocle ejusque successore Morychide, quos duos nominat scholiasta Aristophanis Vesp. 283. eponymos olympiadis 84, 4. et 85, 1. Eo honore dignatos poetam esse Athenienses, quod ipsis valde placuisset [q] Antigonae fabula, tradit argumenti Graeci scriptor Aristophanes [r], ut fertur, grammaticus, sed translaticio isto usus φασί. Itaque non liquet utrum idonei testis auctoritatem sit secutus an levem biographi alicujus famam, quod mendacissimum fuit genus hominum, quos satis constat narratiunculas plurimas prope de nihilo finxisse. Hoc tamen utilitatis illa affert narratio, nisi ab homine excogitata sit temporum rationis minus curioso [s], ut Anti-

[o] Similis de Alcestide Euripidis notatio est in fragmento didascalico, quod ex codice Vaticano 909. edidi, τὸ δρᾶμα ἐποιήθη ιζ'.

[p] De his dixi in commentatione de vita et scriptis Sophoclis quae vol. viii. hujus edit. praefixa est.

[q] Simillima de Phrynicho tragico narratio est Aeliani V. H. 3, 8. ἐπεὶ τοῖς πυρριχισταῖς ἐν τινι τραγῳδίᾳ ἐπιτήδεια μέλη καὶ πολεμικὰ ἐξεπόνησεν, οὕτως ἄρα κατεκτήσατο τὸ θέατρον ὥστε παραχρῆμα αὐτὸν εἵλοντο στρατηγεῖν, πιστεύσαντες ὅτι τῶν πολεμικῶν ἔργων ἡγήσεται καλῶς καὶ εἰς δέον, ὅπου μὴ ἀπόδοντα τοῖς ἐνοπλίοις ἀνδράσιν εἰργάσατο τὰ ἐν τῷ δράματι μέλη τε καὶ ποιήματα. De qua fabula dixit Welcker. de dram. satyr. p. 285.

[r] In argumento Aristophanis quae verbis ἐπὶ τῶν Κρέοντος βασιλείων (p. 3, 11. hujus edit.) subjecta sunt, τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι τάφος Πολυνείκους, Ἀντιγόνης ἀναίρεσις, θάνατος Αἵμονος, καὶ μόρος Εὐρυδίκης τῆς Αἵμονος μητρός. φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης, eorum illa certe τὸ δὲ κεφάλαιον—μητρός non sunt Aristophanis, quum eadem contineant quae Aristophanes paullo ante aliis verbis dixerat. Itaque probabile est proxima quoque de Sophoclis praetura alterius esse grammatici.

[s] Comparanda cum his quae de literatorum veterum erroribus chronologicis dixi in commentatione de vita Sophoclis, ex quibus intelligetur

gonam brevi ante expeditionem tempore editam esse conjicere liceat, Timocle magistratum tenente olymp. 84, 4. vel Diphilo archonte 84, 3., quam sententiam post Petitum (Miscell. 3, 18.) Bentleium (in Epistola ad Millium p. 528. ed. Lips.) et Musgravium (in Chronologia scenica) defendit Boeckhius, qui hanc quaestionem bellique Samii historiam accurate tractavit in Annot. p. 125.–145. et 183.–203. Proximo post bellum illud anno, i. e. olympiadis 85 anno secundo, archonte Glaucino, denuo in certamen descendisse Sophoclem victoriamque de tetralogia Euripidis reportasse ex didascalia Alcestidis ex codice Vaticano ab me edita didicimus.

Mirum quid de Antigona non ab Sophocle, sed ab Iophonte scripta narratur in Excerptis codicis Harleiani 5118. ab Cramero editis in Anecd. Oxon. vol. 4. ubi p. 315. (ex codicis p. 38.) haec leguntur, ἕκτον κρίσις ποιημάτων. πολλὰ γὰρ νοθευόμενά ἐστιν, ὡς ἡ Σοφοκλέους Ἀντιγόνη. λέγεται γὰρ εἶναι Ἰοφῶντος (ἀντιφῶντος codex) τοῦ Σοφοκλέους υἱοῦ. ὁμοίως τὰ Κυπριακὰ καὶ ὁ Μαργίτης, Ἀράτου τὰ Θυτικὰ καὶ τὰ περὶ ὀρνέων, Ἡσιόδου Ἀσπίς. quae Lucii Tarrhaei esse ex subscriptione colligitur qua prior excerptorum illorum pars pagina codicis 65. finitur, ταῦτα Λούκιος[t] ὁ Ταρραῖος παρατίθεται. Opinio ipsa, cujus neque auctorem nominavit nec rationem ullam attulit excerpti auctor, non majoris esse momenti videtur quam aliae plures istiusmodi suspiciones de aliorum scriptorum veterum operibus per grammaticorum libros sparsae: ut vix operae pretium fecisse videantur qui sic ea usi sunt ut vel Antigonam post mortem Sophoclis in scenam iterum productam esse ab Iophonte, vel insiticios versus quosdam, de quibus dixi in annotatione ad v. 900.–928. p. 95. 96. ab Iophonte scriptos eoque factum esse crederent ut fabula tota Iophonti tribueretur. Non majoris facienda sunt commenta puerilia duo de Antigona tragoedia, quae mortis caussa exstiterit Sophocli, ab scriptore Vitae[u] exposita, quae verbo perstrin-

non mirandum fore si quis illorum Sophoclem στρατηγὸν electum esse dixisset propter tragoediam tum quum eligeretur ne scriptam quidem.

[t] Λούκιος ὁ Ταρραῖος hic grammaticus etiam in scholiis ad Dionysium Thracem in Bekk. Anecd. p. 652, 28. appellatur. Sed vera nominis forma haud dubie Λούκιλλος fuit, ut legitur in subscriptione scholiorum Apollonii Rhodii p. 532, 15. ed. Merkel. παράκειται τὰ σχόλια ἐκ τῶν Λουκίλλου Ταρραίου καὶ Σοφοκλέους καὶ Θέωνος. Omisso nomine ὁ Ταρραῖος vel Ταρραῖος appellatur in quattuor annotationibus scholiastarum ad 1, 187. 1040. 1083. 1165.

[u] P. 5, 4. ed. Oxon. (schol. vol. 2.) Σάτυρος δέ φησι τὴν Ἀντιγόνην

xisse sufficiat, quum de hoc ineptiarum genere in universum dixerim in commentatione de vita Sophoclis.

Fabulam de Antigona qui post Sophoclem tractaverit nemo tragicorum Graecorum memoratur praeter Euripidem, cujus de Antigona sic scribit Aristophanes Byzantius in Argumento Sophocleae, *κεῖται ἡ μυθοποιία καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν καὶ τέκνον τίκτει τὸν Μαίονα.* Quorum similia leguntur in fine scholiorum ad hanc fabulam, *ὅτι διαφέρει τῆς Εὐριπίδου Ἀντιγόνης αὕτη, ὅτι φωραθεῖσα ἐκείνη διὰ τὸν Αἵμονος ἔρωτα ἐξεδόθη πρὸς γάμον· ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον.* Significari autem his verbis videtur Antigonam in prima parte fabulae, quum Polynicem sepelire vellet, cum Haemone esse deprehensam, in extrema vero parte non ut apud Sophoclem una cum Haemone perisse, sed in matrimonium ei datam esse. Quod intercedente, ut in aliis Euripidis tragoediis non paucis, deo ex machina effici potuit, qui Creontis iram sedaret: quem Dionysum, deum Thebarum tutelarem, fuisse ex versibus ab scholiasta Pindari Pyth. 3, 177. ex hac tragoedia allatis colligi potest, *ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεὸς, | Διόνυσε, θνητοῖς τ' οὐδαμῶς ὑπόστατος.* quod quum olim conjecisset Boeckhius, postmodum (in Annot. ad Antig. p. 176. 177.) Welckero est assensus, qui argumentum fabulae Euripideae longe aliter composuit in libro de Tragicorum Graecorum fabulis vol. 2. p. 563.–572. relictis tamen difficultatibus nonnullis quae sententiae ejus obstant. Nititur autem Welckeri sententia Hygini potissimum narratione, quam ex Euripidis tragoedia sumtam esse opinatur. Nec dubitandum quin Hyginus auctorem secutus sit Sophocle posteriorem, sive is Euripides fuit, ut Welckero videtur, sive alius. Nam tota narratio ita est comparata ut ab auctore composita esse videatur qui simpliciores veterum fabulas novis inventis superare vellet. Sic autem scribit Hyginus Fab. 72. "Creon Menoecei filius edixit ne quis Polynicen aut qui una venerunt sepulturae traderet, quod patriam oppugnatum venerint. Antigona soror et Argia conjux clam noctu Polynicis corpus sublatum in eadem pyra, qua Eteocles sepultus est, imposuerunt. Quae quum a custodibus deprehensae essent, Argia profugit, Antigona ad regem est

ἀναγιγνώσκοντα καὶ ἐμπεσόντα περὶ τὰ τέλη νοήματι μακρῷ καὶ μέσην ἢ ὑποστιγμὴν πρὸς ἀνάπαυσιν μὴ ἔχοντι, ἅγαν ἀποτείναντα τὴν φωνὴν σὺν τῇ φωνῇ καὶ τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι. οἱ δ' ὅτι μετὰ τὴν τοῦ δράματος ἀνάγνωσιν, ὅτε νικῶν ἐκηρύχθη, χαρᾷ νικηθεὶς ἐξέλιπεν.

perducta. Ille eam Haemonis filio, cujus sponsa fuerat, dedit interficiendam. Haemon amore captus patris imperium neglexit et Antigonam ad pastores demandavit, ementitusque est se eam interfecisse. Quae quum filium procreasset et is ad puberem aetatem venisset, Thebas ad ludos venit. Hunc Creon rex, quod ex draconteo genere omnes in corpore insigne habebant, cognovit. Quum Hercules pro Haemone deprecaretur ut ei ignosceret, non impetravit: Haemon se et Antigonam conjugem interfecit: at Creon Megaram filiam suam Herculi dedit in conjugium, ex qua nati sunt Therimachus et Ophites." In Phoenissis Euripidis, quae fabula vivis adhuc Oedipo et Iocasta agitur, Antigona Haemoni per Eteoclem desponsata esse dicitur in oratione Eteoclis ad Creontem v. 764.–767. quod repetit Creon verbis ad Oedipum factis v. 1581. 1582. De Creontis contra Polynicem edicto Antigonaeque non obediendi ei proposito agitur ibidem in colloquio Creontis et Antigonae v. 1619. seqq. ubi Antigona fratris sepulturam connubio cum Haemone ineundo, ut apud Sophoclem, anteponit, eique renuncians in fine fabulae Oedipum patrem oculorum lumine orbatum Athenas comitatur, postquam Iocasta statim post mutuam Eteoclis et Polynicis caedem manum sibi ipsa intulit.

Inter tragicos Latinos solus memoratur L. Attius qui Antigonam scripserit, cujus sex supersunt fragmenta brevissima, quae O. Ribbeckius (p. 313. 314.) cum locis quibusdam fabulae Sophocleae aliqua ex parte similibus comparavit.

III.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ*

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.	ΑΙΜΩΝ.
ΙΣΜΗΝΗ.	ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.
ΧΟΡΟΣ ΘΗΒΑΙΩΝ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.	ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΚΡΕΩΝ.	ΕΥΡΥΔΙΚΗ.
ΦΥΛΑΞ.	ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

* Personarum fabulae inter tres histriones distributio nihil dubitationis habet in hac fabula. Manifestum est enim et pridem ab aliis animadversum Antigonae, Tiresiae et utriusque nuncii (*ἀγγέλου* et *ἐξαγγέλου*) partes esse *πρωταγωνιστοῦ*, Ismenae, custodis, Haemonis et Eurydicae *δευτεραγωνιστοῦ*, Creontis denique personam, ut in aliis tragoediis, *τριταγωνιστῇ* fuisse tributas: de quo dictum in annotatione ad *δράματος πρόσωπα* Oedipi regis.

ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.[a]

Ἀντιγόνη παρὰ τὴν πρόσταξιν τῆς πόλεως θάψασα τὸν Πολυνείκην ἐφωράθη, καὶ εἰς μνημεῖον κατάγειον ἐντεθεῖσα παρὰ τοῦ Κρέοντος ἀνήρηται· ἐφ' ᾗ καὶ Αἵμων δυσπαθήσας διὰ τὸν εἰς αὐτὴν ἔρωτα ξίφει ἑαυτὸν διεχειρίσατο. ἐπὶ δὲ τῷ τούτου θανάτῳ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη ἑαυτὴν ἀνεῖλε.

Κεῖται ἡ μυθοποιία καὶ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀντιγόνῃ· πλὴν ἐκεῖ φωραθεῖσα μετὰ τοῦ Αἵμονος δίδοται πρὸς γάμου κοινωνίαν καὶ τέκνον τίκτει τὸν Αἵμονα[b].

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις ταῖς Βοιωτικαῖς· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἐπιχωρίων γερόντων. προλογίζει ἡ Ἀντιγόνη· ὑπόκειται δὲ τὰ πράγματα ἐπὶ τῶν Κρέοντος βασιλείων. τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι, τάφος Πολυνείκους, Ἀντιγόνης ἀναίρεσις, θάνατος Αἵμονος, καὶ μόρος Εὐρυδίκης τῆς Αἵμονος μητρός. φασὶ δὲ τὸν Σοφοκλέα ἠξιῶσθαι τῆς ἐν Σάμῳ στρατηγίας, εὐδοκιμήσαντα ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῆς Ἀντιγόνης. λέλεκται δὲ τὸ δρᾶμα τοῦτο τριακοστὸν δεύτερον.

ΣΑΛΟΥΣΤΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὸ μὲν δρᾶμα τῶν καλλίστων Σοφοκλέους. στασιάζεται δὲ τὰ περὶ τὴν ἡρωΐδα ἱστορούμενα καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτῆς Ἰσμήνην. ὁ μὲν Ἴων ἐν τοῖς διθυράμβοις καταπρησθῆναί φησιν ἀμφοτέρας ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἥρας ὑπὸ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέους· Μίμνερμος δέ φησι τὴν μὲν Ἰσμήνην[c] *προσομιλοῦσαν Θεοκλυμένῳ ὑπὸ Τυδέως κατὰ Ἀθηνᾶς ἐγκέλευσιν τελευτῆσαι.*

Ταῦτα μὲν οὖν ἐστι τὰ ξένως περὶ τῶν ἡρωΐδων ἱστορούμενα. ἡ μέντοι κοινὴ δόξα σπουδαίας αὐτὰς ὑπείληφε καὶ φιλαδέλφους δαιμο-

[a] Argumenti fabulae expositiones ab veteribus grammaticis scriptas codici Laurentiano debemus, cujus de scripturis diximus in annotationibus ad scholia vol. 2. p. 18.–20.

[b] *Αἵμονα*] Sic codex, adscripto in margine ab alia manu antiqua *μαιδου*$^{\alpha}$, ex quo Μαίμονα factum in apographis. Μαίονα Nauckius in libro de Aristoph. Byzant. p. 257.

[c] *τὴν μὲν Ἰσμήνην*] *μὲν* particula indicio est excidisse quae de Antigona dixerat Mimnermus.

νίως, ᾗ καὶ οἱ τῆς τραγῳδίας ποιηταὶ ἑπόμενοι τὰ περὶ αὐτὰς διατέθειν-ται. τὸ δὲ δρᾶμα τὴν ὀνομασίαν ἔσχεν ἀπὸ τῆς παρεχούσης τὴν ὑπό-θεσιν Ἀντιγόνης. ὑπόκειται δὲ ἄταφον τὸ σῶμα Πολυνείκους καὶ Ἀντι-γόνη θάπτειν αὐτὸ πειρωμένη παρὰ τοῦ Κρέοντος κωλύεται. φωραθεῖσα δὲ αὐτὴ θάπτουσα ἀπόλλυται. Αἵμων τε ὁ Κρέοντος ἐρῶν αὐτῆς καὶ ἀφορήτως ἔχων ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ συμφορᾷ αὑτὸν διαχειρίζεται· ἐφ' ᾧ καὶ ἡ μήτηρ Εὐρυδίκη τελευτᾷ τὸν βίον ἀγχόνῃ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἀποθανόντα Πολυνείκη ἐν τῷ πρὸς τὸν ἀδελφὸν μονομαχίᾳ Κρέων ἄταφον ἐκβαλὼν κηρύττει μηδένα αὐτὸν θάπτειν, θάνατον τὴν ζημίαν ἀπειλήσας. τοῦτον Ἀντιγόνη ἡ ἀδελφὴ θάπτειν πειρᾶται. καὶ δὴ λα-θοῦσα τοὺς φύλακας ἐπιβάλλει χῶμα· οἷς ἐπαπειλεῖ θάνατον ὁ Κρέων, εἰ μὴ τὸν τοῦτο δράσαντα ἐξεύροιεν. οὗτοι τὴν κόνιν τὴν ἐπιβεβλημένην καθαίροντες οὐδὲν ἧττον ἐφρούρουν. ἐπελθοῦσα δὲ ἡ Ἀντιγόνη καὶ γυμνὸν εὑροῦσα τὸν νεκρὸν ἀνοιμώξασα ἑαυτὴν εἰσαγγέλλει. ταύτην ὑπὸ τῶν φυλάκων παραδεδομένην Κρέων καταδικάζει καὶ ζῶσαν εἰς τύμβον καθεῖρξεν. ἐπὶ τούτοις Αἵμων, ὁ Κρέοντος υἱός, ὃς ἐμνᾶτο αὐ-τὴν, ἀγανακτήσας ἑαυτὸν προσεπισφάζει τῇ κόρῃ ἀπολομένῃ ἀγχόνῃ, Τειρεσίου τοῦτο προθεσπίσαντος· ἐφ' ᾧ λυπηθεῖσα Εὐρυδίκη, ἡ Κρέον-τος γαμετὴ, ἑαυτὴν ἀποσφάζει. καὶ τέλος θρηνεῖ Κρέων τὸν τοῦ παιδὸς καὶ τῆς γαμετῆς θάνατον.

SUMMARIUM FABULAE.

1.—99. (*Πρόλογος.*) Postquam Eteocles et Polynices, Oedipi filii, de regno paterno contendentes bellum sibi indixissent et Polynices, foedere cum Adrasto, Argivorum rege, inito Thebas aggressus esset, pugna conserta frater uterque mutua manu occisi ceciderant exercitusque hostilis ab copiis Thebanis in fugam versus erat. Interim Creon, qui jam post mortem Laii imperium per aliquod tempus gesserat, regnum Thebarum iterum susceperat publiceque edixerat ut Eteoclis exanimati corpus legitima honoraretur sepultura, Polynicis vero, patriam hostili impetu aggressi, cadaver insepultum projiceretur, capitis poenam minatus si quis violato hoc edicto Polynicem terra condere auderet. Quo comperto in scenam prodit Antigona, Oedipi filia, et Ismenae sorori, edicti illius adhuc ignarae, consilium suum de Polynice sepeliendo aperit Ismenamque operi sociam se adjuncturam esse sperat, amori fraterno legibusque divinis plus esse tribuendum judicans quam inhumano novi regis arbitrio. De quo etsi quodammodo consentit Ismena, tamen Antigonae suadet ut ab incepto desistat, nihil aliud, si Creonti obnitantur, consecuturas se esse monens quam ut mala domus Oedipodeae novum capiant incrementum et ipsae quoque turpiter pereant: quamobrem prudentius se acturas esse si Creontis imperio quantumvis invitae se submittant nec conentur quod ab imbecillium puellarum natura alienum sit habendum. Quibus rationibus tantum abest ut moveatur Antigona, ut solam se, nec clam, quod Ismena suadet, si incepto desistere nolit, sed palam pietatis erga fratrem defunctum officio satisfacturam esse declaret. Quam animi fortitudinem, quamvis cum temeritate conjunctam, admirata Ismena in aedes regias, unde invitante sorore prodierat, se recipit, Antigona ad locum illum abeunte ubi inhumati corpus Polynicis canibus alitibusque expositum jacet.

100.—161. (*Πάροδος.*) Post haec chorus procerum Thebanorum,

quorum concilium Creon convocari jusserat, orchestram intrat parodumque agit, qua victoria quam de Argivis modo reportaverant Thebani splendidis laudibus celebratur, addito coryphaei systemate anapaestico, quo Creontis adventus nunciatur.

162.—331. (ἐπεισόδιον α'.) Creon in scenam progressus ampliore oratione choro exponit quas leges in civitate probe prudenterque regenda sit secuturus rationemque reddit edicti de Eteocle sepeliendo et de Polynice sepulturae honore carituro, petitque ab choro ut videat ne quis contra edictum illud agat: quod officium chorus declinat, junioribus viris rectius id injunctum iri observans. Quibus vix transactis unus ex servis, quibus cadaveris insepulti custodia demandata erat, plenus timore accurrit et corpus Polynicis, custodum vigilantia miro et inexplicabili modo elusa, ab ignota manu humatum esse refert. Quae narratio Creonti tam incredibilis videtur ut nihil dubitet quin custodes pecunia corrupti officium sibi injunctum turpiter neglexerint, gravissimasque poenas minetur nisi auctorem facinoris deprehensum adducant.

332.—375. (στάσιμον χοροῦ α'.) Scena ab Creonte et custode relicta chorus mira illa narratione attonitus sententiam primis hujus carminis verbis expressam πολλὰ τὰ δεινὰ κοὐδὲν ἀνθρώπου δεινότερον πέλει ampliore sollertiae hominum descriptione persequitur, in qua quum etiam vitae socialis instituta tetigisset, legum quibus civitates reguntur observantiam extremis cantici versibus commendat. Quibus systema adjungitur anapaesticum coryphaei (v. 376.–383.), qui Antigonam ab custodibus adduci videns statim quid rei sit intelligit.

384.—581. (ἐπεισόδιον β'.) Inter satellites Antigonam adducentes idem ille custos est qui facinus ab ignoto auctore commissum supra narraverat. Is Creonti ex aedibus regiis in scenam redeunti Antigonam tradit, quae ab Creonte interrogata tantum abest ut Polynicem ab se sepultum esse neget, ut Creontis edictum bene sibi notum deliberato consilio ab se violatum esse glorietur, Ismenamque, cujus adventum coryphaeus nunciat systemate anapaestico (v. 526.–530.), culpae participem haberi cupientem repellat. Creon vero nec mordacibus Antigonae nec lenioribus Ismenae dictis et ne Haemonis quidem filii, cui Antigona desponsata est, mentione quidquam movetur, sed verbis iracundis non solum Antigonam, sed etiam Ismenam, quamvis insontem, custodibus abducendas custodiendasque tradit, ne poenae imminenti fuga se subducere conentur.

582.—630. (*στάσιμον χοροῦ β'* et anapaesti coryphaei v. 626.-630.) Crescentes ab utraque parte animi motus et Creontis iracundia quum nova domo Oedipodeae mala portendere videantur, chorus veterum quae Labdacidarum gens perpessa sit infortuniorum memoriam repetit et quam perniciosa hominibus, vel cupiditate vel spe seductis, obstinata adversus deos legesque divinas temeritas evadere soleat exponit, non sine tecta Creontis reprehensione.

631.—780. (*ἐπεισόδιον γ'.*) Post haec prodit Haemon, Antigonae sponsus, qui ipse quoque verbis ab initio lenioribus, mox acerbioritus patrem ab injusta sententia dimovere conatur, verum non meliore quam Antigona et Ismena idem antea tentaverant successu. Perstat enim in sententia sua Creon nihilque mutat, nisi quod ab choro monitus non utramque Oedipi filiam, ut supra dixerat, sed unam Antigonam, quae edictum ejus sola violavit, morti devovet crudelissimae. Nam carceri subterraneo eam includi jubet, ut fame paullatim consumta mortem subeat.

781.—805. (*στάσιμον χοροῦ γ'.*) Quum Haemon in acriore cum patre disceptatione amori sponsae plus quam reverentiae patri legibusque debitae tribuere visus esset, chorus insuperabilem in omne genus humanum vim amoris eximiis versibus describit.

806.—943. *ἐπεισόδιον δ'*, ab *κομματικοῖς* incipiens, quae Antigona choro respondente canit. In his Antigona dirae se submittens necessitati civibus terraeque patriae valedicit, choro quantum fieri potest eam consolante, etsi quam ipsa legibus violatis contraxerat culpam non tacente. Post quae Creon satellites suos jubet ut quam celerrime abducant Antigonam, quae nullis amplius ad Creontem verbis factis, sed sperans fore ut parentes fraterque, cui vitam suam sacrificavit, amice eam sint apud inferos excepturi et deos hominesque injuriae sibi factae testes invocans abducitur.

944.—987. (*στάσιμον χοροῦ δ'.*) Post haec chorus veteres de heroibus quibusdam et heroinis fabulas memorat, qui sorti Antigonae aliqua ex parte simili succubuerint.

988.—1114. (*ἐπεισόδιον ε'.*) Quo cantico finito Tiresias vates oculorum quidem lumine carens, sed summa apud Thebanos auctoritate valens, adducitur, qui Creonti infaustum sacrificiorum ab se factorum exitum nunciat, ex quo clarissime intellexerit quantam Creon violatis inhumano edicto suo legibus divinis iram deorum sibi totique urbi contraxerit. Quae verba quum eo tendant ut et Polynicis ossa secus atque Creon decreverat sepelienda sint et poena quam

Antigona subitura est revocetur, Creon ira exacerbatus et eo usque progressus ut vatem quae dixerit pecunia corruptum dixisse criminetur, verbis ignominiae plenis in eum invehitur, ad quae vates verbis sua persona dignis respondet nullaque mora interposita, comitante qui eum adduxerat famulo, abit. Quae ultima vatis oratio Creontis, gravibus etiam chori verbis admoniti, animum frangit, ita ut choro suadente Antigonam quam fieri possit celerrime ex carcere, cui viva inclusa erat, reduci jubeat.

1114.—1154. Ex his chorus laetam spem concipiens carmine ὀρχηστικῷ hilaritatis pleno Bacchi, Thebanorum dei tutelaris, laudes celebrat et ut imminentem urbi calamitatem propitia mente avertat precatur.

1155.—1353. (ἔξοδος.) Verum laeta haec spes statim irrita fit novis et inexspectatis malis ingruentibus. Nuncius enim advenit, qui Eurydicae, Creontis uxori, nunciat Creontem, postquam Polynicis ossa condita fuerint, ad antrum accessisse Antigonae, quo aperto Antigonam, quae vitam suspendio finiverit, mortuam, Haemonem vero, qui quum vivere cum ea sibi denegatum esset, sponte cum ea mortem subire voluerit, vivum quidem adhuc inventum esse, sed quum pater, in quem stricto ense irruerit, ictum ejus effugerit, sibi ipsi manum intulisse. His auditis Eurydice, ne verbo quidem prolato, in domum se recipit. Tum Creon, allato interim Haemonis mortui corpore, infelicem mentis suae errorem deplorat, acerbissimis agitatus doloribus, qui statim nova augentur calamitate, nunciata Eurydicae quam sibi ipsa intulit morte violenta. Hujus quoque corpore in scena per ἐκκύκλημα exposito Creon omnium horum malorum auctorem se esse confessus abduci se jubet, chorus vero extremis fabulae versibus hoc quoque exemplo intelligi docet hominum salutem totam ab mentis pendere sobrietate et prudentia legumque divinarum reverentia, quas ab nemine impune violari.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

ΑΝΤΙΓΟΝΗ.

Ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα,
ἆρ' οἶσθ' ὅ τι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν
ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ;

LECTIONES CODICIS LAURENTIANI XXXII, 9.

2. ὅ τι] ὅ, τι cum diastole ab alia manu antiqua.

1. *ὦ κοινὸν αὐτάδελφον Ἰσμήνης κάρα*] Frequens in tragoedia usus adjectivi *κοινός*, multis modis variatus, ad consanguinitatem significandam, de quo docta est annotatio scholiastae. Huic loco similis est Aeschyli Eum. v. 99. *σὺ δ' αὐτάδελφον αἷμα καὶ κοινοῦ πατρός.* Apud eundem Sept. 1031. Antigona Polynicem sepultura, *δεινὸν* (inquit) *τὸ κοινὸν σπλάγχνον οὗ πεφύκαμεν·* | *τοιγὰρ θέλουσ' ἄκουτι κοινώνει κακῶν,* | *ψυχὴ, θανόντι ζῶσα συγγόνῳ φρενί.* Non minus frequenter *κάρα*, ut *δέμας*, cum genitivo nominis proprii vel cum adjectivo conjunctum periphrasi inservit, ut in hac ipsa fabula 899. *ὦ κασίγνητον κάρα.* Oed. C. 321. *ἀδελφὸν Ἰσμήνης κάρα.*

2. *ἆρ' οἶσθ' ὅ τι*] Literas OTI recentiores interpretes nonnulli pro *ὅτι* particula acceperunt, quae apta huic loco foret, si *ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς αὖ νέον κακὸν τελεῖ* vel simile quid diceret Antigona, (ut Aristophanes Av. 1245. in sententia similiter conformata dixit *ἆρ' οἶσθ' ὅτι Ζεὺς εἴ με λυπήσει πέρα, μέλαθρα καταιθαλώσω*), non apta vero est verbis quae nunc leguntur omne malorum non praesentium tantum, sed etiam praeteritorum genus comprehendentibus, quibus domum Oedipodeam laborare pridem novit et sensit Ismena. Quamobrem hoc potius ex ea quaerendum erat, num ullum nosset malorum quod Oedipi progenies nondum sit experta. Recte igitur ὅ, τι in codice scriptum cum diastole, de quo diserte monuit scholiasta, *τὸ ὅ τι ἀντὶ τοῦ ὅ* (i. e. ὅ). *ὁ δὲ νοῦς· ἆρά γε ἐστι* (fort. *ἐστί τι*) *τῶν ἀπ' Οἰδίποδος κακῶν ὁποῖον οὐχὶ ὁ Ζεὺς ἔτι ζώσαις ἡμῖν τελεῖ; ὡς εἰ ἔλεγεν ἆρα ἔχει τι ὁ Ζεὺς τούτων τῶν κακῶν μεῖζον ποιῆσαι εἰς ἡμᾶς; εἶπε δὲ διττῶς, πρῶτον μὲν ὅ τι, ἔπειτα δὲ ὁποῖον, ἀρκοῦντος θατέρου.*

τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν] Haec mala pluribus verbis describit Antigona v. 49 seqq.

3. *ὁποῖον οὐχὶ*] Hoc si scripsit Sophocles, non aliter interpretari licet quam ut post ὅ τι propter interposita verba quattuor *τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν* majore cum vi *ὁποῖον* intulisse credatur. Quae ratio etsi paullo tolerabilior foret quam quae aliis placuit hanc instituentibus verborum structuram, *ἆρ' οἶσθ' ὅ τι*

οὐδὲν γὰρ οὕτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄτης ἄτερ

τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν (sc. *ἔστιν*), *ὁποῖον οὐχὶ νῷν ἔτι ζώσαιν τελεῖ*, tamen ipsa quoque ex eo est interpretationis genere, quod verbis corruptis non raro adhiberi solet, ut sana esse videantur. Inter quae hoc quoque est quod Antigona et hoc loco et v. 4., ubi quod *ἀτηρὸν* vel *ἄτης πλέων* est *ἄτης ἄτερ* esse dictum videbatur, animo vehementius perturbato confuse loqui creditur. Verum etsi homines gravioribus affectibus agitati apud Graecos pariter atque alias gentes orationem interdum liberius conformant vel alia atque coeperant verborum structura finiunt, tamen hoc in longioribus potissimum periodis fit nec modis tam ineptis quam qui utrique huic Antigonae versui adhibiti sunt, nullis allatis quae similia haberi possint exemplis. Porro ne aptus quidem istiusmodi animi motus initio tragoediae est, ut observavit Nauckius, verissime monens tragoedias Graecas omnes ab oratione saepe quidem gravi, sed tamen sedata nec perplexis verborum structuris impedita incipere, animi motibus paullatim tantum crescentibus, ne personae primum in scenam prodeuntes affectus exprimant quorum rationem spectatores in initio fabulae nondum possunt satis perspicere ac sentire. Itaque certum videtur haberi posse Sophoclem non scripsisse *ὁποῖον*, sed aliud quid, velut, *ἄρ' οἷσθ' ὅ τι Ζεὺς τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν | ἐλλεῖπον οὐχὶ— τελεῖ*, quod idem est ac si oratione recta usus dixisset, *οὐδὲν τῶν ἀπ' Οἰδίπου κακῶν ἐλλείπει, ὃ οὐχὶ Ζεὺς τελεῖ*, ut v. 585. *ἅπας οὐδὲν ἐλλείπειν* dixit. Nam priora mala (quae Sophocles tractavit in Oedipo Rege et Oedipo Coloneo) consummantur postremis iisque gravissimis, quae huic tragoediae argumentum praebuerunt, malis. *ὁποῖον* qui posuit ex verbis proximis sumsisse videtur, ubi rectissime dictum est *οὐδὲν— ὁποῖον οὐ | τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν*.

3. *νῷν ἔτι ζώσαιν*] Recte hoc addit, quia Antigona et Ismena solae ex Oedipi progenie superstites sunt et solae totam ferunt malorum vim, quorum partem tantum pertulerunt qui ante ipsas mortui sunt parentes fratresque. *νῷν ζώσαιν* male pro dativis habuit scholiasta, qui in interpretatione sua *ζώσαις ἡμῖν* posuit, quasi extrema haec mala Antigonae et Ismenae, insontium puellarum, caussa perfecerit Juppiter, qui quae fato praescripta sunt rata facit nullo singularum personarum aut odio aut amore ductus. Recte igitur recentiores quidam interpretes pro genitivis acceperunt, ut est in Trach. 305. *ὦ Ζεῦ τροπαῖε, μήποτ' εἰσίδοιμί σε | πρὸς τοὐμὸν οὕτω σπέρμα χωρήσαντά ποι, | μηδ', εἴ τι δράσεις, τῆσδέ γε ζώσης ἔτι*.

4. *οὔτ' ἀλγεινὸν οὔτ' ἄτης ἄτερ | οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμον*] Similiter nuncius in Oed. T. 1283. infortunia domus Oedipodeae describens, *νῦν δὲ τῇδε θἠμέρᾳ | στεναγμὸς, ἄτη, θάνατος, αἰσχύνη, κακῶν | ὅσ' ἐστὶ πάντων ὀνόματ', οὐδέν ἐστ' ἀπόν*. ubi similis notionis substantiva eadem cum vi sunt cumulata qua in verbis Antigonae adjectiva, quorum series inscite interrumpitur verbis *οὔτ' ἄτης ἄτερ*, quam non poetae culpam esse videri statim pluribus dicetur.

οὔτ' ἄτης ἄτερ] Hoc est *οὔτ' ἄνατον*, quum sensus contrarium postulet *οὔτ' ἀτηρόν*: unde Coraës *οὔτ' ἄγης ἄτερ* conjecit, quod idem significaret atque *οὔτ' ἄζηλον*, sed multo debilius est quam quod huic loco conveniat. Scripturam vulgatam interpretari conatus est Didymus, de quo haec rettulit scholiasta. *Δίδυμός φησιν ὅτι ἐν τούτοις τὸ ἄτης*

οὔτ' αἰσχρὸν οὔτ' ἄτιμόν ἐσθ', ὁποῖον οὐ
τῶν σῶν τε κἀμῶν οὐκ ὄπωπ' ἐγὼ κακῶν.
καὶ νῦν τί τοῦτ' αὖ φασι παυδήμῳ πόλει
κήρυγμα θεῖναι τὸν στρατηγὸν ἀρτίως;
ἔχεις τι κεἰσήκουσας; ἤ σε λανθάνει

5. οὐ] οὐχί, eraso χί. Nam librarius aberraverat ad ὁποῖον οὐχί v. 3.

ἄτερ ἐναντίως συντέτακται τοῖς συμφραζομένοις. λέγει γὰρ οὕτως· οὐδὲν γάρ ἐστιν οὔτε ἀλγεινὸν, οὔτε ἀτηρὸν, οὔτε αἰσχρὸν, ὃ οὐκ ἔχομεν ἡμεῖς. ἄτης ἄτερ δέ ἐστι τὸ ἀγαθόν. περισσὸν δέ ἐστι καὶ (καὶ delet Brunckius) τὸ ἕτερον (versu 5. vel 6.) ὥστε ὥσπερ ἀπόφασιν εἶναι. σύνηθες δὲ τοῦτο τραγικοῖς. Non est verisimile istud οὔτ' ἄτης ἄτερ artibus quibuscunque excusandum placuisse Sophocli, qui sentire debuit, quum οὔτ' οὐκ ἄτης ἄτερ dici non posset, adjectivo aliquo opus esse ab ἄτη derivato, quale si fortasse finxit, οὔτ' ἀτήσιμον, non mirandum est primas ejus literas pro genitivo ἄτης esse acceptas, qui ut haberet quocum construi posset, ἄτερ est interpolatum, nisi hoc ex glossemate ἀτηρόν remansit, quae Porsoni conjectura fuit satis probabilis. ἀτήσιμος autem comparandum cum ὠφελήσιμος, quod ex duobus locis (Sophoclis Aj. 1022. et Aristoph. Av. 316.) cognitum est, ut alia in hoc genere rariora sunt, velut ἀρνήσιμος, ab nemine, quantum scimus, dictum praeter Sophoclem uno in loco Philoctetae v. 74. Ceterum vulgata scriptura jam Brunckio suspecta fuit, qui οὔτ' ἀτήριον scripsit, quod pro ἀτηρόν non magis dici potuit quam θανατήριον et καματήριον pro θανατηρόν et καματηρόν, de quibus dixi ad Aristoph. Lys. 542.

5. αἰσχρὸν] Hoc, ut αἰσχύνη in loco supra apposito Oed. T. 1284., ad incestum potissimum referendum Oedipi cum matre connubium, ex quo Antigona et Ismena una cum fratribus ortae sunt.

6. οὐκ] Post ὁποῖον οὐ propter verba plura interposita repetitum. Notavit scholiasta verbis ad v. 4. appositis similibusque exemplis confirmarunt interpretes, Aeschyli Ag. 1634. ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον, δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως. Soph. Trach. 1041. καὶ νῦν ἐπὶ τῷδε νοσοῦντι οὐ πῦρ, οὐκ ἔγχος τις ὀνήσιμον οὐκ ἀποτρέψει; Thucyd. I, 122 extr. καὶ οὐκ ἴσμεν ὅπως τάδε τριῶν τῶν μεγίστων ξυμφορῶν οὐκ ἀπήλλακται. Genitivi τῶν—κακῶν pendent ab ὁποῖον.

7. τί τοῦτο] Interrogatio non nescientis, sed mirantis: quae frequens etiam recentioribus in linguis loquendi forma est, non perspecta ab scholiasta, qui annotavit, ἐγκλιτικῶς προενεκτέον τὸ τί· οὐ γάρ ἐστιν ἐν ἐρωτήσει ὁ λόγος, ἀλλ' ἐν ἀποφάσει ἀορίστως. Quod si voluisset Sophocles, addere debuisset quid Creon jusserit, ἄταφον ἐᾶν Πολυνείκη. Recte vero scholiasta παυδήμῳ πόλει explicat πάσῃ τῇ πόλει. Eodem modo πάνδαμος ἀμὰ πόλις est v. 1141. et πάνδημος στρατός Aj. 844.

8. στρατηγὸν] Regem dicit Creontem, ut στρατὸς non solum de exercitu, sed etiam de populo universo dicitur.

9. ἔχεις] *Cognitum habes, nosti*, ut Trach. 318. οὐδ' ὄνομα πρός του τῶν συνεμπόρων ἔχεις; Eur. Or.

ΑΝ. οὐ γὰρ τάφου νῷν τὼ κασιγνήτω Κρέων
τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει;
Ἐτεοκλέα μέν, ὡς λόγος, κατὰ χθονὸς
ἔκρυψε τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς,
τὸν δ' ἀθλίως θανόντα Πολυνείκους νέκυν

21. κασιγνήτω] κασιγνήτωι, ι eraso. 23. ὡς λόγος, κατὰ χθονὸς scripsi pro ὡς λέγουσι σὺν δίκῃ | χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονὸς

καλχαίνων τέκνοις. Sophocles cum accusativo construxit, cum infinitivo Lycophro 1457. λέκτρων στερηθεὶς, ὧν ἐκάλχαινεν τυχεῖν.

21. Genitivus τάφου propter remotius ἀτιμάσας positus, quod cum genitivo constructum Oed. C. 49. et alibi. νῷν, qui genitivus potius esse videtur quam dativus, metri caussa ante τὼ κασιγνήτω positum.

22. τὸν μὲν—τὸν δὲ non solum post genitivos, sed etiam post accusativos, ut ὁ μὲν—ὁ δὲ post nominativos, ponitur, frequenti in prosa et posi usu, ut infra v. 561. τὸ παῖδέ φημι—, τὴν μὲν— τὴν δέ—.

23. Ἐτεοκλέα hic et v. 194. aliisque in locis tragicorum, ubi sic positum est in senario, non ab anapaesto, sed ab tribracho incipere putandum est. Est autem hic versus manifesto si quis alius interpolatus, illata ineptissima locutione σὺν δίκῃ χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ, qualia vix credas ab homine scribi potuisse cui lingua Graeca patria fuit. Ab Sophocle nec σὺν δίκῃ δικαίᾳ dici potuit nec χρησθεὶς, quod propter metri necessitatem posuit interpolator, pro χρησάμενος dici, quod credidit scholiasta, qui explicat δικαίᾳ κρίσει χρησάμενος. Qua aoristi forma ne Polybium quidem usum esse verisimile est 2, 32, 7. ἐβούλοντο συγχρησθῆναι ταῖς τῶν συμμαχούντων αὐτοῖς Κελτῶν δυνάμεσι. Neque enim intelligitur cur hoc uno loco συγχρησθῆναι dicere maluerit quam vel συγχρῆσθαι vel συγχρήσασθαι, recta aoristi forma, qua alibi utitur. Restitui quod Sophoclem scripsisse ex vestigiis quae interpolator reliquit colligi potest, Ἐτεοκλέα μέν, ὡς λόγος, κατὰ χθονὸς | ἔκρυψε —. cui ὡς νόμος praeferendum foret, quod Kayserus proposuit, si quae fuissent Antigonae in Eteocle sepeliendo partes, quod credidit interpolator cui versus hujus fabulae 900. et seqq. debemus, de quibus suo loco dicetur. Nam Antigona ipsa si interfuisset sepulturae Eteoclis, non potuisset dicere ὡς λόγος. Partem veri viderunt Wunderus, qui servatis verbis Ἐτεοκλέα μέν, ὡς λέγουσι, σὺν δίκῃ, proxima verba delevit χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονός, et Schneidewinus, qui conjecit Ἐτεοκλέα μέν, ἡ δίκη, κατὰ χθονὸς | ἔκρυψε —. Quod si voluisset Sophocles, scripsisset saltem ὡς δίκη, vel ἐνδίκως, ne ΗΔΙΚΗ (ἡ Δίκη) primo adspectu subjectum esse videretur verbi ἔκρυψε.

25. ἔντιμον νεκροῖς] Veteres, si quis aut inhumatus jaceret, aut non rite post mortem coleretur, contemptui inter mortuos habitum credebant. Hinc Electra apud Aeschylum Choeph. 484. παρ' εὐδείπνοις ἑστῇ ἄτιμος. Clytaemnestra quoque Eumen. 97. ὄνειδος ἐν φθιτοῖσιν οὐκ ἀπόλλυται. MUSGR.

26. θανόντα νέκυν dictum ut νέκυες κατατεθνηῶτες apud Homerum, θανόντων σώματα νεκρῶν apud Eurip. Tr. 91. et quae sunt alia

ἀστοῖσί φασιν ἐκκεκηρῦχθαι τὸ μὴ
τάφῳ καλύψαι μηδὲ κωκῦσαί τινα,
ἐὰν δ' ἄκλαυτον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν
θησαυρὸν εἰσορμῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.
τοιαῦτά φασι τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα σοὶ
κἀμοί, λέγω γὰρ κἀμέ, κηρύξαντ' ἔχειν,
καὶ δεῦρο νεῖσθαι ταῦτα τοῖσι μὴ εἰδόσιν
σαφῆ προκηρύξοντα, καὶ τὸ πρᾶγμ' ἄγειν
οὐχ ὡς παρ' οὐδέν, ἀλλ' ὃς ἂν τούτων τι δρᾷ,
φόνον προκεῖσθαι δημόλευστον ἐν πόλει.

27. *φασιν*] *φησιν* pr. *ἐκκεκηρῦχθαι*] *ἐκκεκηρύχθαι* 28. *κωκῦσαι*] *κωκύσαι* pr. 29. *ἄκλαυτον, ἄταφον*] *ἄταφον ἄκλαυτον* 30. *εἰσορμῶσι* vir doctus apud Burtonum pro *εἰσορῶσι*. 31. *Κρέοντα σοὶ* Schaeferus pro *Κρέοντά σοι*. 33. *τοῖσι* Heathius pro *τοῖς*. 34. *προκηρύξοντα*] *προκηρύξαντα*, literis *ξα* in litura positis pro *το* vel *ττο*. Nam duplex *τ* interdum uno ducto exprimitur.

hujusmodi. *ὁ κατθανὼν νέκυς* est v. 515.

29. Recta collocatio verborum *ἄκλαυστον ἄταφον* in apographis est, male tamen *ἄκλαυτον* in *ἄκλαυστον* mutato. Quod in codice est *ἄταφον ἄκλαυτον* non solum numeros praebet deteriores, sed etiam collocationem verborum minus aptam, ut Schneidew. ostendit collatis locis Homericis Il. 22, 386. *κεῖται πὰρ νήεσσι νέκυς ἄκλαυτος ἄθαπτος*, et Od. 11, 72. *μή μ' ἄκλαυτον ἄθαπτον — καταλείπειν*, et Eurip. Hec. 30. ubi versus ab iisdem vocabulis incipit *ἄκλαυτος ἄταφος*.

30. *εἰσορμῶσι πρὸς χάριν βορᾶς*] Codex *εἰσορῶσι*. Utrumque dici potuit, sed verba *πρὸς χάριν βορᾶς* indicio sunt Sophoclem *εἰσορμῶσι* scripsisse, aptissime dictum de avibus voracibus in cadavera irruentibus: ut non sit credibile Sophoclem *εἰσορῶσι* scripsisse, quum *εἰσορμῶσι* posset. *χάριν βορᾶς* dicit voluptatem quam ex carnibus cadaverum devorandis aves percipiunt.

31. *ἀγαθὸν*] Ironice dictum.

32. *λέγω γὰρ κἀμέ*] Hoc significat: parum me norat Creon, qui me quoque facere juberet quae cum pietate in fratrem pugnant. ERFURDT. Ismenam primo loco pariter nominat Antigona v. 6. *τῶν σῶν τε κἀμῶν—κακῶν*. et v. 37. 38. de Ismena sola dictum est quod de utraque sorore dici poterat.

33. *νεῖσθαι*] I. e. *πορεύεσθαι*, ut explicat scholiasta.

34. *προκηρύξοντα*] Primae manus scriptura ad *προκηρύσσοντα* ducit, quod ipsum quoque probari potest, si *νεῖσθαι* futuri significatione dictum accipiatur.

35. *ἄγειν—παρ' οὐδέν*] Sic infra 462. *παρ' οὐδὲν ἄλγος*. El. 1327. *παρ' οὐδὲν τοῦ βίου κήδεσθ' ἔτι*. Oed. T. 983. *ταῦθ' ὅτῳ παρ' οὐδέν ἐστι*. Eur. Or. 569. *παρ' οὐδὲν αὐταῖς ἦν ἂν ὀλλύναι πόσεις*. ERF.

τούτων] Quae dixerat v. 28. *τάφῳ καλύψαι ἢ κωκῦσαί τινα*.

36. *φόνον—δημόλευστον*] Eadem poena his verbis denunciatur apud Aeschylum Sept. 199. *λευστῆρα δήμου δ' οὔτι μὴ φύγῃ μόρον*. ad

οὕτως ἔχει σοι ταῦτα, καὶ δείξεις τάχα
εἴτ' εὐγενὴς πέφυκας εἴτ' ἐσθλῶν κακή.
ΙΣ. τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ
λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα προσθείμην πλέον;
ΑΝ. εἰ ξυμπονήσεις καὶ ξυνεργάσει σκόπει.
ΙΣ. ποῖόν τι κινδύνευμα; ποῦ γνώμης ποτ' εἶ;
ΑΝ. εἰ τὸν νεκρὸν ξὺν τῇδε κουφιεῖς χερί.
ΙΣ. ἦ γὰρ νοεῖς θάπτειν σφ', ἀπόρρητον πόλει;
ΑΝ. τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ τὸν σὸν, ἢν σὺ μὴ θέλῃς,

40. ἢ 'φάπτουσα] ἢ θάπτουσα cum γρ. καὶ ἢ 'φάπτουσα. 41. ξυνεργάσει] ξυνεργάσῃ 42. ποῦ] ποῖ 44. ἦ] εἰ, ἢ ab alia m. ant.

quem locum vide quae notavit Stanleius. ERF. λιθόλευστος Ἄρης est Aj. 254. λευσθῆναι πέτροις Oed. C. 435.

38. ἐσθλῶν κακή] I. e. ἐξ ἐσθλῶν κακή. MUSGR.

40. λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα] Recte Boeckhius monuit λύουσα ἢ ἐφάπτουσα locutionem proverbialem esse, in qua λύειν fere significet *interponendo sese difficultates alicujus rei solvere*, ἐφάπτειν autem *conficere aliquid*, sive *rei alicujus agendae socium esse*, apte comparata locutione proverbiali κάθαμμα λύειν, coll. Eur. Hippol. 666. Zenob. 4, 46. Hesychio, Suida, et adscripto Aj. 1317. εἰ μὴ ξυνάψων, ἀλλὰ συλλύσων πάρει. Similiter opposita sibi sunt συνάπτειν et λύειν apud Plutarch. Alcib. c. 14. Adde hujus fab. 1111 sq. Deinde idem vere statuit conjungenda verba esse τί πλέον προσθείμην, valereque πλέον τι τίθεσθαι *aliquid utilitatis sibi parare*, similiter atque πλέον ποιῶ, πλέον ἐργάζομαι et alia dicantur, de quibus vide Valck. ad Eur. Hipp. 284. et in Diatr. Eur. c. 14. p. 150. Adde hujus fab. v. 268. Postremo de verbis ἐν τούτοις recte scholiasta, εἰ ταῦτα Κρέων ἐκέλευσεν. WUND. Scripturam vitiosam ἢ θάπτουσα in libro suo habuit scholiasta, etsi recta quoque ἢ 'φάπτουσα cognita ei fuit.

42. ποῦ γνώμης ποτ' εἶ] ποῦ scripsi ex apogr. Paris. 2712. pro ποῖ, quod si retineatur, εἶ pro futuro verbi ἰέναι habendum erit, ut ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ dictum est Oed. C. 167. et ὅποι γνώμης φέρει El. 922.

43. ξὺν τῇδε—χερί] I. e. *mecum*. κουφιεῖς] κουφίζειν νεκρὸν eodem sensu dictum quo scriptores prosaici ἀναιρεῖσθαι νεκρὸν usurpant. Monuit Wund. τὸν νεκρὸν χεροῖν συγκομίζειν est Aj. 1047.

44. ἀπόρρητον] I. e. ἀπόρρητον ὄν, *quum interdictum sit*. Male pro masculino accepit scholiasta, τὸν ἀπηγορευμένον καὶ κεκωλυμένον interpretatus.

45. Scholiasta, τὸν γοῦν ἐμὸν καὶ τὸν σόν: εἰ μὴ σὺ θέλεις θάπτειν, ἐγὼ τοῦτο ποιήσω μόνη. ἢ οὕτως· κἂν μὴ προσποιῇ αὐτὸν εἶναι σὸν ἀδελφόν, ἀλλ' ἀλλοτριοῖς σαυτὴν τῆς συγγενείας, ἐγὼ θάψω τὸν ἐμὸν καὶ σὸν ἀδελφόν. Δίδυμος δέ φησιν ὑπὸ τῶν ὑπομνηματιστῶν τὸν ἑξῆς στίχον νενοθεῦσθαι. Recte judicarunt veteres critici Sophoclem uno

ἀδελφόν· οὐ γὰρ δὴ προδοῦσ' ἁλώσομαι.
ΙΣ. ὦ σχετλία, Κρέοντος ἀντειρηκότος ;
ΑΝ. ἀλλ' οὐδὲν αὐτῷ τῶν ἐμῶν μ' εἴργειν μέτα.
ΙΣ. οἴμοι· φρόνησον, ὦ κασιγνήτη, πατὴρ
ὡς νῷν ἀπεχθὴς δυσκλεής τ' ἀπώλετο,
πρὸς αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων διπλᾶς
ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερί·
ἔπειτα μήτηρ καὶ γυνὴ, διπλοῦν ἔπος,
πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον·

47. ὦ] ὠ, sed accentus gravis a m. recentiore. 48. μ' addidit Brunckius. 50. δυσκλεήστ', σ et τ uno ductu, non omisso τ', quod ait Elmsleius. 53. ἔπος] πάθος superscr. ab S.

tantum versu usum esse — quod etiam stichomythiae ratio confirmat—ex quo vetus interpolator duos fecerit, (ut ex uno v. 23. duos factos supra vidimus) etsi non animadverterunt versu altero delendo non tolli hujus loci difficultatem. Nam quid hoc est, *meumne certe et tuum, si tu nolis?* quasi Ismenae potissimum officium sit Polynicem sepelire, cui Antigona satisfacere velit, si Ismena nolit: cujusmodi quid si dicere voluisset, non debebat omitti *μόνη*, quod addidit scholiasta, *ἐγὼ τοῦτο ποιήσω μόνη*. Non magis altera interpretatio locum habet, verbis *ἢν σὺ μὴ θέλῃς* positis ubi *κἂν σὺ μὴ θέλῃς* dicendum fuisset, quod substituit scholiasta interpretatione sua, *κἂν μὴ προσποιῇ αὐτὸν εἶναι σὸν ἀδελφόν*. Sophoclis igitur verba haec potius fuisse videntur, *τὸν γοῦν ἀδελφὸν οὐ προδοῦσ' ἁλώσομαι*. quibus verbis quum Antigona indicet se Polynicem esse sepulturam, recte respondet Ismena, *ὦ σχετλία, Κρέοντος ἀντειρηκότος* ; ubi scholiasta, *αἱ ἀντιλογίαι δῆλαί εἰσιν· ἡ μὲν γὰρ τῷ πράγματι, ἡ δὲ τῇ οἰκειότητι ἀκολουθεῖ*. Locutione *προδοῦσ' ἁλίσκεται* utitur etiam Aj. v. 1267.

48. μ' quod Brunckius addidit utrum legerit an ipse suppleverit scholiasta non liquet ex annotatione ejus, *οὐ μέτεστιν αὐτῷ εἴργειν με ἀπὸ τῶν ἐμῶν. ἢ οὕτως· οὐ μέτεστιν αὐτῷ τὰ ἡμέτερα βουλεύματα εἴργειν*. Vera prior interpretatio, *τῶν ἐμῶν* genere sive masculino sive neutro dicto, etsi de uno intelligendum est Polynicis mortui corpore. Similiter El. 536. *ἀλλ' οὐ μετῆν αὐτοῖσι τήν γ' ἐμὴν κτανεῖν*. et Oed. Col. 830. *οὐχ ἅψομαι τοῦδ' ἀνδρὸς, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς*.

49. Scholiasta, *τὰς συμφορὰς σκόπησον τοῦ πατρὸς γένους, καὶ πῶς ὁ πατὴρ ἀκλεὴς ἀπώλετο· οὐ μόνον δὲ ἀκλεὴς, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθὴς, διὰ τὸν γενόμενον λοιμόν*.

51. *αὐτοφώρων ἀμπλακημάτων*] Nam Oedipus propter flagitia, quae ipse dixerat, oculos sibi effoderat. Quod argumentum in Oedipo Rege tractavit Sophocles.

53. *διπλοῦν ἔπος*] I. e. *δισσὸν ὄνομα ἔχουσα, μήτηρ τε καὶ γυνή*. Quod *διορθωτὴς* superscripsit *πάθος* textui illatum est in apogr. Par. 2712., superscripto quod codex in textu habet *ἔπος*.

54. *πλεκταῖσιν ἀρτάναισιν*] Vide Oed. T. 1264.

τρίτον δ' ἀδελφὼ δύο μίαν καθ' ἡμέραν
αὐτοκτονοῦντε τὼ ταλαιπώρω μόρον
κοινὸν κατειργάσαντ' ἐπαλλήλοιν χεροῖν.
νῦν δ' αὖ μόνα δὴ νὼ λελειμμένα σκόπει
ὅσῳ κάκιστ' ὀλούμεθ', εἰ νόμου βίᾳ
ψῆφον τυράννων ἢ κράτη παρέξιμεν.
ἀλλ' ἐννοεῖν χρὴ τοῦτο μὲν γυναῖχ' ὅτι
ἔφυμεν, ὡς πρὸς ἄνδρας οὐ μαχουμένα·
ἔπειτα δ' οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων
καὶ ταῦτ' ἀκούειν κἄτι τῶνδ' ἀλγίονα.
ἐγὼ μὲν οὖν αἰτοῦσα τοὺς ὑπὸ χθονὸς
ξύγγνοιαν ἴσχειν, ὡς βιάζομαι τάδε,
τοῖς ἐν τέλει βεβῶσι πείσομαι. τὸ γὰρ

55. δύο] *o* in *ω* mutavit m. antiqua. 56. αὐτοκτονοῦντε (debebat αὐτοκτονοῦντε) Coraës ad Heliodor. vol. 2. p. 7. pro αὐτοκτενοῦντε τὼι ταλαιπώρωι, sed *ι* utroque eraso. μόρον] μορῶι, sed correctum a m. pr. 57. ἐπαλλήλοιν Hermannus pro ἐπ' ἀλλήλοιν 58. δ' a m. rec. additum. νὼ] νῶ λελειμμένα] ἐλελειμμένα, sed *ε* eraso. 60. παρέξιμεν] *ι* ex *ει* factum. 63. κρεισσόνων] κρειττόνων, sed superscripto *σσ* ab alia m. ant. 64. ἀλγίονα] ἀλγείονα pr.

56. αὐτοκτονοῦντε] Confert Neuius Aesch. Sept. 681. θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος. 734. ἐπειδὰν αὐτοκτόνως αὐτοδαΐκτοι θάνωσι. 805. ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων.

57. ἐπαλλήλοιν] I. e. ἀλληλοφόνοιν. Sic Aeschylus Sept. 931. de Eteocle et Polynice, οἱ δ' ὧδ' ἐτελεύτασαν ὑπ' ἀλλαλοφόνοις χερσὶν ὁμοσπόροισιν. Χερσὶν ὑπ' ἀλλήλων καταβήμεναι Ἄϊδος εἴσω dixit scriptor oraculi apud schol. ad Oed. Col. 1375.

60. ψῆφος decretum legitimum, κράτη arbitrarium significare interpretes quidam crediderunt. Quae tamen non intelligitur cur hic ubi de tyranno agitur distinxerit poeta. Quamobrem non improbabilis Axtii conjectura est (in annot. ad Vestritium Spurinnam p. 102.) ἢ in καὶ mutantis, ut ἀρχῆς καὶ κράτους τυραννικοῦ est in Oed. Col. 373.

61. τοῦτο μὲν] Respondet ἔπειτα δέ v. 63.

64. Infinitivus ἀκούειν pendet ab verbis οὕνεκ' ἀρχόμεσθ' ἐκ κρεισσόνων, quibus verbi βιάζεσθαι notio inest, ut paullo post βιάζομαι τάδε, *cogor haec*, dicit Ismena. Itaque non opus est ut καὶ in ὡς mutetur. ταῦτ' ἀκούειν autem significat *hujusmodi imperiis obtemperare*, ut explicat Wunderus. Sic ἀπιστεῖν τάδε v. 219.

65. τοὺς ὑπὸ χθονὸς] Scholiasta, ἢ τὸν Πολυνείκη, ἢ τοὺς χθονίους δαίμονας. De solo intelligendum Polynice, qui frequens est numeri pluralis de una persona usus. Sic τοὺς φίλους v. 10.

περισσὰ πράσσειν οὐκ ἔχει νοῦν οὐδένα.
AN. οὔτ' ἂν κελεύσαιμ' οὔτ' ἂν, εἰ θέλοις ἔτι
πράσσειν, ἐμοῦ γ' ἂν ἡδέως δρῴης μέτα.
ἀλλ' ἴσθ' ὁποία σοι δοκεῖ, κεῖνον δ' ἐγὼ
θάψω. καλόν μοι τοῦτο ποιούσῃ θανεῖν.
φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι, φίλου μέτα,
ὅσια πανουργήσασ'· ἐπεὶ πλείων χρόνος
ὃν δεῖ μ' ἀρέσκειν τοῖς κάτω τῶν ἐνθάδε.
ἐκεῖ γὰρ ἀεὶ κείσομαι· σὺ δ', εἰ δοκεῖ,
τὰ τῶν θεῶν ἔντιμ' ἀτιμάσασ' ἔχε.
ΙΣ. ἐγὼ μὲν οὐκ ἄτιμα ποιοῦμαι, τὸ δὲ
βίᾳ πολιτῶν δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος.
AN. σὺ μὲν τάδ' ἂν προῦχοι'· ἐγὼ δὲ δὴ τάφον

68.—70. οὐκ ἔχει—πράσσειν primo omissa supplevit m. pr. 70. Post γ' duae literae erasae. 71. ὁποία Triclinius pro ὁποῖα 74. πλείων] πλεῖο. ν, ο ex ει facto. 76. ἀεὶ] αἰεὶ σὺ Elmsleius pro σοὶ 77. θεῶν] τ post ε erasum. 78. Ante οὐκ erasum οὖν 80. προῦχοι'] προῦχοιο

70. ἡδέως] Minus accurate Brunckius, *lubens te utar adjutrice.* Recte alii, *lubens mecum facies.* Nam hoc dicit, nec jubebo te ut hoc facias nec, si nihilominus facere velles, credo te lubenter id esse facturam, quae longe aliter quam ego sentis. Quod Brunckius voluit ἡδέως pro ἡδέως ἐμοί accepto, si voluisset Sophocles, orationem aliter erat conformaturus. Nam ut nunc haec verba scripta sunt non poterant ab lectoribus Graecis aliter intelligi quam ut ἡδέως ad Ismenam referretur.

71. ὁποία libri Tricliniani. Codex et apographa cetera ὁποῖα. Utramque lectionem interpretatur scholiasta. ὁποῖα qui scripserunt ἴσθι pro imperativo verbi εἰδέναι habuerunt. Est vero imperativus verbi εἶναι. ὁποῖα si scripsisset Sophocles, alio potius verbo uti debebat, velut γιγνώσκειν, quod interpretatione sua posuit scholiasta, aut φρονεῖν.

74. πανουργήσασ'] Hoc verbo utitur quia audacter contra declaratam Creontis voluntatem agit.

75. τῶν ἐνθάδε] I. e. ἢ τοῖς ἐνθάδε.

76. ἀεὶ ex uno apogr. pro αἰεί. Dubitatur utrum σοὶ an σὺ scripserit Sophocles. Recte Elmsleius σὺ, commate post δ' addito. Nam hoc pronomine multo magis opus erat quam illo σοὶ, quod librarii propter δοκεῖ posuerunt.

77. τὰ τῶν θεῶν ἐντιμ'] Scholiasta, τὰ παρὰ θεοῖς τίμια ἀτίμαζε. τετίμηται γὰρ παρὰ θεοῖς καὶ ὅσιον νενόμισται τὸ θάπτειν νεκρούς· οἷς μᾶλλον δεῖ πείθεσθαι ἢ τοῖς τοῦ Κρέοντος κηρύγμασι.

78. ποιοῦμαι] *Habeo, aestimo,* ut in phrasi ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιοῦμαι. MUSGR.

80. προῦχοι'] Hesychius, προῦ-

χώσουσ' ἀδελφῷ φιλτάτῳ πορεύσομαι.
ΙΣ. οἴμοι, ταλαίνης ὡς ὑπερδέδοικά σου.
ΑΝ. μή μου προτάρβει· τὸν σὸν ἐξόρθου πότμον.
ΙΣ. ἀλλ' οὖν προμηνύσῃς γε τοῦτο μηδενὶ
τοὔργον, κρυφῇ δὲ κεῦθε, σὺν δ' αὔτως ἐγώ. 85
ΑΝ. οἴμοι, καταύδα· πολλὸν ἐχθίων ἔσει
σιγῶσ', ἐὰν μὴ πᾶσι κηρύξῃς τάδε.
ΙΣ. θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις.
ΑΝ. ἀλλ' οἷδ' ἀρέσκουσ' οἷς μάλισθ' ἁδεῖν με χρή.
ΙΣ. εἰ καὶ δυνήσει γ'· ἀλλ' ἀμηχάνων ἐρᾷς 90

83. πότμον] γρ. βίον ab S. 85. σὺν] ν ab S additum. 86. ἐχθίων] ἐλ. εἴων pr. ἔσει] ἔσῃ 89. μάλισθ'] μάλιστ' 90. δυνήσει] δυνήσῃ 91. μὴ addidit S.

χοιο : προφασίζοιο. et πρόχοιο cum eadem interpretatione. Similiter scholiasta explicat, Callimacheum vocabulum προχάνας, i. e. τὰς προφάσεις, comparans, ἄγραδέ τοι πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα. Nam sic scripturam codicis ἀγραδετω correxit Buttmannus. Ad locum Callimachi spectat, ni fallor, Hesychius, Ὠλένα δέ : ὡς ἄγρα δέ. Scribendum Ὠλέναδε : ὡς ἄγραδε.

82. Comma post ταλαίνης vulgo positum H. Stephanus recte post οἴμοι posuit. Sententia similiter conformata El. 920. φεῦ, τῆς ἀνοίας ὥς σ' ἐποικτείρω πάλαι. Ceterum encliticum σου ut in σοῦ mutetur non magis opus quam ut versu proximo μὴ 'μοῦ scribatur pro μή μου.

86. Notandum πολλόν, quo epici saepissime utuntur, tragici perraro usi sunt. πολλόν genere masculino est Trach. 1196.

87. σιγῶσα non inutiliter additum. Nam hoc dicit, *nisi omnibus nunciaveris, multo magis inimica eris silentio tuo.*

88. θερμὴν ἐπὶ ψυχροῖσι καρδίαν ἔχεις] I. e. calidum cor habes ubi frigido opus est. Non credo tamen Sophoclem ἐπὶ ψυχροῖσι sic dicturum fuisse, nisi oppositum θερμὴν καρδίαν omnem de sensu verborum dubitationem tolleret.

89. μάλισθ' ἁδεῖν in editionibus Stephaniana posterioribus tacite repositum pro μάλιστ' ἁδεῖν, quod est in prioribus et fortasse in apographis quoque, praeeunte codice, in quo μάλιστ' ἁδεῖν non solum in textu legitur, sed etiam in lemmate scholii, ubi Elmsleius μάλιστ' ἄδειν (typothetae errore pro ἁδεῖν) tacite substituit. Ex quo non potest colligi antiquitus μάλιστ' ἁδεῖν scriptum fuisse cum spiritu leni, ut est in apogr. Par. 2712., quum literae tenues in hoc codice, ut in aliis aliorum scriptorum codicibus antiquis, saepe pro aspiratis positae reperiantur. Sic πέμψατ' ὡς est Oed. C. 1461. ἔσχετ' οὖ 1618., nec raro κ pro χ, vel π pro φ. Contrario errore μάλισθ' ἔπειτα Phil. 1285. ubi τ superscriptum.

90. 92. ἀμηχάνων ἐρᾷς—θηρᾶν τἀμήχανα] Sic ἀδυνάτων ἐρᾶν dixit Eurip. Herc. f. 318. et ἀδύνατα θηρᾷς proverbio dictum annotavit Zenobius 1, 29.

ΑΝ. οὐκοῦν, ὅταν δὴ μὴ σθένω, πεπαύσομαι.
ΙΣ. ἀρχὴν δὲ θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα.
ΑΝ. εἰ ταῦτα λέξεις, ἐχθαρεῖ μὲν ἐξ ἐμοῦ,
ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσκείσει δίκῃ.
ἀλλ' ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν
παθεῖν τὸ δεινὸν τοῦτο· πείσομαι γὰρ οὐ
τοσοῦτον οὐδὲν ὥστε μὴ οὐ καλῶς θανεῖν.
ΙΣ. ἀλλ' εἰ δοκεῖ σοι, στεῖχε· τοῦτο δ' ἴσθ', ὅτι
ἄνους μὲν ἔρχει, τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη.

ΧΟΡΟΣ.

ἀκτὶς ἀελίου, τὸ κάλλιστον ἑπταπύλῳ φανὲν

100.–109. = 117.–126.

93. ἐχθαρεῖ] ἐχθρανῆι cum γρ. ἐχθαρῆι a m. recentiore. 94. προσκείσει] προσκείσηι 99. ἔρχει] ἔρχηι φίλοις] φίλοισι, sed ι erasо. φίλῃ] φίλει pr. 100.–114. Versus sic divisi, ἀκτὶσ–| λιστον–| θήβα–| ἐφάνθησ–| ἀμέρασ–| διρκαίων–| βεέθρων–| τὸν–| φῶτα–| φυγάδα–| κινήσασα–| δν–| ἀρθείσ–| ὀξέα–| ὡς ὑπερέπτα. 100. ἀελίου pr. (in textu et in lemmate scholii) sed ν in ιο (i. e. ἀελίοιο) mutatum a m. satis antiqua.

94. ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προσκείσει δίκῃ] Inutiliter et prope inepte additum δίκῃ, oratione tam ambigua ut Ismena jure agere videatur si inimice contra fratrem mortuum agat. Quomodo non est verisimile locutum esse Sophoclem, qui sentire debuit nomine potius quod fratrem significet opus hic esse quam supervacuo iste δίκῃ, quo interpolator duarum syllabarum defectum explevit. Nam poeta haud dubie scripserat ἐχθρὰ δὲ τῷ θανόντι προστήσει κάσει, ut Aj. v. 1133. dixit, ἦ σοι γὰρ Αἴας πολέμιος προὔστη ποτέ; κάσει quum pro κείσει acceptum esset, στήσει deleri debuit. Quae ratio probabilior videtur quam προσκείσει κάσει, quod κακόφωνον est. Nominativo κάσις et accusativo κάσιν Aeschylus, Euripides aliique usi sunt. Vocativi κάσι unum est exemplum apud Soph. Oed. Col. 1440. unumque compositi σίγκασι κούρα apud Eurip. Alc. 410. His nunc accedit dativus κάσει. Pluralem κάσεις Hesychio recte restituit HSt. κάσεις (codex κάσιοι, Musurus κάσις)· οἱ ἐκ τῆς αὐτῆς ἀγέλης ἀδελφοί τε καὶ ἀνεψιοί etc.

95. ἔα] Est monosyllabum sive cum synizesi pronunciandum sive ᾶ scribendum. V. ad Oed. T. 1513.

96. τὸ δεινὸν τοῦτο] Quod Creon minatus erat, si quis Polynicis corpus sepeliret.

οὐ] οὖν Elmsleius ad Eurip. Med. p. 205. Recte fortasse.

99. τοῖς φίλοις δ' ὀρθῶς φίλη] Sic Eurip. Iph. T. 610. τοῖς φίλοις ὀρθῶς φίλος. ὀρθῶς φίλη autem Antigona dicitur quia ne mortis quidem poena, quam Creon minatus erat, ab consilio suo dimovetur.

100. ἀελίου] ἀελίοιο, quod corrector codicis intulit, est etiam in apogr. Par. 2712. et ed. Aldina:

Θήβᾳ τῶν προτέρων φάος,
ἐφάνθης ποτ', ὦ χρυσέας ἀμέρας βλέφαρον,
Διρκαίων ὑπὲρ ῥεέθρων μολοῦσα, 105
τὸν λεύκασπιν Ἀργόθεν ἐκ φῶτα βάντα πανσαγίᾳ
φυγάδα πρόδρομον ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ·
ὃς ἐφ' ἡμετέρᾳ γῇ Πολυνείκους 110

102. Θήβᾳ] θήβᾱ hic et v. 149. cum lineola, ut ἐπιγλώσσᾱ Oed. Col. 1052. βίᾱ Aj. 1176. 105. ὑπὲρ] ὕπερ 106. ἐκ addidit Hermannus. 108. ὀξυτέρῳ] ὀξυτόρωι, litera super ω erasa. Correctum ex schol. 109. κινήσατα] κινήσασ α 110. ὃς—Πολυνείκους Scaliger pro ὃν—Πολυνείκης. ἡμετέρᾳ] ἡμερα, τέ a m. pr. γῇ et v. 113. γῆν ὑπερέπτη scripsi pro γᾷ et γᾶν ὑπερέπτα.

quo recepto Bothius τό deleri voluit. ἀκτὶς ἀελίου suo quoque in exemplari legit Eustath. p. 161, 18.

102. τῶν προτέρων] τῶν προτέρων ἡμερῶν explicat scholiasta. τῶν πρότερον Par. 2712. et ed. Aldina.

103. ποτ'] *Tandem.*

χρυσέας] Correpta syllaba prima, ut frequenter in numeris generis dactylici, sed nonnisi in formis trisyllabis, nusquam in contractis χρυσοῦς χρυσῆ χρυσοῦν. De quo dixi in Thesauro s. v. χρύσεος.

105. Διρκαίων] Scholiasta, Δίρκη κρήνη καὶ ποταμὸς Θηβῶν. De ejus situ v. Mueller. Orchom. p. 487. WUND.

106. λεύκασπιν—φῶτα] Euripidis Phoeniss. 1106. comparavit scholiasta, λεύκασπιν εἰσορῶμεν Ἀργείων στρατόν. Hinc λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός dicitur v. 114. λευκοπρεπῆ λεών exercitum Argivorum e longinquo conspectum vocant virgines Thebanae apud Aeschylum Sept. 96.

Ἀργόθεν ἐκ | φῶτα βάντα, quod cum Hermanno (qui ἐκ scribit) restitui, non est ἐξ Ἀργόθεν, ut Brunckius vitiato metro edidit, sed Ἀργόθεν ἐκβάντα.

108. ὀξυτέρῳ in duobus est apographis legitque scholiasta. Comparativo significatur, ut Wunderus monuit, Argivos post solis ortum accelerato gressu fugere coepisse, habenis tributo epitheto quod cursui sive fugae tribuendum erat.

110. Systemata anapaestica, quae non ab choro canuntur, sed ab coryphaeo recitantur, hic et infra libera sunt responsione antistrophica. Scripturam vulgatam ὃν—Πολυνείκης olim hac annotatione defendi "ὃν dixit quasi sequeretur ἤγαγε, pro quo verbo, quod scholiasta in interpretatione sua substituit, copiosiorem posuit descriptionem ἀρθεὶς—ἀετὸς ἐς γῆν ὑπερεπτη. Sic in Electra v. 140. quum dicturus esset ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετρίων ἐπ' ἀμήχανον ἄλγος ἀεὶ ἔρχει, pro ἔρχει substituit, στενάχουσα διόλλυσαι. In Trach. 207. ἐν δὲ κοινὸς ἀρσένων ἵτω κλαγγὰ τὸν—Ἀπόλλωνα, i. e. *celebrato.* Ajac. 1058. ἡμεῖς μὲν ἂν τήνδ', ἢν δὸ' εἵληχεν τύχην, | θανόντες ἂν προὐκείμεθ' αἰσχίστῳ μόρῳ, i. e. ἐλάχομεν. Liberiore hoc genere loquendi saepe utuntur poetae ubi nihil obscuritatis inde affertur sententiae." Nunc Scaligeri emendationem praetuli ὃς—Πολυνείκους.

110. Formae Doricae in verbis

ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων
ὀξέα κλάζων
ἀετὸς ἐς γῆν ὑπερέπτη,
λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανὸς
πολλῶν μεθ' ὅπλων
ξύν θ' ἱπποκόμοις κορύθεσσι.
στὰς δ' ὑπὲρ μελάθρων φονώσαισιν ἀμφιχανὼν κύκλῳ
λόγχαις ἑπτάπυλον στόμα
ἔβα, πρίν ποθ' ἁμετέρων αἱμάτων γένυσιν

113. ἀετὸς scripsi pro αἰετός. ἐς] εἰσ ὡς post γᾶν delevit Hermannus. 116. κορύθεσσιν] κορύθεσιν, σ ab alia m. superscr. 117. Duo versus, στὰσ-| αισιν ἀμφιχανὼν—. φονώσαισιν Boeckhius pro φονίαισιν 120. Versus sic divisi, ἔβα-| αἱμάτων-| πλησθῆναι-| στεφάνωμα-| πευκάενθ'-| τοῖοσ-| πάταγοσ-| δυσχείρωμα —.

ἡμετέρᾳ γᾷ et v. 113. ἐς γᾶν ὑπερέπτα non dubitandum quin debeantur librario praecedentis strophae formis Doricis ἀελίου, Θήβᾳ, ἁμέρας inducto, quae plane alienae sunt ab interpositis his anapaestorum systematis. Nec constitit sibi corrector, qui v. 110. ἡμετέρᾳ (in apographis demum in ἁμετέρᾳ mutatum) et 114. λευκῆς reliquit, quod λευκᾶς scribendum foret, si recte legeretur ἁμετέρᾳ γᾷ et γᾶν ὑπερέπτα, et reliqua systemata (127.–133. 141.–147. 155.–161.) prorsus intacta dimisit, similis Aeschyli librario, qui systematis anapaesticis, a quibus parodus Agamemnonis incipit, tres quattuorve Dorismos intulit, reliquis versibus omnibus intactis relictis: de quo dixi in Praefat. editionis Lipsiensis tertiae p. xxxv. Ceterum eodem modo erratum infra v. 822. ubi θνατῶν et Ἀΐδαν scriptum in codice est pro θνητῶν et Ἀΐδην, et in Aj. 202.

111. νεικέων ἀμφιλόγων] Sic ἀμφίλεκτος ἔρις apud Eurip. Phoen. 503. νεικέων nomine ad Polynicis nomen alluditur, ut saepe apud tragicos.

112. ὀξέα κλάζων] Idem quod Homericum ὀξέα κεκληγώς.

113. ἀετὸς pro αἰετὸς ex uno apogr. annotatum, ἐς pro εἰς est in pluribus. ὑπερέπτη est *superne involavit*.

114. λευκῆς χιόνος πτέρυγι continuata comparatione cum aquila dictum pro λευκῇ ἀσπίδι, de qua v. ad v. 106.

117. στὰς] Exercitus Argivorum, non Polynices, ut scholiastae placet, cujus errorem notavit Boeckhius. Conf. ad v. 125.

φονώσαισιν, quod Boeckhius restituit pro φονίαισιν, legit haud dubie scholiasta, qui interpretatur ταῖς τῶν φόνων ἐρώσαις λόγχαις.

119. ἑπτάπυλον στόμα] Septem urbis portas. Eurip. Phoen. 294. ἑπτάστομον πύργωμα. MUSGR. Et Suppl. 401. Ἑτεοκλέους θανόντος ἀμφ' ἑπταστόμους πύλας. et Sophocles ipse fragm. 778. Θήβας λέγεις μοι καὶ πύλας ἑπταστόμους. ἑπτάπυλον πόλεως ἕδος dixit Aeschylus Sept. 165.

120. πρίν ποθ'] Sic Aesch. Suppl. 38. πρίν ποτε λέκτρων—ἐπιβῆναι.

ἁμετέρων αἱμάτων γένυσιν] Scho-

πλησθῆναί τε καὶ στεφάνωμα πύργων
πευκάενθ' Ἥφαιστον ἐλεῖν. τοῖος ἀμφὶ νῶτ' ἐτάθη
πάταγος Ἄρεος, ἀντιπάλου δυσχείρωμα δράκοντος. 126
Ζεὺς γὰρ μεγάλης γλώσσης κόμπους
ὑπερεχθαίρει, καί σφας ἐσιδὼν

122. τε addidit Triclinius. 125. ἀντιπάλωι, ου a m. ant. 126. ος δράκοντι, οσ a m. ant. 128. ἐσιδὼν] εἰσιδὼν

liasta, παρήλλαξε τὸ ὄνομα τὰ χείλη τοῦ ἀετοῦ γένυς εἰπών. Elegit poeta nomen quod et ad aquilam et ad hostem referri posset. WUND.

122. στεφάνωμα πύργων] Sic Oed. C. 14. πύργοι μὲν, οἱ πόλιν στέφουσιν.

123. πευκάενθ' Ἥφαιστον] I. e. τὸν ἐκ τῆς πεύκης ἐγειρόμενον, ut explicat scholiasta. *Pineum ardorem* dixit Virgilius Aen. 11, 787. ab Neuio comparatus.

124. ἀμφὶ νῶτ'] Significat in fugam versos esse Argivos. Tantus, inquit, impetus in Argivos a Thebanis factus est ut is non posset superari sive reprimi ab Argivis, sed ut illi terga dare cogerentur. Sic recte interpretatur Wunderus.

125. πάταγος Ἄρεος] Thebanorum.

Genitivi ἀντιπάλου—δράκοντος, quos manus antiqua in codice dativis, qui etiam in apographis omnibus leguntur, ἀντιπάλῳ—δράκοντι superscripsit, respondent annotationi scholiastae, qui haec recte est interpretatus, ἀπὸ τοῦ δράκοντος τοὺς Θηβαίους δηλοῖ, ἐπεὶ δρακοντογενεῖς εἰσιν. ὁ δὲ λόγος τοιοῦτος· πάταγος Ἄρεως περὶ τὰ νῶτα τοῦ ἀετοῦ ἐτάθη, τουτέστι, δραπετεύειν καὶ νῶτα αὐτὸν διδόναι πεποίηκεν ὑπὸ τοῦ ἀντιπάλου δράκοντος, ὃς ἐποίησεν αὐτὸν τὸν δράκοντα (scribe αὐτὸν, deleto τὸν δράκοντα) δυσχερῶς χειρωθῆναι. πολέμιον δὲ ζῷόν ἐστιν ὁ δράκων πρὸς τὸν ἀετὸν, ὥς φησι Νίκανδρος· (Ther. 448. Adde Homer. Il. 12, 401. αἰετὸς ὑψιπέτης—φοινήεντα δράκοντα φέρων ὀνύχεσσι πέλωρον). Dativos qui posuit corrector ἀντιπάλῳ—δράκοντι de Argivis intellexit—quos perversum est hic cum dracone comparari, quum antea cum aquila sint comparati—ἀντιπάλου nomine deceptus, quod non videretur ab choro senum Thebanorum de exercitu dici posse Thebano: quod recte factum esse ex Aeschyli verbis discere potuisset Sept. 417. ubi chorus virginum Thebanarum exercitus Thebani ducem ἀντίπαλον Argivorum vocat, ὃς δικαίας πόλεως πρόμαχος ὄρνυται. Nihilominus hunc errorem secutus est qui scholio supra apposito hanc adjunxit dativi interpretationem, τὸ δὲ ἀντιπάλῳ δράκοντι ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τοῦ ἀντιπάλου δράκοντος, ὡς (Il. 22, 55.) "'Αχιλῆϊ δαμασθείς." ἢ οὕτως· τῷ ἀντιπάλῳ δράκοντι τοσαύτη μάχη συνεστάθη, ἢ ἐποίησεν αὐτὸν μὴ δύνασθαι ἡμᾶς χειρώσασθαι· ἵνα δράκοντα λέγῃ τὸν τῶν 'Αργείων στρατὸν, ὡς θανατηφόρον, ἢ τὸν Πολυνείκη, ὡς καὶ αὐτὸν Θηβαῖον ὄντα.

127. κόμπους] De Argivorum jactantia Aeschylus Sept. 483. ὡς ὑπέραυχα βάζουσιν ἐπὶ πτόλει μαινομένᾳ φρενὶ, τῶς νιν Ζεὺς νεμέτωρ ἐπίδοι κοταίνων. μεγάλης γλώσσης κόμπους dictum ut μεγάλοι λόγοι v. 1350.

128. ἐσιδὼν pro εἰσιδὼν recte in apographis.

πολλῷ ῥεύματι προσνισσομένους,
χρυσοῦ καναχῇ θ' ὑπερόπτας, 130
παλτῷ ῥιπτεῖ πυρὶ βαλβίδων
ἐπ' ἄκρων ἤδη
νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι·
ἀντιτύπᾳ δ' ἐπὶ γᾷ πέσε τανταλωθεὶς

134.–140. = 148.–154.

129. *προσνισομένους* simplici *σ.* 130. *καναχῇ θ'* Emperius pro *καναχῆς.* *ὑπερόπτας*] *ὑπεροπτίας*, adscripto in marg. a m. ant. *ὑπερόπτας.* 134. *ἀντιτύπᾳ* Porsonus. *ἀντίτυπα*, superscripto a manu recentissima *πωσ*, non *ποσ*.

129. *ῥεύματι*] Aeschylus Pers. 412. *ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ.* ERFURDT.

130. *ὑπερόπτας*] Quod codex a m. pr. habet *ὑπεροπτίας*, in quo apographa consentiunt, in *ὑπερόπτας* mutavit corrector antiquus, fortasse scholiastae annotatione motus, *καὶ τὴν τοῦ χρυσοῦ φαντασίαν ὑπερβεβηκότας τῇ ἰδίᾳ ὑπεροψίᾳ*, etsi hic nihil aliud legit quam *χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπτίας*, ut altera quam addit interpretatio ostendit, qua *ὑπεροπτίας*, quo substantivo nemo usus est, intellecto *μετὰ* explicare conatur. In uno apogr. gl. adscriptum *ὑπέρφρονας. Χρυσοῦ καναχήν* dicit strepitum armorum partim auro exornatorum, qualia Homerus aliique poetae saepe describserunt. Parum probabiliter Vauvillersius *χρυσοῦ καναχῆς ὑπεροπλίαις*, producta syllaba penultima ut apud Homerum Il. 1, 205. *ἧς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἂν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ.*

131. *ῥιπτεῖ*] *ῥίπτει* Erfurdtius. Spectant haec ad Capaneum, de quo etsi non nominato mox plura dicuntur v. 134. seqq. Quo minus mirandum quod post numerum pluralem *καὶ σφας—ὑπερόπτας* singularem intulit *ὁρμῶντα*, quemadmodum vicissim post numerum singularem collectivum pluralis interdum infertur, velut *οὗτοι* post *ὅστις* v. 709.

βαλβίδων ἐπ' ἄκρων] *Ad summam metam*, metaphora a cursoribus ducta, ut monuit scholiasta. Metam autem manifestum est hic intelligi summam partem muri, qua conscensa laetum clamorem tollere solent victores.

134. *ἀντίτυπα* codex et Eustath. p. 1701, 18. *ἀντίτυπος* Triclinius. Frustra defenditur *ἀντίτυπα* producta syllaba ultima. Porsonus *ἀντιτύπᾳ*, ut *ἀθανάτη* et similia in versibus dactylicis metri causa dicuntur: qualia tragici etiam sine metri necessitate dixerunt, quia magis poetica haberentur, ut *ἀθανάτας τριχός* est apud Aeschylum Choeph. 619. Itaque non opus est ut *ἀντιτύπῳ* scribatur, quod fuit qui conjiceret. Neque *ἀντίτυπος* probandum, quod fortasse legit, scholiasta, qui haec ita interpretatur ut adjectivum legisse videatur non ad *γᾷ*, sed ad personam relatum. Sed Sophocles *ἀντιτύπᾳ* praetulisse videtur, ne *γᾷ* epitheto careret, quae apte dicitur *repercussa* sive *resonans*. *ἀντίτυπα* glossam apud Hesychium sine interpretatione positam ad locum Sophoclis referebat Sopingius, con-

πυρφόρος ὃς τότε μαινομένᾳ ξὺν ὁρμᾷ
βακχεύων ἐπέπνει
ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων.
εἶχε δ' ἄλλᾳ τὰ μέν,
ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα στυφελίζων μέγας Ἄρης
δεξιόσειρος.
ἑπτὰ λοχαγοὶ γὰρ ἐφ' ἑπτὰ πύλαις
ταχθέντες ἴσοι πρὸς ἴσους ἔλιπον
Ζηνὶ τροπαίῳ πάγχαλκα τέλη,
πλὴν τοῖν στυγεροῖν, ὦ πατρὸς ἐνὸς
μητρός τε μιᾶς φύντε καθ' αὑτοῖν

138. μὲν a m. ant. pro litera eluta, cui duae aliae superscriptae fuerunt, nunc erasae. 139. ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις Erfurdtius pro ἄλλᾳ τὰ δ' ἐπ' ἄλλοις. τὰ δ' ἐπ' ἄλλοισ praecedenti versui addit. Tum duo versus, ἐπενώμα-| μέγασ ἄρησ δεξιόσειροσ. 140. δεξιόσειρος] δεξιόχειροσ pr.

tra quem alii monuerunt potuisse eandem glossam ex epistola ad Hebraeos peti 9, 24.

γᾷ] γᾶν in uno apogr.

135. πυρφόρος] Capaneus, qui urbem incendio delere parabat, unde apud Aeschylum Sept. 432. insigne in clypeo gestasse perhibetur γυμνὸν ἄνδρα πυρφόρον. Eurip. Phoeniss. 1193. ἐς γῆν δ' ἔμπυρος πίπτει νεκρός. ERFURDT.

137. ῥιπαῖς ἐχθίστων ἀνέμων] Non odium, sed vehementiam impetus significat. Cum usu verbi ἐπιπνεῖν comparandus Aesch. Sept. 345. μαινόμενος ἐπιπνεῖ Ἄρης.

139. εἶχε δ' ἄλλᾳ τὰ μέν —] Sensum verborum sic explicat Boeckhius, alios sic (ut Capaneus), alios aliter cecidisse : recte, si incorrupta est codicis scriptura, de quo dubitari potest propter brevem in fine versus syllabam, quae longa potius esse debebat. Nec μὲν satis certum est, pro quo aliud quid primo scriptum fuit in codice. ἔσχε δ' Ἄιδα λαχὰν conjecit Kayserus.

140. δεξιόσειρος] Scholiasta, ὁ γενναῖος· οἱ γὰρ ἰσχυροὶ ἵπποι εἰς τὴν δεξιὰν σειρὰν ζεύγνυνται τοῦ ἅρματος. Recte Boeckhius, ut hoc epitheton a σειραφόρῳ desumtum sit, tamen significari simul monuit τὸν δεξιὸν Ἄρην, Martem propitium et faustum. Idem monuit Seidlerus coll. Aesch. Agam. 842. μόνος δ' Ὀδυσσεὺς, ὅσπερ οὐχ ἑκὼν ἔπλει, ζευχθεὶς ἕτοιμος ἦν ἐμοὶ σειραφόρος. WUND.

141. ἑπτὰ λοχαγοί] Septem duces enumerat Oed. C. 1313. seqq. post Aeschylum in Septem ad Thebas.

142. ἴσοι πρὸς ἴσους] Confert Erfurdtius Eur. Phoen. 750. ἴσους ἴσοισι πολεμίοισιν ἀντιθείς. Apollod. 3, 6, 6. Ἐτεοκλῆς, καταστήσας ἡγεμόνας, ἴσους ἴσοις ἔταξε.

143. πάγχαλκα τέλη] I. e. πανοπλίας, ex quibus tropaea construerentur. BOECKH.

145. αὑτοῖν] I. e. ἀλλήλοιν. V. interpretes Hesychii s. v. ἑαυτούς.

δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον
κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω.
ἀλλὰ γὰρ ἁ μεγαλώνυμος ἦλθε Νίκα
τᾷ πολυαρμάτῳ ἀντιχαρεῖσα Θήβᾳ,
ἐκ μὲν δὴ πολέμων
τῶν νῦν θέσθε λησμοσύναν,
θεῶν δὲ ναοὺς χοροῖς
πανννυχίοις πάντας ἐπέλθωμεν, ὁ Θήβας δ' ἐλελίχθων
Βάκχιος ἄρχοι.

148. ἦλθε] ἦλθεν, sed ν eraso. 151. θέσθε] Alterum ε ex ω factum. λησμοσύναν Brunckius pro λησμοσύνην 152. Versus sic divisi, θεῶν–| νύχοισ–| τασ ἐπέλθωμεν–| δ' ἐλελίζων—ἄρχοι. 153. πανννυχίοις] πανύχοισ ἐλελίζων] γρ. ἐλελίχθων ab S. 154. Βάκχιος Bothius pro Βακχεῖος.

146. δικρατεῖς λόγχας] Scholiasta, ἀμφοτέρωθεν ἠκονημένας· ἢ δικρατεῖς φησιν, ὅτι ἀλλήλους ἀπέκτειναν, καὶ ἡ ἑκατέρου λόγχη οὐκ εἶς κενὸν ἀπεπέμφθη, ἀλλ' ἐκράτησε τοῦ ἑτέρου. Mihi δικρατεῖς et numeri videtur significationem habere et victoriae. Simillime dicti sunt Atridae δικρατεῖς Aj. v. 252, ita ut et ad numerum et ad potentiam respiceretur. WUND.

148. ἁ μεγαλώνυμος] Scholiasta, ἡ μεγάλην περιποιοῦσα δόξαν. Nexus hic est: verum quum venerit victoria, obliviscamur jam belli. WUND.

149. τᾷ πολυαρμάτῳ] Vide 845. et, quem Neuius conferri jubet, Boeckh. Expl. Pind. Ol. 6, 85. p. 161. Significatur autem eo adjectivo virtus Thebanorum; quamobrem Victoria dici videtur ad Thebanos venisse ἀντιχαρεῖσα, quod explicat scholiasta: ἀντὶ τοῦ ἴσον αὐτῇ χαρεῖσα, ὡς ἀντίθεος. θέλει δὲ εἰπεῖν ὅτι ὅσον ἐφίλει τὴν νίκην καὶ ἡ νίκη αὐτὴν ἀντεφίλησεν· πρὸς χαίρουσαν γὰρ αὐτὴν καὶ αὐτὴ χαρεῖσα ἦλθεν. WUND. Addidit scholiasta, ἢ ἀντὶ τῶν κακῶν χαρεῖσα. quod non probandum.

150. ἐκ μὲν δὴ πολέμων τῶν νῦν θέσθε λησμοσύναν] Omittere poterat ἐκ, ut Homerus Od. 24, 484. dixit φόνοιο ἔκλησιν θέωμεν. Nunc quum metri caussa addiderit, significat *post bella*, genitivo πολέμων vel αὐτῶν ad λησμοσύναν intellecto. Ceterum de simili usu praepositionis ἐκ conf. annot. ad Aj. 1211.

153. πανννυχίοις ex pluribus apogr. pro πανύχοις.

πάντας] Quum metrum non ferret πάντων ad θεῶν referendum, πάντας posuit ad ναοὺς relatum, quod eodem redit.

ἐλελίχθων pro ἐλελίζων in γρ. habet διορθωτής, sumtum ex annotatione scholiastae ὁ κινησίχθων. ἐλελίχθονα δὲ τὸν Διόνυσόν φησι διὰ τὰς ἐν ταῖς βακχείαις κινήσεις. ἢ τὸν τὴν γῆν σείοντα καὶ ἀναβακχεύοντα ταῖς χορείαις. ὁ δὲ νοῦς· ὁ Θήβας Βακχεῖος, ὁ Θηβαγενὴς Διόνυσος, ὁ τῆς Θήβης πολίτης, ὁ ἐλελίχθων, ἄρχοι τῆς χορείας. Male scholiasta genitivum Θήβας cum Βάκχιος construxit, quem cum

ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας, 155
Κρέων ὁ Μενοικέως,
νεοχμοῖσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις
χωρεῖ τινὰ δὴ μῆτιν ἐρέσσων,
ὅτι σύγκλητον τήνδε γερόντων 160
προὔθετο λέσχην,

156. Delevi *νεοχμός* post *Μενοικέως*. 157. *νεοχμοῖσι* scripsi pro *νεαραῖσι*.

ἐλελίχθων conjunctum esse voluit poeta.

ἄρχοι] Choream incipiat: unde ἔξαρχος dicitur Eurip. Bacch. 141. ERFURDT.

155–161. Quartum hoc anapaestorum systema qui ita interpolarunt ut tertio respondeat, quod versibus 141–147. comprehenditur, non animadverterunt inauditum esse in tragoedia Graeca versus quibus coryphaeus novam personam accedere indicat, systematicae responsionis legibus adstringi. Itaque quarti systematis initium paullo aliter quam vulgo fit corrigere licebit, quod in codice ita est versibus dispertitum, ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας | Κρέων ὁ Μενοικέως νεοχμὸς | νεαραῖσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις | χωρεῖ τινὰ δὴ μῆτιν ἐρέσσων —. quae eadem omnia, ut alia vitia non pauca, in codice suo legit scholiasta. Est tamen satis apertum correctoris manum in his verbis esse versatam dimetros utcunque restituentis, admisso quem infimae aetatis metrici probant inter anapaestos iambo (v. ad Eurip. Med. 1087.): cui hanc fuisse opinor caussam erroris, quod nominibus Κρέων et Μενοικέως synizesin esse adhibendam non intellexisset. Jam quum haec verba ἀλλ' ὅδε γὰρ δὴ βασιλεὺς χώρας Κρέων ὁ Μενοικέως tot habeant in tragicorum fabulis similiter dicta ut ne verbum quidem aut addi aut deleri probabili ratione possit, vitii suspicio in proxima potius cadit, ubi primum se offert vox *νεαραῖσι*, quam duobus aliis locis temere illatam notavimus annotatione ad Oed. Col. 475. Eam igitur hic quoque ab correctore positam esse arbitror, Sophoclem autem haec tantum scripsisse, *νεοχμοῖσι θεῶν ἐπὶ συντυχίαις*, omisso *νεοχμός*. Accedit quod *νεοχμὸν συντυχίαν* dici usui loquendi magis convenit quam *νεοχμὸν βασιλέα*. De synizesi nominis Κρέων dictum ad Oed. Col. 1073.

157. *τινὰ* (male in aliquot apogr. *τίνα*) *δὴ*] Hoc minus usitatum quam *δή τινα*. Pausan. 1, 44, 9. *κατά τι δὴ λόγιον*.

μῆτιν ἐρέσσων] Recte scholiasta, *ἐν ἑαυτῷ κινῶν καὶ μεριμνῶν. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἐρεσσόντων*. Similis verbi usus Aj. 251. *τοίας ἐρέσσουσιν ἀπειλάς*. Grave aliquod consilium agitare Creontem chorus ex eo colligit quod conventum hunc procerum Thebanorum indixit.

160. *προὔθετο λέσχην*] Sic *προτιθέναι* s. *προγράφειν ἐκκλησίαν* dicitur: v. Hemsterh. ad Lucian. vol. 1. p. 482. et Valcken. ad Herodot. 8, 61. *προὔθετο* forma media, ut *ἀγορὴν ποιήσατο* apud Homerum. Nam sibi soli hos viros proceres advocavit, non populi universi concionem indixit Creon.

161. *πέμψας*] Per *μεταστειλάμενος* explicat scholiasta. *πομποῖσιν ἔστειλ' ἱκέσθαι* dicit Creon v. 164.

κοινῷ κηρύγματι πέμψας.

ΚΡΕΩΝ.

ἄνδρες, τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ
πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν·
ὑμᾶς δ' ἐγὼ πομποῖσιν ἐκ πάντων δίχα
ἔστειλ' ἱκέσθαι, τοῦτο μὲν τὰ Λαΐου
σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη,
τοῦτ' αὖθις, ἡνίκ' Οἰδίπους ὤρθου πόλιν,
κἀπεὶ διώλετ', ἀμφὶ τοὺς κείνων ἔτι
παῖδας μένοντας ἐμπέδοις φρονήμασιν.
ὅτ' οὖν ἐκεῖνοι πρὸς διπλῆς μοίρας μίαν
καθ' ἡμέραν ὤλοντο παίσαντές τε καὶ
πληγέντες αὐτόχειρι σὺν μιάσματι,
ἐγὼ κράτη δὴ πάντα καὶ θρόνους ἔχω
γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων.

162. πόλεος] πόλεωσ 165. ἔστειλ'] Ante σ litera υ vel ν erasa. 171. παίσαντες] Literae αίσ duabus literis elutis substitutae ab S. 172. σὺν] ν ex μ factum.

162. ἀσφαλῶς—ὤρθωσαν πάλιν] Similiter Oed. T. 51. ἀλλ' ἀσφαλείᾳ τήνδ' ἀνόρθωσον πόλιν.

163. Scholiasta, πολλῷ σάλῳ] τορπικῶς, ὡς ἐπὶ νεώς. Sic Oed. T. 22. πόλις—σαλεύει. Brunckius contulit Plutarch. V. Fab. c. 27: τὴν ἡγεμονίαν ὡς ἀληθῶς πολλῷ σάλῳ σεισθεῖσαν ὤρθωσε πάλιν.

164. ὑμᾶς δ' ἐγὼ πομποῖσιν] Scholiasta, διὰ τῶν πομπῶν ὑμᾶς μετεκαλεσάμην χωρὶς ἁπάντων, ἐξαιρέτως πρὸς ὑμᾶς μόνον ἀπεστάλη (ἡ ἀγγελία). ὁ δὲ λόγος ἐστὶ μὲν καὶ σημαντικὸς τοῦ πράγματος, ἐστὶ δὲ καὶ τεχνικός· ἐγκωμιάζει γὰρ πρῶτον αὐτούς· ἀναγκαῖον δὲ τῷ παριόντι πρῶτον ἐπὶ πολιτικὴν ἀρχὴν εὔνους ἑαυτῷ καταστῆσαι τοὺς ὑπηκόους. μετεπεμψάμην οὖν, φησὶν, ὑμᾶς, εἰδὼς ὅτι ἄνωθεν πρὸς Λάϊον καὶ Οἰδίποδα εὐνοϊκῶς εἴχετε· ὡς δήπου καὶ πρὸς αὐτὸν τοιούτων φανησομένων. δηλοῖ δὲ διὰ τούτων καὶ τὴν ἡλικίαν τῶν κατὰ τὸν χορὸν γερόντων, καὶ ἔτι ἄνωθεν ἀπὸ Λαΐου ὄντων ἐν πολιτείᾳ. Chorus ex proceribus Thebanis compositus est: v. ad v. 215.

165. Λαΐου—Οἰδίπους] Laii et Oedipi, quos nominaverat, prolem intelligit, παῖδας dicens, quod illi alterius horum filii, alterius nepotes sunt. HERM.

170. πρὸς διπλῆς μοίρας] διπλῇ χερὶ dixerat v. 14.

172. σὺν] Sic Pindarus Ol. 2, 42. ab Schneidew. comparatus, Ἐρινὺς ἔπεφνε σὺν ἀλλαλοφονίᾳ γένος ἀρήϊον.

173. κράτη — καὶ θρόνους] Sic σκῆπτρα καὶ θρόνους Oed. C. 425.

174. γένους κατ' ἀγχιστεῖα] Hoc est quod in prosa uno verbo κατ' ἀγχιστείαν dici solet.

ἀμήχανον δὲ παντὸς ἀνδρὸς ἐκμαθεῖν
ψυχήν τε καὶ φρόνημα καὶ γνώμην, πρὶν ἂν
ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ.
ἐμοὶ γὰρ ὅστις πᾶσαν εὐθύνων πόλιν
μὴ τῶν ἀρίστων ἅπτεται βουλευμάτων,
ἀλλ' ἐκ φόβου του γλῶσσαν ἐγκλῄσας ἔχει,
κάκιστος εἶναι νῦν τε καὶ πάλαι δοκεῖ·
καὶ μείζον' ὅστις ἀντὶ τῆς αὑτοῦ πάτρας
φίλον νομίζει, τοῦτον οὐδαμοῦ λέγω.
ἐγὼ γὰρ, ἴστω Ζεὺς ὁ πάνθ' ὁρῶν ἀεί,
οὔτ' ἂν σιωπήσαιμι τὴν ἄτην ὁρῶν
στείχουσαν ἀστοῖς ἀντὶ τῆς σωτηρίας,
οὔτ' ἂν φίλον ποτ' ἄνδρα δυσμενῆ χθονὸς
θείμην ἐμαυτῷ, τοῦτο γιγνώσκων ὅτι

175. ἐκμαθεῖν] ἐμμαθεῖν, κ a m. pr. 178. εὐθύνων] Alterum ν ab S additum. 180. φόβου] φ et β in litura. Fuit σοφου. ἐγκλῄσας scripsi pro ἐγκλείσας. 182. μείζον'] μεῖζον pr. Apostrophum addidit m. rec. αὑτοῦ] αὐτοῦ 187. ποτ'] πότ' ut solet. χθονὸς] πόλεως a m. pr. superscr. 188. γιγνώσκων] γινώσκων

176. ψυχήν—φρόνημα—γνώμην] Animum — sentiendi rationem — consilia: ut vertit Ellendtius.

πρὶν ἂν] Negatio, quae particulas πρὶν ἂν cum conjunctivo constructas praecedere debet, inest adjectivo ἀμήχανον. De auctore sententiae scholiasta, οἱ μὲν Χίλωνι ἀνατιθέασι τὴν γνώμην, οἱ δὲ Βίαντι, ὅτι ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσιν.

177. ἐντριβὴς] *Versatus in—*

181. νῦν τε καὶ πάλαι] Scholiasta, καὶ πρὶν ἄρξαι, καὶ νῦν, ὅτε ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐλήλυθα. Cfr. El. 676. 907. WUND.

183. οὐδαμοῦ λέγω] *Nullo loco* sive *numero esse dico.* Confert Erfurdtius θεοὺς νομίζων οὐδαμοῦ Aesch. Pers. 498. et Ruhnk. ad Xen. Mem. 2, 1, 52. Wyttenb. ad Plat. Phaed. p. 183.

186. στείχουσαν] Imminentem civibus ab iis qui leges violant: quod hac in fabula facit Antigona. στίχουσαν duo codices apud Demosthenem, qui versus 175–190. recitat p. 418. 419.

ἀντὶ τῆς σωτηρίας] Non suam salutem dicit, sed civitatis.

187. οὔτ' ἂν φίλον] Scholiasta, οὐκ ἂν κτησαίμην φίλον τῆς ἐμῆς πόλεως δυσμενῆ· τοῦτο δὲ εἰς Πολυνείκην συντείνει.

187. χθονὸς] πόλεως supra scriptum in codice non varia lectio, sed glossema esse videtur. In χθονός consentit Stobaeus Floril. 39, 16.

188. ἐμαυτῷ] ἐμαυτοῦ codd. quidam Demosthenis.

ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.
τοιοῖσδ' ἐγὼ νόμοισι τήνδ' αὔξω πόλιν,
καὶ νῦν ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας ἔχω
ἀστοῖσι παίδων τῶν ἀπ' Οἰδίπου πέρι·
Ἐτεοκλέα μὲν, ὃς πόλεως ὑπερμαχῶν
ὅλωλε τῆσδε, πάντ' ἀριστεύσας δόρει,
τάφῳ τε κρύψαι καὶ τὰ πάντ' ἐφαγνίσαι
ἃ τοῖς ἀρίστοις ἔρχεται κάτω νεκροῖς·
τὸν δ' αὖ ξύναιμον τοῦδε, Πολυνείκη λέγω,

189. *σώζουσα*] *σώιζουσα*, ut suspicor. 193. *τῶν*] *τῶνδ'* 195. *δόρει* scripsi pro *δορί*, cui χε (i. e. χερὶ) superscripsit S. 198. *Πολυνείκη* scripsi pro *Πολυνείκην*.

190. Scholiasta, *πλέοντες*] *πορευόμενοι. ἀπὸ τῶν νεῶν ἡ μεταφορά.* Conferunt M. Tullii ad Fam. 12, 25: una navis est jam bonorum omnium; quam quidem nos damus operam ut rectam teneamus. Hoc autem Creon verbis *τοῦτο γιγνώσκων — ποιούμεθα* dicit: qui sic existimem, patriae salute nostram salutem contineri, et patriam si recte gubernemus, nos amicos, quos quaeramus, nobis comparare. De *τοὺς φίλους ποιούμεθα* confer El. 302. *ὁ σὺν γυναικὶ τὰς μάχας ποιούμενος.* WUND. Comparanda cum his Periclis verba in oratione ap. Thucyd. 2, 60. monet Dobraeus.

192. Scholiasta, *ἀδελφά*] *ἴσα, ὅμοια. μέλλων δὲ περὶ ἀπεχθοῦς κηρύγματος λέγειν μακροτέρῳ χρῆται τῷ λόγῳ· καὶ πρῶτον μὲν ἐγκωμιάζει τὸν Ἐτεοκλέα, ὕστερον δὲ ἐλέγχει τὸν Πολυνείκη, καὶ δείκνυσιν αὐτὸν μίσους ἄξιον καὶ τῆς τοιαύτης τιμωρίας.*

193. *τῶν ἀπ' Οἰδίπου*] Saepissime Sophocles ἐξ et ἀπό praepositiones eo quo hic factum modo ponit. Cfr. Aj. 138, 202. El. 544. 619. Oed. C. 293. Trach. 631. Phil. 260. 560. 940. 1088. hujus fab. 95. 412. WUND.

195. *πάντ' ἀριστεύσας*] Eadem structura Aj. 435. *τὰ πρῶτα καλλιστεῖ' ἀριστεύσας στρατοῦ.*

196. *ἐφαγνίσαι*] *ἁγνίζειν* Graecis valet non lustrare tantum vel expiare, verum et sacrificare, diis offerre. Vid. Eurip. Alc. 76. Iph. Taur. 705. Adde *τέλεσον ἐπὶ πυρὶ καθαγνίσας* Ion. 706. *ἤγνισαν ἔντομα μήλων* Apollon. Rhod. 2, 928. Similem notionem habet verbum *ἐφαγιστεύω*, cujus participium *ἐφαγιστεύσας* cum copula *καὶ* in unam vocem coalescit infra v. 247. MUSGR.

197. *ἔρχεται κάτω*] Credebantur libamina sub terram et ad mortuorum usque sedem penetrare. Hinc chorus apud Aeschylum Pers. 624. *σύ τε πέμπε χοὰς θαλάμους ὑπὸ γῆς*, Philostratus V. Apollon. 6, 2. *θεοὶ γὰρ χθόνιοι βόθρους ἀσπάζονται καὶ ἐν κοίλῃ τῇ γῇ δρώμενα.* Conf. Porphyrium citatum M. Delrio ad Senecae Oedip. 556. MUSGR.

198. *τὸν δ' αὖ ξύναιμον*]. Verissime Suevernius monuit Creontem

ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
φυγὰς κατελθὼν ἠθέλησε μὲν πυρὶ
πρῆσαι κατάκρας, ἠθέλησε δ' αἵματος
κοινοῦ πάσασθαι, τοὺς δὲ δουλώσας ἄγειν,
τοῦτον πόλει τῇδ' ἐκκεκήρυκται τάφῳ
μήτε κτερίζειν μήτε κωκῦσαί τινα,
ἐᾶν δ' ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας
καὶ πρὸς κυνῶν ἑδεστὸν αἰκισθέντ' ἰδεῖν.
τοιόνδ' ἐμὸν φρόνημα, κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ

203. ἐκκεκήρυκται Musgravius pro ἐκκεκηρύχθαι.

non privato in Polynicem odio haec imperare, sed quod boni civis et regis officium esse censeat justum esse aeque adversus eos, qui ament patriam, atque qui ei se inimicos praebeant; neque in Antigonam severum esse odio quodam, sed quod sustinendum putet imperium suum. WUND.

198. Πολυνείκη] πολυνείκην codex, sed idem recte πολυνείκη Oed. C. 375.

199. τοὺς ἐγγενεῖς] Confert Musgravius El. 428. πρός νυν θεῶν σε λίσσομαι τῶν ἐγγενῶν. Aesch. Sept. 582. θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς.

200. κατελθὼν] Ab exilio rediens, ut apud Aeschyl. Choeph. 3. et in locis a Porsono citatis ad Eurip. Phoeniss. 1011. ERFURDT.

202. κοινοῦ] Scholiasta, ἀντὶ τοῦ ἐμφυλίου· ἢ τοῦ ἀδελφικοῦ αἵματος· παροξυντικὰ δὲ λίαν ταῦτα τῶν ἀκουόντων.

876. ἔρχομαι] Sic est v. 849. 868. Legebatur ταλαίφρων ἄγομαι inepta metri forma. ταλαίφρων repetitum ex v. 866. Non minus suspectum propter metrum est τάνδ' ἑτοίμαν ὁδόν, pro quo τὰν πυμάταν ὁδόν scripsi, ut τὰν νεάταν ὁδόν dixit v. 807.

879. λαμπάδος] I. e. τοῦ ἡλίου.

881. ἀδάκρυτον] Cum *a* intensivo compositum esse putavit scholiasta, qui πολυδάκρυτον interpretatus est. Rectius Triclinius, τὸ ἀδάκρυτον σαφηνισμός ἐστι τοῦ οὐδεὶς στενάζει· τὸ γὰρ παρ' οὐδενὸς στεναζόμενον ἀδάκρυτόν ἐστιν. De quo usu adjectivorum dixi ad Oed. T. 57.

883. ἆρ' ἴστ', ἀοιδὰς καὶ γόους] Scholiasta, πρὸς τοὺς ὑπηκόους τοῦτό φησιν ὁ Κρέων, ὀργιζόμενος, ὅτι μὴ θᾶττον αὐτὴν ἀπήγαγον πρὸς εἱρκτήν. ὁ δὲ λόγος· ἆρα ἴστε, εἰ χρείη λέγειν ἀοιδὰς καὶ γόους πρὸ τοῦ θανεῖν, οὐδέποτέ τις παύσαιτο; δεῖ οὖν ἐκ βίας ἕλκειν αὐτήν.

885. Interrogatio οὐκ ἄξετε quum imperativi vim habeat, recte cum

τύμβῳ περιπτύξαντες, ὡς εἴρηκ' ἐγὼ,
ἄφετε μόνην ἔρημον, εἴτε χρῇ θανεῖν
εἴτ' ἐν τοιαύτῃ ζῶσα τυμβεύειν στέγῃ·
ἡμεῖς γὰρ ἀγνοὶ τοὐπὶ τήνδε τὴν κόρην·
μετοικίας δ' οὖν τῆς ἄνω στερήσεται. 890

AN. ὦ τύμβος, ὦ νυμφεῖον, ὦ κατασκαφὴς
οἴκησις ἀείφρουρος, οἷ πορεύομαι
πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς, ὧν ἀριθμὸν ἐν νεκροῖς
πλεῖστον δέδεκται Περσέφασσ' ὀλωλότων·

887. ἄφετε] ἀφεῖτε χρῇ scripsi pro χρή. 891. ὦ] ὦ̃ p. ὦ sec. ὦ] ὦ pr. ὦ] ὦ̃ 893. νεκροῖς] ν ab S additum. 894. Περσέφασσ'] Φερσέφασσ', σ post ρ ex ρ facto.

imperativo καὶ—ἄφετε conjungitur.

887. ἄφετε ex uno apogr. restitutum pro ἀφεῖτε, quod habent alia cum codice, nonnulla ἀφῆτε. In Paris. 2712. et ed. Ald. interpolatum μόνην ἀφῆτ', adscripto in Par. γρ. ἅπιτε μόνην. Triclinius, ἀφεῖτε χρὴ γράφειν, οὐκ ἄφετε.—τὸ ἀφεῖτε δὲ καὶ ἐν τινὶ τῶν παλαιῶν εὕρηται βιβλίων.

χρῇ] Legebatur χρή. Scholiasta, εἴτε χρὴ θανεῖν: εἰ χρήζει καὶ θέλει. Corrigendum in lemmate χρῇ. Euripides apud Ciceron. ad Attic. 8, 1. et apud Suidam (s. v. παλαμᾶσθαι), πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρῇ καὶ παλαμάσθω καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω. Secundam personam, in codice in χρὴ corruptam, ego restitui Sophocli Ajac. 1373. σοὶ δὲ δρᾶν ἔξεσθ' ἃ χρῇς, Wunderus Electr. 607. κήρυσσέ μ' εἰς ἅπαντας εἴτε χρῇς (codex χρὴ) κακὴν | εἴτε στόμαργον, quam annotavit Hesychius, χρῇς: θέλεις, χρήζεις. Quae glossa ex Cratino sumpta videtur, quem citat Suidas s. v. χρὴ p. 3921. χρῇς δὲ τὸ χρήζεις καὶ δέῃ. Κρατῖνος Νόμοις, Νῦν γάρ δή σοι | πάρα μὲν θεσμοὶ τῶν ἡμετέρων, | πάρα δ' ἄλλ' ὅ τι χρῇς.

888. ζῶσα] ζῶσαν duo apographa, quod multis in libris inveniri ait Triclinius, cujus longa, sed inanis de hoc loco disputatio est, quum non animadverterit χρῇ ex χρῇ esse corruptum.

τυμβεύειν] τυμβεύει cum apogr. Par. 2712. Ald. τυμβεύσει Triclinius. τυμβεύειν, sepulta vivere, intransitive dictum, ut νυμφεύειν et transitive et intransitive dicitur.

890. μετοικίας—τῆς ἄνω] Scholiasta, τὸ μεθ' ἡμῶν ἄνω οἰκεῖν. Hoc dicit: habitatum concedere ad superos prohibebitur. Simillime dixit 1203. εὐνῆς τῆς κάτω. WUND.

891. ὦ τύμβος] Paullisper progressa et ad eum locum conversa, in quo sepulcrum situm fuit, Antigona haec dicit. WUND.

892. ἀείφρουρος] ἀείφρουρος apogr. Par. 2712. et Ald. ἀείφρουρος fortasse ex hoc loco Hesychius et Etym. M. p. 21, 45.

οἷ πορεύομαι—ἐμαυτῆς] Specum illum saxeum, in quo condenda erat Antigona, pro ipso inferorum domicilio habet. Hinc οἷ πορεύομαι πρὸς τοὺς ἐμαυτῆς dixit. WUNDER.

894. Περσέφασσ' Par. 2712. et Ald. recte pro Φερσέφασσ'. Περ-

ὧν λοισθία 'γὼ καὶ κάκιστα δὴ μακρῷ
κάτειμι, πρίν μοι μοῖραν ἐξήκειν βίου.
ἐλθοῦσα μέντοι κάρτ' ἐν ἐλπίσιν τρέφω
φίλη μὲν ἥξειν πατρὶ, προσφιλὴς δὲ σοὶ,
μῆτερ, φίλη δὲ σοὶ, κασίγνητον κάρα.
ἐπεὶ θανόντας αὐτόχειρ ὑμᾶς ἐγὼ

895. λοισθία 'γὼ] λοίσθι' ἀγὼ, accentu super οι eraso. 897. ἐν ἐλπίσιν] ἐνελπίσιν

σέφασσα est apud Aeschylum Choeph. 400. Veteres aut Περσέφασσα dixerunt, quae antiquior esse forma videtur, aut Φερρέφαττα, pariterque in derivatis, velut Φερρεφάττιον. Ex utroque mixtum est Φερσέφασσα, quod hoc loco codex praebet.

895. κάκιστα δὴ μακρῷ] Sed ego postrema et μακρῷ κάκιστα, i. e. longe deterrimo, sive multo maxime miserabili fato defuncta adveniam. CAMER.

897. ἐν ἐλπίσιν τρέφω] Scholiasta, ἐλπίζω ἀποθανοῦσα πάντας ἕξειν φίλους. εὐεπίφορος ὁ Σοφοκλῆς εἰς τὸ τρέφω ἀντὶ τοῦ ἔχω. Vere hoc monet: v. locos ab Ellendtio collectos, hujus fabulae 660. 1089. Aj. 503. 644. 1124. O. R. 356. 374. Trach. 28. 117. Phil. 795.

900.–928. Seclusi versus spurios, quorum ad v. 909.–912. Brunckius haec annotavit, "Iisdem paene verbis apud Herodotum 3, 119. Intaphernis uxor rationem exponit, cur fratrem malit quam maritum vel quemvis alium e suis a morte servare: ad quem locum vide Valckenarii notam." Intaphernis, unius ex conjuratis, uxori quum optio ab Dario data esset utrum maritum vel liberos an fratrem morte plecti mallet, mulierque respondisset, εἰ μὲν δὴ διδοῖ βασιλεὺς ἑνὸς τὴν ψυχὴν, αἱρέομαι ἐκ πάντων τὸν ἀδελφεὸν, Darius sermonem ejus miratus nuncium mittit dicentem, "ὦ γύναι, εἰρωτᾷ σε βασιλεὺς τίνα ἔχουσα γνώμην τὸν ἄνδρα τε καὶ τὰ τέκνα ἐγκαταλιποῦσα τὸν ἀδελφεὸν εἵλεο περιεῖναί τοι, ὃς καὶ ἀλλοτριώτερός τοι τῶν παίδων καὶ ἧσσον κεχαρισμένος τοῦ ἀνδρός ἐστι." ad quae mulier respondet, "ὦ βασιλεῦ, ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλοιμι· πατρὸς δὲ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μευ ζωόντων, ἀδελφεὸς ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο." Quo mulieris acumine Darius delectatus fratrem illius filiorumque natu maximum dimisit, reliquis occisis. Ad quae Valckenarius recto judicio usus annotavit non Herodotea ex Sophocleis, quae quorundam opinio fuerat, sed Sophoclea ex Herodoteis esse expressa, addiditque ab mulieris Herodoteae et Antigonaè Sophocleae judicio non valde dissidere illud Abauchae Scythae, qui uxore liberisque tenellis post se relictis aegrotantem amicum ex incendio servaverit, ut narrat Lucianus Toxar. 61. vol. 2. p. 565. rogatusque caussam, ἀλλὰ παῖδας μὲν, ἔφη, καὶ αὖθις ποιήσασθαί μοι ῥᾴδιον καὶ ἄδηλον εἰ ἀγαθοὶ ἔσονται οὗτοι, φίλον δὲ οὐκ ἂν εὕροιμι ἄλλον ἐν πολλῷ χρόνῳ τοιοῦτον, οἷον Γυνδάνης ἐστί. Mirum tamen est non sensisse Valckenarium, acerrimi judicii virum, quae Intaphernis uxor de fratre superstite dixerat perabsurde ab Antigona cadaveri adhi-

ἔλουσα κἀκόσμησα κἀπιτυμβίους

beri fratris occisi, quasi is violando ab Antigona edicto Creontis, qui corpus Polynicis insepultum projici jusserat, in vitam revocari possit. Nec quidquam lucramur Antigonae oratione in eam detorquenda sententiam ut Creonti, si is aut mariti ejus, qui nullus est, aut liberorum ejus, qui ipsi quoque nulli sunt, corpora insepulta relinqui jussisset, facilius se obtemperaturam fuisse dicat quam passuram ut frater justis post mortem honoribus careret, quum mariti quidem liberorumque jactura facile reparari possit, fratris vero jactura mortuis parentibus reparari ullo modo nequeat, ideoque fratri mortuo plus curae et honoris debeat quam marito liberisve, si qui essent, mortuis debitura sit. Nam hujus quoque inventi major est absurditas quam quae Sophocli imputari possit. Quamobrem non dubitandum quin longa haec declamatio v. 900.–928. paucioribus quibusdam quos Sophocles posuerat versibus ab vetere interpolatore substituta sit, sive is Iophon, Sophoclis filius, fuit, sive, quod multo verisimilius mihi videtur, unus ex eo genere poetarum, quos Aristophanes in Ranis v. 90. descripsit, *μειρακύλλια | τραγῳδίας ποιοῦντα πλεῖν ἢ μυρίας, | χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης, | ἃ φροῦδα θᾶττον, ἢν μόνον χορὸν λάβῃ, | ἅπαξ προσουρήσαντα τῇ τραγῳδίᾳ.* Quod ante Aristotelis tempora factum esse haec ejus verba arguunt Rhetor. 3, 16. *ἂν δ' ἄπιστον ᾖ, τότε τὴν αἰτίαν ἐπιλέγειν, ὥσπερ Σοφοκλῆς ποιεῖ παράδειγμα τὸ ἐκ τῆς Ἀντιγόνης, ὅτι μᾶλλον τοῦ ἀδελφοῦ ἐκήδετο ἢ ἀνδρὸς ἢ τέκνων· τὰ μὲν γὰρ ἂν γενέσθαι* (exspectes *αὖθις γενέσθαι*) *ἀπολόμενα, "μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς βεβηκότων | οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτε."* Istiusmodi autem poeta etsi non tam puerili-

ter contra linguae Atticae et tragicae leges peccavit ut inferiorum temporum interpolatores multos aliis in locis tragicorum peccasse videmus, tamen et in delectu verborum et in sententiarum conformatione plura commisit quae clare ostendant quanto inferior Sophocle fuerit: quorum unum alterumque facile excusari posset, sed quibus tot numero intra undetriginta versus constipatis, de quibus ad versus singulos dicetur, interpolator hic non minus manifesto sese prodidit quam qui Aeschylo in Choephoris versus tres et viginti intulit 274.–296. ridiculos magis quam tragicos. Ceterum laudandus mihi est Augustus Jacobus, qui in Quaestionibus Sophocleis anno 1821. editis novem versus 905.—913. spurios esse notavit eamque sententiam copiosius defendit in Praefatione ad Antigonam cum annotationibus Germanicis Berolini a. 1849. editam p. 17–23. Hujus sententiam secutus, sed paullo longius progressus Nauckius post verba *χοὰς ἔδωκα* v. 902. pergi voluit *ταῦτ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν* (v. 914.), rectius facturus si versus quattuor 900.–904. totos sustulisset. Nam, quod Nauckius quoque sensit, verba *φίλη δὲ σοὶ, κασίγνητον κάρα* v. 899. ita sunt dicta ut in toto theatro ne unum quidem hominem fuisse putem quin de Polynice dicta acciperet, de quo Antigona similiter dixerat v. 73. *φίλη μετ' αὐτοῦ κείσομαι φίλου μέτα.* et quem per totam hanc fabulam ita unice curat ut Eteoclis nullam usquam mentionem faciat nisi duobus in locis ubi necessario de eo dicendum erat, primum v. 23. ubi Creontis de utroque fratre sententiam, justam de Eteocle, injustam, ut ipsi videtur, de Polynice, exponit, deinde in colloquio cum Creonte, ubi tantum de eo dicit quantum verba

χοὰς ἔδωκα· νῦν δὲ, Πολύνεικες, τὸ σὸν
δέμας περιστέλλουσα τοιάδ' ἄρνυμαι.
καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα τοῖς φρονοῦσιν εὖ.
οὐ γάρ ποτ' οὔτ' ἂν εἰ τέκνων μήτηρ ἔφυν
οὔτ' εἰ πόσις μοι κατθανὼν ἐτήκετο,
βίᾳ πολιτῶν τόνδ' ἂν ἠρόμην πόνον.
τίνος νόμου δὴ ταῦτα πρὸς χάριν λέγω;
πόσις μὲν ἄν μοι κατθανόντος ἄλλος ἦν,
καὶ παῖς ἀπ' ἄλλου φωτὸς, εἰ τοῦδ' ἤμπλακον,
μητρὸς δ' ἐν Ἅιδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν

904. τίμησα sine coronide. 907. ἂν ἠρόμην] ἀνηρόμην

postulabant Creontis, δμαιμον eum esse ἐκ μιᾶς τε καὶ ταὐτοῦ πατρός. Interpolator vero additis versibus 900.–903. effecit ut ex tertio demum post verba κασίγνητον κάρα versu, ubi Polynices compellatur, priora illa de Eteocle dicta esse intelligatur: unde scholiasta ad κασίγνητον κάρα annotavit, ὃ Ἐτεόκλεις· ἐξῆς γὰρ τοῦ Πολυνείκους μετὰ οἴκτου μνημονεύει.

900. αὐτόχειρ] αὐτόχειρα τοῦ τάφου dixit Sophocles v. 306.

902. χοὰς ἔδωκα] Hac locutione utitur Euripides Or. 124. Phoen. 940. Iph. T. 61.

904. καίτοι σ' ἐγὼ 'τίμησα] Scholiasta, παρὰ τοῖς καλῶς φρονοῦσι δικῶ σε τετιμηκέναι, ὥστε τοὺς συνετοὺς ἀποδέξασθαι τὰ ὑπ' ἐμοῦ εἰς σὲ γενόμενα. Triclinius, πάντες γὰρ οἱ νουνεχεῖς καὶ τὰ πράγματα ὡς δεῖ διακρίνοντες ἠγάσαντό με τῆς περὶ σὲ σπουδῆς. σύναπτε δὲ τὸ εὖ πρὸς τὸ ἐτίμησα. Recte sensit Triclinius εὖ cum ἐτίμησα potius quam cum φρονοῦσιν, ubi facilius eo caremus, conjungendum fuisse. Quae collocatio verborum poetam prodit parum exercitatum, qui metro non potuit satisfacere nisi particula male eo in loco collocata ubi ab lectoribus Graecis non poterat non cum φρονοῦσιν conjungi.

906. κατθανὼν ἐτήκετο] Haec verba etiam de liberis versu praecedente memoratis intelligi voluit poeta, parum apte verbo usus ἐτήκετο, quod tabescentes significat, pro ἐπύθετο.

907. βίᾳ πολιτῶν fortasse sumtum ex versu 70., Ismenae, quae ibi loquitur, convenientius quam Antigonae, quae culpam crudelis edicti in Creontem solum confert.

ἂν ἠρόμην ex uno apographo pro ἀνηρόμην.

908. τίνος νόμου] Triclinius, ἤγουν τίνι νόμῳ χαριζομένη, καὶ στέργουσα καὶ ἀποδεχομένη τοῦτον, λέγω ταῦτα;

909. κατθανόντος] Hoc dixit pro κατθανόντος τοῦ προτέρου.

910. εἰ τοῦδ' ἤμπλακον] τοῦδε ad παῖς referendum, etsi verba ita sunt collocata ut ad φωτὸς potius referendum esse videatnr.

911. κεκευθότοιν] κεκευθότων scholiasta ad Oed. T. 968. τετευχότων Clemens Alex. Strom. 6. p. 747. βεβηκότων Aristoteles Rhetor. 3, 16. p. 1417, 32.

οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις ἂν βλάστοι ποτέ.
τοιῷδε μέντοι σ' ἐκπροτιμήσασ' ἐγὼ
νόμῳ, Κρέοντι ταῦτ' ἔδοξ' ἁμαρτάνειν
καὶ δεινὰ τολμᾶν, ὦ κασίγνητον κάρα.
καὶ νῦν ἄγει με διὰ χερῶν οὕτω λαβὼν
ἄλεκτρον, ἀνυμέναιον, οὔτε του γάμου
μέρος λαχοῦσαν οὔτε παιδείου τροφῆς,
ἀλλ' ὧδ' ἔρημος πρὸς φίλων ἡ δύσμορος
ζῶσ' ἐς θανόντων ἔρχομαι κατασκαφάς·
ποίαν παρεξελθοῦσα δαιμόνων δίκην;
τί χρή με τὴν δύστηνον ἐς θεοὺς ἔτι
βλέπειν; τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων; ἐπεί γε δὴ
τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.
ἀλλ' εἰ μὲν οὖν τάδ' ἐστὶν ἐν θεοῖς καλά,

912. βλάστοι] βλαστοῖ 916. λαβὼν] λαβῶν pr. 917. οὔτε του] οὔτέ τοῦ, circumflexo eraso. 918. παιδείου] παιδίου 920. ἐς scripsi pro εἰς. θανόντων — κατασκαφάς] θανάτων — κατασφαγάς 923. αὐδᾶν] αὐδᾶν corr.

912. βλάστοι] Codex et apographa βλαστοῖ. Recte apud Aristotelem. Sophocli autem ut scriberet οὐκ ἔστ' ἀδελφὸς ὅστις — non facile in mentem venturum erat, quum recta in promtu esset orationis forma οὐκ ἔσθ' ὅπως ἀδελφὸς ἂν βλάστοι ποτέ.

913. ἐκπροτιμήσασ'] Verbum ex hoc uno loco cognitum.

916. ἄγει με] Per satellites suos, quos Creon appellat τοὺς ἄγοντας v. 931.

917. 918. Haec ex verbis Antigonae v. 867. 876. composita sunt ab interpolatore, parum decore adjecto οὔτε παιδείου τροφῆς, i. e. οὔτε παῖδα θρέψασαν, ut explicat scholiasta. παιδείου ex paucis apographis pro παιδίου restitutum.

91[illegible]ου] utrum hic scriptor TOT pronomen (τινος) an articulum (τοῦ) esse voluerit. Sophocles neutrum additurus erat.

920. θανόντων—κατασκαφάς recte apographa omnia pro θανάτων—κατασφαγάς. κατασκαφὴς οἴκησις dicta erat v. 891.

921. παρεξελθοῦσα—δίκην] Similiter v. 60 νόμου βίᾳ ψῆφον τυράννων ἡ κράτη παρέξιμεν.

923. τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων;] Hoc parum apte finxit interpolator. Nullos enim socios expetit Antigona, sed praecipuam laudem in eo ponit quod sola Creontis edicto esse opposuit mortemque sola subit. De quo videnda quae ipsa dixit v. 69.–77.

924. τὴν δυσσέβειαν] Impietatis crimen.

παθόντες ἂν ξυγγνοῖμεν ἡμαρτηκότες·
εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι, μὴ πλείω κακὰ
πάθοιεν ἢ καὶ δρῶσιν ἐκδίκως ἐμέ.
ΧΟ ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων ῥιπαὶ
τήνδε γ' ἔχουσιν. 930
ΚΡ. τοιγάρτοι καὶ τοῖσιν ἄγουσιν

927. ἁμαρτάνουσι] ἁμαρτάνουσιν 928. ἐκδίκως] ἐνδίκως, κ ab S. 929. ἀνέμων ῥιπαὶ | τήνδε γ' ἔχουσιν scripsi pro ἀνέμων αὗται | ψυχῆς ῥιπαὶ τήνδε γ' ἔχουσιν. 931. καὶ scripsi pro τούτων. τοῖσιν] τοῖσ

926. Scholiasta, εἰ ταῦτα τοῖς θεοῖς ἀρέσκει, παθόντες τὴν τιμωρίαν γνοίημεν τὴν ἁμαρτίαν. Itaque ἂν ξυγγνοῖμεν non cum παθόντες, sed cum ἡμαρτηκότες est construendum, *fatebimur peccasse*, ξυγγνοῖμεν metri caussa pro γνοῖμεν posito.

927. εἰ δ' οἵδ' ἁμαρτάνουσι] Scholiasta, ἐπὶ τὸν Κρέοντα ἡ ἀναφορά. ἐκδίκως· ἔξω τοῦ δικαίου.

μὴ πλείω κακά perinepte dictum ubi μὴ μείω aut ἴσα κακὰ potius dicendum erat.

928. Quod διορθωτὴς pro ἐνδίκως restituit ἐκδίκως in apographis omnibus est.

929. ἔτι] Scholiasta, ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ κινήματι ἔοικεν ἡ παῖς εἶναι· οἷον· οὐκ ἐνδέδωκεν ὀδυρομένη. Recte Camerarius: neque enim aut peccasse se fatetur, aut poenitere facti. Ideo dicit chorus retinere pristinum animi impetum, a ventorum flatibus translatione ducta. WUND.

αὗται in codice post ἀνέμων additum ab editoribus recentioribus recte in αὗται mutatum, sed tam supervacuum est ut non dubitem quin metri explendi caussa insertum sit postquam glossema ψυχῆς ad ἀνέμων adscriptum textui illatum esset: quae etiam Hermanni sententia olim fuit, etsi postmodum ab ipso rejecta, quum non sentiret quam inepto modo figurata et propria forma dicendi mixta sit in verbis ἀνέμων ψυχῆς ῥιπαί. Utroque igitur sublato chori verba ex dimetro constant et monometro, ut verba Antigonae v. 933. 934. ῥιπὰς ἐχθίστων ἀνέμων similiter figurate dixit chorus v. 137. Iisdem autem motibus Antigonam agitari in eademque quam per totam hanc fabulam contra Creontem defendit sententia de sepultura Polynici debita chorus recte colligit ex versibus ejus v. 891.–903. apteque post ultima ejus verba, νῦν δὲ, Πολύνεικες, τὸ σὸν | δέμας περιστέλλουσα τοιάδ' ἄρνυμαι, pergit ἔτι τῶν αὐτῶν ἀνέμων ῥιπαὶ τήνδ' ἐπέχουσιν. Nam sic, vel τῇδ' ἐπέχουσιν, haud dubie corrigendum quod in codice est τήνδε γ' ἔχουσιν. Usitatum de ventis verbum est ἐπέχειν, cujus exempla vide in Thesauro vol. 3. p. 1501.

931. τοιγάρτοι τούτων, quod est in codice; servatum est in apogr. Par. 2712. et ed. Ald., in τοιγὰρ τούτων mutatum in apographis ceteris ab correctore, qui non animadverterat excidisse καί (ut καὶ post καίτοι excidit v. 949.) et pronomen τούτων ab interpolatore esse illatum. τοιγάρτοι dixerunt Aeschylus Suppl. 655., Aristoph. Ach. 643. aliique Attici veteres non pauci. Aptissime autem Creontis pertinacia significatur particulis τοιγάρτοι καί, quae aliquanto fortiores sunt quam sim-

κλαύμαθ' ὑπάρξει βραδυτῆτος ὕπερ.
ΑΝ. οἴμοι, θανάτου τοῦτ' ἐγγυτάτω
τοὔπος ἀφῖκται.
ΧΟ. θαρσεῖν οὐδὲν παραμυθοῦμαι
μὴ οὐ τάδε ταύτῃ κατακυροῦσθαι.
ΑΝ. ὦ γῆς Θήβης ἄστυ πατρῷον
καὶ θεοὶ προγενεῖς,
ἄγομαι δὴ κοὐκέτι μέλλω.
λεύσσετε, Θήβης οἱ κοιρανίδαι,
οἷα πρὸς οἵων ἀνδρῶν πάσχω,
τὴν εὐσεβίαν σεβίσασα.

Post 940. sequebatur *τὴν βασιλίδα μοῦσην λοιπήν.*

933. *ἐγγυτάτω*] *ἐγγυτάτωι* ΧΟ.] ΚΡ. 939. *δὴ*] *δὴ 'γὼ σέβειαν* 934. *ἀφῖκται*] *ἀφίκται* 935. 943. *εὐσεβίαν* Triclinius] *εὐ-*

plex *τοιγὰρ*, quod non sensit vetus corrector qui *τοιγὰρ τούτων* scripsit, et *τούτων* vel ad *ἀνέμων* rettulit vel genere neutro dictum esse voluit, quorum dubites utrum utro sit ineptius. In verbis proximis *τοῖς* recte in *τοῖσιν* mutatum in apographis. V. ad v. 382.

932. *κλαύμαθ' ὑπάρξει*] I e. punientur.

935, 936. In codice Creonti tribuuntur. Huic an choro sint tribuendi ambigit scholiasta, *οὐ παραμυθοῦμαί σε θαρρεῖν, ὡς μὴ κεκυρωμένου σοι τοῦ ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησιν, ὡς οὐκ ἐνδιδοὺς, ἵνα μὴ ὑπονοήσῃ ἐκείνη μεταπεπεικέναι αὐτὸν δακρύουσα. ἢ ὁ χορὸς λέγει, ὡς τοῦ Κρέοντος μὴ μεταπεισθέντος.* Choro esse restituendos ostendit Boeckhius.

938. *προγενεῖς*] Antiqui. Sunt autem illi antiqui dii Mars et Venus, Harmoniae, Cadmi conjugis, parentes. HERM. In *πατρογενεῖς* corruptum in apogr. Par. 2712. aliisque. Venus *γένους προμάτωρ* dicitur ab Aeschylo Sept. 140., Juppiter *προγόνων προπάτωρ* ab Sophocle Aj. 380.

939. *δὴ κοὐκ* recte in Par. 2712. aliisque paucis. Quod in codice est *δὴ 'γὼ κοὐκ* corrector posuisse videtur qui versum acatalectum facere vellet.

940. *οἱ κοιρανίδαι*] Recte scholiasta, *κοίρανοι· τοῖς ἀπὸ τοῦ χοροῦ φησιν· εἰώθασι γὰρ οὐ μόνον τοὺς βασιλεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνδόξους τῶν πολιτῶν οὕτω καλεῖν.* Sic infra v. 998. *Θήβης ἄνακτες*, ut chorus senum Thebanorum *χώρας ἄνακτες* compellatur ab Iocasta Oed. T. 911. et senum Atticorum *ἄνδρες τῆσδε δημοῦχοι χθονός* a Polynice Oed. C. 1348.

Delevi futilem qui in codice sequitur versum *τὴν βασιλίδα μοῦσην λοιπήν*, quo ejecto non est necessarium ut *μ'* pronomen post *κοιρανίδαι* inseratur, quum hiatus inter *κοιρανίδαι* et *οἷα* nihil offensionis habeat in vocativo. *βασιλίδα* scholiasta interpretatur *τὴν βασίλειαν*, quod Triclinius in textu posuit.

ΧΟ. ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς
ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς· 945
κρυπτομένα δ' ἐν τυμβήρει θαλάμῳ κατεζεύχθη·
καίτοι καὶ γενεᾷ τίμιος, ὦ παῖ παῖ,
καὶ Ζηνὸς ταμιεύεσκε γονὰς χρυσορύτους. 950

944.–954. = 955.–965.

944.–947. Versus sic divisi, ἔτλα–| ἀλλάξαι–| αὐλαῖσ–| τυμβήρει—.

944. Δανάας] δανᾶσ, ά a m. pr. Hermannus. 949. καὶ post καίτοι addidit Hermannus. 950. Duo versus, καὶ–| σκε γονὰσ—. Triclinius χρυσορρύτουσ χρυσορύτους

944. — 987. Egregie instituit poeta ut chorus, misero Antigonae fato in dolorem non mediocrem conjectus, aliquo cantu prosecuturus decedentem virginem ac semet ipsum quodammodo consolaturus trium proferret hominum nobilium exempla, qui simili calamitate olim adfecti vivique in speluncas subterraneas inclusi essent, Danaae, Lycurgi et Cleopatrae. Ex his quanquam Danae et Cleopatra liberatae postmodo e custodiis ab aliis scriptoribus traduntur, tamen illi valde errant interpretes, qui chorum commemorandis exemplis illis simul Antigonae aliquam recuperandae libertatis spem injicere voluisse suspicantur. WUND.

944.–954. ἔτλα—ἐκφίγοιεν] Sensus nexusque hic est: toleravit eandem fortunam Danae, ut in carcerem subterraneum includeretur; quanquam enim nobilis erat et ab Jove amabatur, cujus compressu gravida facta est, tamen succubuit fato, cui nulla unquam vis resistere potest. Fabula, quam tangit Sophocles, haec est: Acrisius, rex Argivorum, quum ab oraculo monitus esset fore ut Danae, filia ipsius, puerum pareret, a quo interficeretur, in conclavi aereo subterraneo eam inclusam custodivit. Nihilominus Juppiter in imbrem aureum conversus et per tegulas demissus cum Danae rem habuit; unde natus postmodo Perseus est. Cfr. Apollod. 2, 4, 1. Hygin. fab. 63. et Horat. Od. 3, 16, 1 sqq. schol. ad Apollon. Rhod. 4, 1091. WUND.

944. οὐράνιον φῶς ἀλλάξαι] *Tenebris mutare lucem coelestem.* MUSGR. Δανάας δέμας usitata tragicis periphrasi dictum pro Δανάη.

945. χαλκοδέτους αὐλὰς dicit quem χαλκοῦν θάλαμον dixerunt Pausanias 2, 23, 7. ἄλλα δέ ἐστιν Ἀργείοις θέας ἄξια. κατάγεων οἰκοδόμημα, ἐπ' αὐτῷ δὲ ἦν ὁ χαλκοῦς θάλαμος, ὃν Ἀκρίσιός ποτε ἐπὶ φρουρᾷ τῆς θυγατρὸς ἐποίησε· Περίλαος δὲ καθεῖλεν αὐτὸν τυραννήσας. et Apollod. 2, 4, 1. δείσας οὖν Ἀκρίσιος τοῦτο, ὑπὸ γῆν θάλαμον κατασκευάσας χάλκεον τὴν Δανάην ἐφρούρει. χαλκοῦς autem vel χαλκόδετος dicitur quia parietes conclavis aereis laminis tabulati fuerant. Monuit Boeckhius. Idem τυμβήρης dicitur ut κατηρεφὴς τύμβος et κατασκαφὴς οἴκησις Antigonae v. 885. 891.

949. καὶ post καίτοι in codice excidit eodem errore quo καὶ post τοιγάρτοι v. 931.

950. ταμιεύεσκε] Scholiasta, ἀντὶ τοῦ ἐν αὐτῇ εἶχε τὰς γονὰς τοῦ Διός· ὅ ἐστιν, ἔγκυος ἦν.

ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά·
οὔτ' ἄν νιν ὅλβος οὔτ' Ἄρης, οὐ πύργος, οὐχ ἁλίκτυποι
κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν.
ζεύχθη δ' ὀξύχολος παῖς ὁ Δρύαντος,
Ἠδωνῶν βασιλεύς, κερτομίοις ὀργαῖς
ἐκ Διονύσου πετρώδει κατάφαρκτος ἐν δεσμῷ.
οὕτω τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει

951. ἀλλ' ἁ—τις] ἀλλὰ—τίσ πύργοσ— ἄν νιν] ν ante ιν ab S. 952. Duo versus, οὔτ' ἄν—| οὐ ὅλβος Erfurdtius pro ὄμβρος. 955. ὀξύχολος Scaliger pro ὀξυχόλως. ὀξυλόχωσ pr. 956.-958. Versus sic divisi, ἠδωνῶν (cum spiritu aspero)—| ὀργαῖσ—| πετρώδει—. 958. πετρώδει] ει in η mutatum a m. pr. 959. τᾶς] τὰσ pr.

951. ἀλλ' ἁ in apographis pro ἀλλά.

952. ὅλβος—Ἄρης] Eadem conjunxit Bacchylides ab Erfurdtio comparatus apud Stobaeum Ecl. phys. 1, 166. θνατοῖσι δ' οὐκ αὐθαίρετοι | οὔτ' ὅλβος οὔτ' ἄκαμπτος Ἄρης οὔτε πάμφθερσις στάσις.

955.-965. Alterum similis fati exemplum commemorat Lycurgi, regis Thracum, quem, quod Bacchum ejusque comites contemsisset et laesisset, antro inclusum esse tradit. Eadem de re exposuerunt Homerus Il. 6, 130–140, qui occaecatum eum ab Jove propter illum contemptum Bacchi narrat, Apollod. 3, 5, 1. Diodor. 3, 65. et Hygin. fab. 132. WUND. Scholiasta, τὸ ἑξῆς· ζεύχθη πετρώδει κατάφρακτος ἐν δεσμῷ· μὴ οὕτω δὲ αὐτὸ λάβωμεν, ὅτι καὶ ἡ Ἀντιγόνη ἀσεβὴς οὖσα πέπονθεν ὅπερ ὁ ἀσεβὴς Λυκοῦργος, ἀλλ' ἁπλῶς τῇ παραθέσει τῶν ὁμοίων δυστυχιῶν παραμυθεῖται τὴν κόρην.

ὀξύχολος] *Acrem* Lycurgum dixit Virgil. Aen. 3, 14. WUND.

956. Ἠδωνῶν] Est populi Thracii nomen ab geographis aliisque scriptoribus multis memorati. Aeschyli tragoedia, in qua fabulam de Lycurgo Thracum rege tractaverat, Ἠδωνοί inscripta fuit, prima tetralogiae Lycurgeae tragoedia.

κερτομίοις ὀργαῖς] Mirum dativi usum per διὰ τὰς κερτομίους ὀργὰς explicat scholiasta, sive *propter procax ingenium*, ut vertit Erfurdtius. Recte, nisi κερτομίοις ὀργαῖς est dittographia verborum κερτομίοις γλώσσαις ex v. 961., Sophocles autem aliud quid scripsit.

958. ἐκ Διονύσου (i. e. ὑπὸ Διονύσου) pendet ab κατάφαρκτος.

πετρώδει—δεσμῷ] In antro montis Pangaei. Vide Apollodor. 3, 5. MUSGR.

κατάφαρκτος] Temere in κατάφρακτος mutatum in apographis omnibus. Conf. ad v. 235. et ad Ajac. 909. ubi codex et apographa ἄφρακτος. Sic veteres Attici non ναύφρακτος dixerunt, sed ναύφαρκτος, quod notavi ad Aristoph. Acharn. 95.

959. οὕτω—μένος] Sententia generalis est, sensusque hic: ita (i. e. istiusmodi poena) compescitur magna et vegeta vis insaniae sive furor. WUND. Sic fere haec interpretanda forent, si recte haberet codicis scriptura, quam satis manifestum est inepte esse interpolatam. Nam nec sententia illa generalis apta huic loco est, nec

ἀνθηρόν τε μένος. κεῖνος ἐπέγνω μανίαις
ψαύων τὸν θεὸν ἐν κερτομίοις γλώσσαις.
παύεσκε μὲν γὰρ ἐνθέους γυναῖκας εὔιόν τε πῦρ,
φιλαύλους τ' ἠρέθιζε Μούσας.
παρὰ δὲ Κυανεᾶν σπιλάδων διδύμας ἁλὸς

966.-976. = 977.-987.

960. Duo versus, ἀνθηρόν-| νοσ ἐπέγνω—. 962. Duo versus, παύεσκε-| γυναῖκασ— 965. τ' om. 966. παρα δε sine accentibus. Κυανεᾶν σπιλάδων Wieselerus in dissertatione Gottingae a. 1857. edita pro Κυανέων πελάγεων (hoc accentu codex, non πελαγέων) πετρῶν

proxima verba κεῖνος ἐπέγνω apte juncta praecedentibus sunt, nec μανίαις scriptum ab Sophocle esse potest, nec ψαύων cum accusativo constructum esse verisimile est. Sophocles tale quid scribere potuit, οὕτω τᾶς μανίας κεῖνος ἀποστάζων | ἀνθηρόν τι μένος δεινοῦ ἐπέγνω παράνους | ψαύων τοῦ θεοῦ ἐν κερτομίοις γλώσσαις. τᾶς μανίας μένος ἀποστάζειν (eadem fere metaphora qua ἀπορρεῖν in pluribus locutionibus usurpatur) Lycurgus dicitur, cujus procacitas paullatim frangitur, sentientis quam terribilis sit deus quem temere lacessivit. δεινοῦ et θεοῦ correpta ante vocalem diphthongo dici potuit, ut πένθεῖ ἐμοί choriambus est in Electr. 847. Scholiastae annotationes, quibus nihil proficitur, quattuor sunt, prima, qua ἀποστάζει male interpretatur, οὕτω καὶ τοῦ Λυκούργου ἀπὸ τῆς μανίας ὀργὴ ἀποβαίνει. μένος γὰρ ἡ ὀργή. ἀνθηρὸν δὲ τὸ ἀκμαῖον καὶ ἀνθοῦν ἐν κακοῖς, secunda (ad δεινόν), ἀντὶ τοῦ πολύ, tertia (gl. ad μένος) μανία, quarta, κεῖνος ἐπέγνω: τὸ ἑξῆς, κεῖνος ἐπέγνω τὸν θεὸν κερτομίοις γλώσσης
αις
μανίας (sic) ψαύων, ubi γλώσσης librarii errore pro γλώσσαις scriptum videtur. Singulari si uti voluisset Sophocles ἐν κερτομίῳ γλώσσᾳ dixisset. Confert Musgravius Trach. 1000. τόδ' ἀκήλητον μανίας ἄνθος καταδερχθῆναι. ibid. 1089. ἦνθηκεν (sc. νόσος), ἐξώρμηκεν.

964. ἐνθέους] Scholiasta, τὰς θεολήπτους Βάκχας. εὔϊόν τε πῦρ· τὸ ὑπὸ τῶν Βακχῶν αἰρόμενον ἐν ταῖς Διονυσιακαῖς δαδουχίαις. Conf. Oed. T. 214. Eurip. Bacch. 146. MUSGR.

965. φιλαύλους (τ' recte additum in apographis) ἠρέθιζε Μούσας] Scholiasta, κακολογῶν αὐτὰς ἠρέθιζε καθ' αὑτοῦ. λέγει οὖν· ἐτάραττε καὶ ἐσκόρπιζε τὰς τῶν αὐλῶν φδάς. ἢ οὕτως· τὰς Μούσας τὰς περὶ τὸν Διόνυσον ἐχλεύαζε, τουτέστι, τοὺς ὕμνους ἢ τοὺς λόγους· τινὲς δέ φασιν ὅτι καὶ τὰς Μούσας ὕβρισεν. Inter Bacchi comites a Diodoro 4, 4. recensentur Musae. Ἠρέθιζε, *lacessivit*, dictis puta procacibus et contumeliosis. MUSGR.

966.-987. Sensus hic est, Ne Cleopatra quidem fato resistere potuit, quanquam e dis orta fuit, sed in carcerem conclusa est; cujus calamitatem deplorantes filii misere tabescebant, a noverca etiam occaecati. Fabula autem quam tetigit, haec fere fuisse statuenda est: Phineus, rex Salmydessi Thracii, uxorem duxit Cleopatram, filiam Boreae et Orithyiae, ex qua duos genuit filios, Plexippum et Pandionem vulgo appellatos. Repudiata autem Cleopatra

ἀκταὶ Βοσπόριαι ἰδ' ὁ Θρῃκῶν ἄξενος

967. Versus sic divisi, ἀκταὶ-| ἦδ' ὁ-| ἵν'—. ἰδ' Triclinius pro ἦδ' ἄξενος addidit Boeckhius.

et in custodiam condita duxit Idaeam, filiam Dardani, regis Scytharum, quae privignos suos vim sibi inferre voluisse apud Phineum criminata perfecit ut oculis illos privare per eum sibi liceret. Vide prae ceteris Diodorum 4, 43. 44, qui pluribus de ista fabula exposuit. Paucis de ea egit Apollodorus 3, 15, 3, ex quo sua hausit scholiasta ad v. 980, admiscens nonnulla de quibus Sophocles non cogitavit. WUND.

966. παρὰ δὲ Κυανεᾶν σπιλάδων διδύμας ἁλός] Est metrum quod grammatici (v. Hephaest. p. 42.) Aeolicum vocant, compositum ex basi tribusque dactylis cum catalexi trochaica sive cretica. Basis apud Sapphonem, Alcaeum scriptoremque carminis Theocritei 29. disyllaba est, id est trochaica vel spondiaca vel iambica, nec poterat alia esse, quum poetae illi integra hoc metro carmina conderent, in quibus incommodum fuisset constanter uti tribracho, inelegans vero tribrachum tribus illis quos dicebam pedibus disyllabis uno alteroque in versu admiscere. Sophocles vero, qui uno tantum hujusmodi versu in hoc carmine uteretur, tribracho, qui aliis quoque numeris dactylicis interdum praemittitur, uti maluit quam in stropha πὰρ δὲ, in antistropha κὰδ δὲ pro παρὰ δὲ et κατὰ δὲ scribere.

Κυανεᾶν σπιλάδων] Scriptura codicis κυανέων πελάγεων πετρῶν orta est ex σπιλάδων in πελάγεων corrupto veraeque scripturae glossemate πετρῶν. Nam sic grammatici σπιλάδας explicare solent, velut Hesychius, σπιλάδες· αἱ περιεχόμεναι τῇ θαλάσσῃ πέτραι, s. v. σπίλον, σπιλάδες γὰρ πέτραι. σπιλάδων nomine Sophocles usus est in fragm. (341.) apud schol. Arist. Ran. 678. ἐφ' ὑψηλαῖς σπιλάδεσσι. De Κυανέαις illis πέτραις, quae etiam πλαγκταὶ appellantur, scriptorum testimonia collecta sunt in Thesauri edit. Paris. sub utroque vocabulo, ex quibus sufficiet Strabonis verba apposuisse 7. p. 319. αἱ δὲ Κυάνεαι πρὸς τῷ στόματι τοῦ Πόντου εἰσὶ δύο νησίδια, τὸ μὲν τῇ Εὐρώπῃ προσεχὲς, τὸ δὲ τῇ Ἀσίᾳ. Κυανέας Συμπληγάδας dixit Euripides Med. 2. et Κυανεᾶν Συμπληγάδων πετρᾶν ib. 1259. Genitivi forma vulgaris in libris, ut apud Sophoclem, saepe falso accentu scripta κυανέων pro κυανεῶν, quod ubique restituendum. Scholiasta nec κυανέοις πέλαγεσι, quae nemo dixit, nec metri vitio offensus scripturam codicis sic est interpretatus, ἀντὶ τοῦ, παρὰ δὲ τοῖς κυανέοις πελάγεσι τῆς διδύμης θαλάττης γέγονεν ἐμφύλια κακὰ περὶ τοὺς Φινείδας. κυανέοις δὲ πελάγεσιν εἶπεν τοῖς ὑπὸ τῶν κυανέων πετρῶν περιεχομένοις. διδύμων πελαγέων sine nomine auctoris attulit Eustathius ad Homer. p. 581, 18., sed rectius διδύμη θάλασσα ex Sophocle idem ad Dionys. Perieg. 148. ubi Dionysius ipse paullo inferius, postquam de Cyaneïs dixit, v. 156. ἐκ τοῦ δ' ἂν καὶ πόντον ἴδοις διθάλασσον ἐόντα.

παρὰ] I. e. *apud*, i. e si quis ab Cyaneïs progrediatur. Sic v. 1123. ναιετὼν παρ' ὑγρῶν Ἰσμηνοῦ ῥείθρων.

967. ἀκταὶ] Scil. εἰσί. Usitatus hic poetis inde ab Homero incipiendae narrationis modus, *est locus ubi*—.

ἰδ'] Quod in codice est ἦδ' significat ἠδ', ut scriptum in apographis.

ἄξενος] Idem pluribus verbis dixit Aeschylus Prom. 726. τρα-

Σαλμυδησσὸς, ἵν' ἀγχίπτολις Ἄρης 970
δισσοῖσι Φινείδαις
εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος
ἀραχθὲν ἐξ ἀγρίας δάμαρτος

970. Σαλμυδησσὸς] σαλμυδισσὸς ἵν'] ὃν superscr. ab S. ἀγχίπτολις] ἀγχίπολις 973. ἀραχθὲν Wunderus pro τυφλωθέν.

χεῖα πόντου Σαλμυδησία γνάθος, | ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν. Σαλμυδησσὸς (in apographis σαλμυδησσὸς scriptum) et urbis et sinus et litoris nomen est, de quo schol. Apoll. Rh. 2, 177. ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖται τὸν Φινέα περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν κατοικῆσαι. ὁ δὲ Σαλμυδησσὸς ἐπὶ τῆς Θρᾴκης ἐστὶ κατὰ τὰ ἀριστερὰ εἰσπλέοντι τὸν Πόντον.

970. ἵν'] Scholiasta, τὸ δὲ ἵνα τοῖς ἄνω συνάπτεται, ἵνα ἀκταὶ Βοσπόριαι, καὶ οὐδὲν λείπει· ὅσοι δὲ γρ. ὃν Ἄρης, περιττὸν λαμβάνουσι τὸ ὄνομα.

ἀγχίπτολις pro ἀγχίπολις ex duobus apogr. restitui. Metrum idem quod v. 944. ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς. v. 788. καί σ' οὔτ' ἀθανάτων φύξιμος οὐδείς, et alibi saepissime. Si in antistropha v. 981. recte quinque tantum legerentur syllabae ἀρχαιογόνων, in stropha ἀγχίπολις pro alius vocabuli glossemate habendum foret, velut ἄγχουρος. Neque enim soluta arsis choriambica ferri potest. Sed quum metri forma illa quam dicebam multo probabilior sit, vix dubitari potest quin in versu antistrophico vitii sedes sit quaerenda.

Ἄρης] Scholiasta, παρὰ γὰρ Θρᾳξὶ τιμᾶται ὁ Ἄρης, ὡς ὁ ποιητής (Il. 13. 301.) "τὼ μὲν ἄρ' ἐκ Θρῄκης Ἐφύρους μέτα θωρήσεσθον." *Mavortia regna* Virg. Aen. 3, 13. ab Wund. comparatus Thraciam appellat.

971. ἀρατὸν adjectivum hoc uno loco apud tragicos legitur, qui ἀραῖον potius vel κατάρατον dicere solent. ἀρητὸν γόον dixit Homerus Il. 17, 37. et 24, 741.

972. ἀραχθὲν, quod in codice ante ἐγχέων v. 975. legitur, recte huc rettulit Wunderus ejecto glossemate τυφλωθέν, ad quod in scholiis annotatum, τὸ ἐξῆς, τυφλωθὲν ὀμμάτων κύκλοις, adscripto ad ἀραχθὲν v. 975. glossemate ἀντὶ τοῦ τυφλωθέν. et scholio, ἀραχθὲν αἱματηραῖς χείρεσσιν, ὑπ' ἐγχέων καὶ κερκίδων ἀκμαῖς, τουτέστι γυναικείαις. Quae qui scripsit nihil aliud legit quam ἀραχθὲν ἐγχέων. Nam ἄτερθε si legisset, non ὑπ' ἐγχέων καὶ κερκίδων ἀκμαῖς dixisset, sed οὐχ ὑπ' ἐγχέων, ἀλλὰ κερκίδων ἀκμαῖς. Quid dici debuerit non fugit Triclinium, qui explicuit, ἕλκος τυφλωθὲν, ἀλαὸν καὶ τυφλὸν, ἀραχθὲν καὶ πληγὲν οὐκ ἐν ἀκμαῖς καὶ ὀξύτησιν ἐγχέων καὶ ξιφῶν, ἀλλ' ὑπὸ αἱματηραῖς τε χερσὶ καὶ ἐν ἀκμαῖς κερκίδων, ἤγουν σιδηρῶν ἀτράκτων. Pariter apud Apollodorum 2, 8, 1. Alcmene Eurysthei capiti, ab Hyllo abscisso et ipsi tradito oculos κερκίσιν effodit: quod factum comparavit Erfurdtius.

ἐξ ἀγρίας δάμαρτος] Non pugnare secum Sophocles judicandus est, quo auctore schol. Apoll. Rh. 2, 178 sqq. ab ipso patre propter novercam Phinidas occaecatos tradit. Adde Diodor. 4, 43. 44. Apollod. 3, 15. 3. Valck. Diatr. c. 19. p. 196. Recte enim Phineus oculis privasse filios suos dici poterat, quum occaecari eos a noverca passus esset. WUND.

δάμαρτος] Idotheae, novercae

ἀλαὸν ἀλαστόροισιν ὀμμάτων κύκλοις
ἄτερθ' ἐγχέων, ὑφ' αἱματηραῖς
χείρεσσι καὶ κερκίδων ἀκμαῖσιν.
κατὰ δὲ τακόμενοι μέλεοι μελέαν πάθαν
κλαῖον, ματρὸς ἔχοντες ἀνύμφευτον γονάν·
ἃ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων
ἄντασ' Ἐρεχθειδᾶν,
τηλεπόροις δ' ἐν ἄντροις
τράφη θυέλλαισιν ἐν πατρῴαις
Βορεὰς ἅμιππος ὀρθόποδος ὑπὲρ πάγου

975. ἄτερθ' Hermannus pro ἀραχθέν. 977.–981. Versus sic divisi, κατὰ| μελέαν| κλαῖον| τεσ ἀνύμφευτον| δὲ σπέρμα— 979. κατα δε sine accentibus. τακόμενοι] α in litura. 980. κλαῖον scripsi pro κλαῖων ματρὸς] πατρὶσ 984. θυέλλαισιν scripsi pro θυέλλησιν

quam Phineus post obitum Cleopatrae, Boreae filiae, in matrimonium duxerat.

974. ἀλαὸν cum ἕλκος conjunctum est effectus significandi caussa, quum proprie ad ὀμμάτων κύκλοις referri deberet.

ἀλαστόροισιν] Scholiasta, τοῖς ἄλαστα πεπονθόσιν. ἢ τοῖς δυστυχέσι κύκλοις τῶν ὀμμάτων.

980. ἀνύμφευτον γονάν] Scholiasta, κακόνυμφον γονήν· ὅτι ἐπὶ κακῷ νυμφευθεῖσα δυστυχεῖς αὐτοὺς ἔτεκεν. Hoc dicit poeta: et tabescentes miseri miseram sortem suam deplorabant, ex infausto matris connubio nati. De locutione γονὴν ἔχειν μητρὸς Oed. C. 972. ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρὸς, | οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ' ἀγέννητος τότ' ἦ. WUND.

982. ἃ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων ἄντασ' Ἐρεχθειδᾶν] Erechthei filia fuit Orithyia, ex qua Boreas suscepit Cleopatram, quae hic dicitur ἀντᾶν σπέρμα avi. Quod interpretes explicant μετέχειν τοῦ σπέρματος, nullum similius [illegible] parent [illegible] bentes quam Homeri illud ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν. Et hoc quidem ille dixit aptissime de tori socia: absurde vero Cleopatra dici videtur ἀντᾶν σπέρμα avitum. Praeterea post ἀρχαιογόνων una versui syllaba deest, ut dixi ad v. 970. Sophocles quid scripserit incertum est: sed sensus verborum tale quid requirit, ἃ δὲ σπέρμα μὲν ἀρχαιογόνων ἐξ | ηὐδᾶτ' Ἐρεχθειδᾶν. Ἐρεχθειδᾶν per τῶν Ἀθηνῶν explicat scholiasta, quod Elmsleius τῶν Ἀθηναίων scripsit. Ceterum similiter dictum in Aj. 202. ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἰαντος | γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδᾶν.

984. θυέλλαισιν ἐν πατρῴαις Βορεὰς ἅμιππος] Nonnus Dionys. 33, 211. πῶς ποτε Φοῖβον ἔφευγε βορῃῖδι σύνδρομον αὔρῃ; 37, 121. δεύτερον ἵππον ἔθηκε βορειάδι σύνδρομον αὔρῃ. Ad celeritatem depingendam utrobique adhibetur phrasis. Tyrtaeus quoque apud Stobaeum Floril. 51, 1. νικᾷῃ δὲ θεῶν Θρηΐκιον Βορέην. MUSGR. Theognis 716. ὠκύτερος δ' εἴησθα— παίδων Βορέω, τῶν ἄφαρ εἰσὶ πόδες.

985. ἅμιππος] ἀμίπποις lectio viti-

θεῶν παῖς· ἀλλὰ κἀπ' ἐκείνᾳ
Μοῖραι μακραίωνες ἔσχον, ὦ παῖ.

ΤΕΙΡΕΣΙΑΣ.

Θήβης ἄνακτες, ἤκομεν κοινὴν ὁδὸν
δύ' ἐξ ἑνὸς βλέποντε· τοῖς τυφλοῖσι γὰρ
αὕτη κέλευθος ἐκ προηγητοῦ πέλει. 990

ΟΙ.Ρ. τί δ' ἔστιν, ὦ γεραιὲ Τειρεσία, νέον;

ΤΕ. ἐγὼ διδάξω, καὶ σὺ τῷ μάντει πιθοῦ.

ΟΙ.Ρ. οὔκουν πάρος γε σῆς ἀπεστάτουν φρενός.

ΤΕ. τοιγὰρ δι' ὀρθῆς τήνδ' ἐναυκλήρεις πόλιν.

ΟΙ.Ρ. ἔχω πεπονθὼς μαρτυρεῖν ὀνήσιμα. 995

989. βλέποντε] τε ex τεσ factum a m. pr. 994. τήνδ' ἐναυκλήρεις Valckenarius ad Eurip. Phoen. p. 321. pro τήνδε ναυκληρεῖς.

sa ab scholiasta memorata. Idem vero verba ὀρθόποδος ὑπὲρ πάγου recte interpretatur ὑψηλοῦ ὄρους καὶ ἀκρωρείας. ὀρθόπους πάγος igitur est rupes ad quam via ὀρθία est. ὀρθίους πάγους dixit Sophocles fragm. 110 νομὰς δέ τις κεροῦσσ' ἐπ' ὀρθίων πάγων | καθεῖρπεν ἔλαφος.

986. θεῶν παῖς] Id est, cui dei erant generis ultimi auctores; quod quidem de Cleopatra vere dicitur. Nam ipse Erechtheus Orithyiae pater inter deos relatus fuit. BRUNCK.

987. ἔσχον] Cum ἐπί ex superiori versu repetendo valet, *irruebant, invadebant.* V. citata ad Eurip. Bacch. 1131. MUSGR. Scholiasta, μακραίωνες· ἀθάνατοι καὶ πολυχρόνιοι. ἔσχον δὲ ἐπέσχον, ἐπετέθησαν, ἐπεβάρησαν.

988. Prodit in scenam Tiresias, vates caecus, comitante puero, quem appellat v. 1012. 1087. Eodem modo in Oedipo Rege in scenam adducitur Tiresias v. 298.

Θήβης ἄνακτες] Scholiasta, καὶ νῦν ἄνακτάς φησι τοὺς ἀπὸ τοῦ χοοῦ ἐντίμους. Qui καὶ νῦν dicit ad annotationem respiciens, quam ad v. 940. apposuimus.

990. ἐκ προηγητοῦ] Explicat quod dixerat αὕτη κέλευθος.

993. οὔκουν πάρος γε] Scholiasta, οἷον οὐδὲ τὴν ἀρχὴν τῆς σῆς κατωλιγώρουν μαντείας.

994. δι' ὀρθῆς] I. e. ὀρθῶς, intellecto ὁδοῦ. Sic ἐπ' ὀρθῆς apud scriptorem encomii Demosthenis inter Luciani opera vol. 3. p. 515.

τήνδ' ἐναυκλήρεις] Quod in codice est τήνδε ναυκληρεῖς non convenit Tiresiae personae, quem ex iis quae infra dicit manifestum est ab Creonte nunc inconsulto agi censere: unde v. 1015. memorato infausto sacrificiorum omine, καὶ ταῦτα (inquit) τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις. Rex autem Creon post mortem demum Eteoclis et Polynicis factus erat, sed rem publicam jam tunc administrare coeperat, quum Eteocles urbem reliquisset ad arcendum hostilem fratris exercitum. ναυκληρεῖν πόλιν etiam Aeschylus dixit Sept. 652.

995. ἔχω—ὀνήσιμα] Referendum hoc ad servatam urbem, postquam filius Creontis, quem Megareum

ΤΕ. *φρόνει βεβῶς αὖ νῦν ἐπὶ ξυροῦ τύχης.*
ΚΡ. *τί δ' ἔστιν; ὡς ἐγὼ τὸ σὸν φρίσσω στόμα.*
ΤΕ. *γνώσει, τέχνης σημεῖα τῆς ἐμῆς κλύων.*
ἓς γὰρ παλαιὸν θᾶκον ὀρνιθοσκόπον
ἵζων, ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν,
ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ
κλάζοντας οἴστρῳ καὶ βεβαρβαρωμένῳ·
καὶ σπῶντας ἐν χηλαῖσιν ἀλλήλους φοναῖς
ἔγνων· πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν.
εὐθὺς δὲ δείσας ἐμπύρων ἐγευόμην
βωμοῖσι παμφλέκτοισιν· ἐκ δὲ θυμάτων

996. *ἐπὶ ξυροῦ*] *ἐπιξυροῦ* 998. *γνώσει*] *γνώσῃ* *σημεῖα τῆς ἐμῆς*] *τῆσ ἐμῆσ σημεῖα* 999. *ἓς* scripsi pro *εἰς*.

Sophocles, alii Menoeceum vocant, se pro patria devoverat. Eo spectant etiam quae infra v. 1162. dicuntur. HERM.

996. *ἐπὶ ξυροῦ τύχης*] I. e. in summo discrimine.

997. *στόμα*] Sermonem.

998. *σημεῖα τῆς ἐμῆς* verbis recte collocatis in apographis.

999. *θᾶκον ὀρνιθοσκόπον*] Hoc est quod Pausanias 9, 16, 1. dixit, *Θηβαίοις ἐστὶν οἰωνοσκοπεῖον Τειρεσίου καλούμενον*. MUSGR.

1000. *λιμήν*] Receptaculum. Locum excelsum dicit, ex quo avium volatus observari solebat. Latinum vocabulum augurum, *templum*, comparat Boeckhius.

1002. *κλάζοντας*] Refertur ad *ὄρνιθας*, quod inest verbis *φθόγγον ὀρνίθων*.

βεβαρβαρωμένῳ] Scholiasta, *ἑρμηνευθῆναι μὴ δυναμένῳ, ἀλλὰ ἀσαφεῖ*. Nisi forte praestat explicare offeratum, ita ut sensus sit: infausto et efferato cum furore clangentes. WUNDER.

1003. *φοναῖς*] Pro adjectivo accepisse videtur scholiasta, qui *αἱ-μακτικαῖς* interpretetur, duplici dativo *ἐν χηλαῖσιν* et *φοναῖς*, ut videtur, offensus, in quo nihil offensionis est.

1004. *πτερῶν γὰρ ῥοῖβδος οὐκ ἄσημος ἦν*] Ex stridore alarum pugnam avium cognovisse se ait, quum oculorum lumine careat.

1005. *ἐμπύρων ἐγευόμην*] *Experiebar, periculum faciebam*, ut Trach. 1101. *ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην*. Eurip. Hipp. 667. *τῆς σῆς δὲ τόλμης εἴσομαι γεγευμένος*. Vide ad Aristoph. Ran. 462. BRUNCK. Scholiasta, *ἀντὶ τοῦ ἀπεπειράμην τῆς διὰ πυρὸς μαντείας*.

1006. *βωμοῖσι παμφλέκτοισι*] *παμφλέκτου πυρός* dixit Electr. 1139. quod epitheton hic ad aras translatum est in quibus ignis accensus est.

ἐκ δὲ θυμάτων — οὐκ ἔλαμπεν] In iguispiciis flammam potissimum spectabant, quomodo se per auras explicaret. Bonum omen portendebat apex flammae, si clarus et nitidus erat; malum contra, si in fumum et nigredinem desinebat.

Ἥφαιστος οὐκ ἔλαμπεν, ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ
μυδῶσα κηκὶς μηρίων ἐτήκετο
κἄτυφε κἀνέπτυε, καὶ μετάρσιοι
χολαὶ διεσπείροντο, καὶ καταρρυεῖς
μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς.
τοιαῦτα παιδὸς τοῦδ' ἐμάνθανον πάρα
φθίνοντ' ἀσήμων ὀργίων μαντεύματα.

Senec. Oed. 309. quaerit Tiresias: *utrumne clarus ignis et nitidus stetit, rectusque purum verticem coelo tulit et summam in auras fusus explicuit comam? an latera circum serpit incertus viae et fluctuante turbidus fumo labat?* Valer. Flacc. 8, 247. *non se pingues tum candida flamma per auras explicuit.* Contra laetus Idmon apud Apoll. Rhod. 437. spectat σέλας πάντοσε λαμπόμενον θυέων ἄπο. Valer. Flacc. 205. *protulit ut crinem densis luctatus in extis ignis et adscendit salientem viscera tauri.* Haec fere Valcken. ad Eurip. Phoen. 1261.

1007. ἀλλ' ἐπὶ σποδῷ—ἐτήκετο] κηκὶς μηρίων est id quod τὰ μηρία igni admota exsudabant, sive quod ex illis μηρίοις igni admotis bulliebat. Quod quum flammam concipere deberet, si sacrificia faustum omen portendissent, ardensque ossa comprehendere, potius liquescens (μυδῶσα) in cinere absumebatur, ita ut ossa non concremarentur, quod in sacrificiis faustis fieri debebat, sed liquefacto consumtoque adipe denudata jacerent. Significantur autem hic nomine μηρίων ossa femorum, quae ad sacrificandum exsecabantur, adipe involuta, quibus fel superimpositum fuit. Vide qui pluribus de ossium sacrificatione egit Voss. Epist. Mythol. vol. 2. p. 354–377 ed. sec. WUND. Ossa femorum non intelligenda sunt omni carne denudata, quae Vossii sententia erat, sed ossa ex corpore victimae exsecta cum parte aliqua carnis, quod ab sacrificantibus vel liberalius vel illiberalius fiebat. De quo explicatius dixerunt Nitzschius in Commentario ad Homeri Od. 3, 456. et Hermannus ad Aeschyli Prometh. 498.

1010. καὶ — διεσπείροντο] Non igne consumtum fel, quod fieri in faustis sacrificiis oportebat, sed aestu diruptum est ac dispersum. Nam fel etiam, superimpositum τοῖς μηρίοις, qualia modo descripsi, cremari solitum esse, exemplis nonnullis ostendit Vossius l. l. p. 370 sq. WUND.

καταρρυεῖς μηροὶ καλυπτῆς ἐξέκειντο πιμελῆς] Utitur his verbis Eustathius ad Homer. p. 134, 29. ubi ritum sacrorum exponit, de quo diximus ad v. 1007. καλυπτῆς πιμελῆς active pro καλυπτούσης dictum accepit scholiasta. Recte Boeckhius passive dictum interpretatur *adipis circumvoluti*, ab ea structura verbi qua καλύπτειν τί τινι dicitur, ut apud Homerum, τόσσην οἱ ἄσιν καθύπερθε καλύψω. καταρρυεῖς scholiasta explicat, καταρρεόμενοι, καθυγραινόμενοι, ἐκ τοῦ λίπους τῆς καλυπτούσης αὐτοὺς πιμελῆς ἐξέπιπτον.

1012. παιδὸς τοῦδ'] V. ad v. 788.

1013. φθίνοντ'] *Evanescentia.* Mali ominis erat in ignispiciis quicquid debile et evanidum erat, quod docebunt loca citata ad Eurip. Phoen. 1291. MUSGR.

ὀργίων] *Sacrificiorum:* ut Trachin. 765. Aeschyl. Sept. 185. MUSGR.

ἐμοὶ γὰρ οὗτος ἡγεμὼν, ἄλλοις δ' ἐγώ.
καὶ ταῦτα τῆς σῆς ἐκ φρενὸς νοσεῖ πόλις.
βωμοὶ γὰρ ἡμῖν ἐσχάραι τε παντελεῖς
πλήρεις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς
τοῦ δυσμόρου πεπτῶτος Οἰδίπου γόνου.
κᾆτ' οὐ δέχονται θυστάδας λιτὰς ἔτι
θεοὶ παρ' ἡμῶν οὐδὲ μηρίων φλόγα,
οὐδ' ὄρνις εὐσήμους ἀπορροιβδεῖ βοάς,
ἀνδροφθόρου βεβρῶτες αἵματος λίπος.
ταῦτ' οὖν, τέκνον, φρόνησον. ἀνθρώποισι γὰρ
τοῖς πᾶσι κοινόν ἐστι τοὐξαμαρτάνειν·
ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ, κεῖνος οὐκέτ' ἔστ' ἀνὴρ
ἄβουλος οὐδ' ἄνολβος, ὅστις ἐς κακὸν
πεσὼν ἀκῆται μηδ' ἀκίνητος πέλῃ.

1015. ταῦτα inter versus insertum a m. pr. 1016. ἡμῖν ῖ ex ει factum. παντελεῖς] παντελησ, ει a m. pr. 1017. πλήρεις] ει ex η factum a m. pr. 1019. Ante λιτὰσ duae literae erasae. 1021. εὐσήμους] Post εὐ duae literae erasae. 1022. βεβρῶτες, ο a m. pr. λίπος] π in litura. 1025. οὐκέτ' ἔστ'] οὐκ ἔστ' η 1027. ἀκῆται Wunderus pro ἀκεῖται ἀκίνητος] ἀίνητοσ πέλῃ] πέλει, η a m. pr.

1016. Scholiasta, ἐσχάραι· αἱ ἑστίαι. παντελεῖς· αἱ τὰ τέλεια τῶν ἱερείων δεχόμεναι· ἢ ὅλαι· ἢ δι' ὧν πάντα τελειοῦται. Recte Brunckius vertit *omnes* Nam sunt ἐσχάραι πᾶσαι, ἐν αἷς ἱερὰ τελεῖται.

1017. πλήρεις ὑπ' οἰωνῶν τε καὶ κυνῶν βορᾶς] Scholiasta, ἀντὶ τοῦ οἱ κύνες καὶ οἱ ὄρνιθες διασπάσαντες τὸ τοῦ Πολυνείκους σῶμα ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἐκόμισαν, καὶ οὕτως ἐμόλυναν ἅπαντας.

1019. θυστάδας λιτάς] τὰς διὰ θυσιῶν γινομένας λιτάς, explicat scholiasta. θυστάδος βοῆς dixit Aeschylus Sept. 269.

1021. ὄρνις] Notandum ὄρνις, quod apud Atticos plerumque spondei mensuram habet, correpta syllaba altera, ut in primo Τυροῦς δευτέρας versu (fragm. 578.), quem servavit scholiasta Arist. Av. 276. τίς ὄρνις οὗτος ἕξεδρον χώραν ἔχων; ubi metrum τίς οὗτος ὄρνις ferebat. ὄρνις ἀτυζομένα in versu dactylico Electr. 149.

1022. βεβρῶτες] Scholiasta ἀπὸ τοῦ ἐνικοῦ ἐπὶ τὸ πληθυντικὸν μετέβη. Refertur ad ὄρνιθες, quod praecedentibus verbis inest. Citavit Eustath. p. 229, 12.

1025. ἐπεὶ δ' ἁμάρτῃ] Intelligitur τις ex praecedente ἀνθρώποισι πᾶσιν. οὐκέτ' ἔστ' recte in apographis pro οὐκ ἔστ'.

1027. Recte in apographis ἀκίνητος. Tum inter πέλει et πέλῃ variant.

αὐθαδία τοι σκαιότητ' ὀφλισκάνει.
ἀλλ' εἶκε τῷ θανόντι, μηδ' ὀλωλότα
κέντει. τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν ; 1030
εὖ σοι φρονήσας εὖ λέγω· τὸ μανθάνειν δ'
ἥδιστον εὖ λέγοντος, εἰ κέρδος λέγοι.
ΚΡ. *ὦ πρέσβυ, πάντες ὥστε τοξόται σκοποῦ*
τοξεύετ' ἀνδρὸς τοῦδε, κοὐδὲ μαντικῆς
ἄπρακτος ὑμῖν εἰμι, τῶν δ' ὑπαὶ γένους 1035
ἐξημπόλημαι κἀμπεφόρτισμαι πάλαι.

1030. *ἐπικτανεῖν*] *κτανεῖν* in litura undecim literarum. Librarius haud dubie ad alium versum aberraverat. 1033. *σκοποῦ*] *σκοπ* in litura. 1035. *ὑμῖν*] *ὔμιν* 1036. *κἀμπεφόρτισμαι*, *κ* ab S, vel m. antiquiore.

1030. *τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν*] Similiter Homerus ab schol. comparatus Il. 24, 54. *κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων.* quod schol. ibi explicat *ἀντὶ τοῦ ἀναίσθητον σῶμα ὑβρίζει.*

1032. *λέγοι*] In apographis vel *λέγει*, vel *φέρει*, vel *φέροι* cum gl. *λέγοι.*

1034. *ἀνδρὸς τοῦδε*] I. e. *κατ' ἐμοῦ.*

1035. *κοὐδὲ μαντικῆς ἄπρακτος ὑμῖν εἰμι*] Quod proprie diceretur *κοὐδὲ μαντικὴ ἄπρακτος ὑμῖν ἐστι κατ' ἐμοῦ*, invertit dixitque, *et ne a vaticiniis quidem intentatus vobis sum.* HERM. *Unpractised upon* vertit Linwoodius. H. Stephano *ἄπρατος* scribendum videbatur. In verbis proximis *τῶν δ' ὑπαὶ γένους* absurde dictum pro *τῶν δὲ συγγενῶν ὑπό*, quod sensisse videtur scholiasta, qui ad hunc verum annotavit, *ὑφ' ὑμῶν τῶν μάντεων καὶ τῶν συγγενῶν*, nec fugit Stephanum, qui *τῶνδ' ὑπαὶ γένους* scribebat, quod ab *ἐξημπόλημαι* penderet ; quam opinionem non opus erit refutari. Paullo melius Brunckius *τῶν* (i. e. *ὧν*) *ὑπαὶ γένους* scripsit. Manifestum est veteris correctoris manum in hoc versu esse versatam, qui metrum corrigere vellet, postquam *μαντικὴ* in *μαντικῆι* corruptum verbumque *εἰμί* ab interprete illatum esset. Nam Sophocli non intelligitur quomodo in mentem venire potuerit ut ad istiusmodi quas nunc legimus ineptias confugeret, quum verbis planissimis et simplicissimis dicere posset quod res et ratio postulat, *κοὐδὲ μαντικὴ | ἄπρακτος ὑμῖν, τῶν δὲ συγγ-νῶν ὕπο | ἐξημπόλημαι —.*

1036. *κἀμπεφόρτισμαι*] Quod ab alia manu (*διορθωτοῦ*, ut videtur) superscriptum in codice est *κἀκπεφόρτισμαι* in apographa omnia transiit. *κἀμπεφόρτισμαι* servatum in lemmate scholii, *πεπραγμάτευμαι, προδέδομαι, φόρτος γεγένημα.. "ἐποιήσαντ' ἄν με φόρτον,"* Καλλίμαχος. Quae ita sunt comparata ut neque ex verbis scholiastae neque e loco Callimachi judicari possit utra verbi scriptura sit probanda. Stephano in annotatione ad hunc locum et in Thesauro *κἀμπεφόρτισμαι* non ex *καὶ ἐμπεφόρτισμαι*, sed ex *καὶ ἀναπεφόρτισμαι* contractum

κερδαίνετ', ἐμπολᾶτε τὸν πρὸς Σάρδεων
ἤλεκτρον, εἰ βούλεσθε, καὶ τὸν Ἰνδικὸν
χρυσόν· τάφῳ δ' ἐκεῖνον οὐχὶ κρύψετε,
οὐδ' εἰ θέλουσ' οἱ Ζηνὸς ἀετοὶ βορὰν 1040
φέρειν νιν ἁρπάζοντες ἐς Διὸς θρόνους,
οὐδ' ὡς μίασμα τοῦτο μὴ τρέσας ἐγὼ
ὀν

1037. *τὸν πρὸς Σάρδεων*] *τα* (*ὀν* a m. pr.) *προσάρδεων*, pariterque in lemmate scholii. 1038. *βούλεσθε*] *ε* ex *αι* factum. 1040. *οὐδ' εἰ*] *οὐ δὴ* *ἀετοὶ* scripsi pro *αἰετοί*. 1042. *ὡς*] *ὥσ*

videbatur, metaphora sumta ab iis qui *φόρτον* quem lucrifecerunt in humeros suos tollunt aut equi dorso (addere poterat, aut navi) imponunt. Quod verbum alibi non legitur neque *ἐκφορτίζεσθαι* aliunde cognitum quam ex Glossario vetere, *ἐξεφορτίσατο· exoneravit* (qua significatione *τῆς νεὼς ἐκφορτοῦν* et *τῆς τριήρους ἐκφορτοῦσθαι* dixit Eumathius 7. p. 262. 8. p. 285.), *asportavit, adportavit*. Frequentius *ἐμφορτίζειν, ἔμφορτος, ἐμφορτώσασθαι* ab inferiorum temporum scriptoribus dicitur de onere vel imponendo vel recipiendo. In verbis igitur Sophoclis Creon cum mercibus comparatur quae venditae navi imponuntur vel alio quocunque modo asportantur. Simplex verbum *καὶ πεφόρτισμαι* restituendum esse conjecit Hartungius, collato Hesiodo Op. 690. *μηδ' ἐνὶ νηυσὶν ἅπαντα βίον κοίλῃσι τίθεσθαι, | ἀλλὰ πλέω λείπειν, τὰ δὲ μείονα φορτίζεσθαι*.

1037. *πρὸς Σάρδεων*] Quod in codice scriptum est in textu et in lemmate scholii *προσάρδεων* nihil aliud est quam *πρὸς Σάρδεων*, litera quae bis scribi debebat semel scripta, ut saepe in hoc codice, velut supra v. 893. *ἐνεκροῖς* pro *ἐν νεκροῖς*, 952. *ἄνιν* pro *ἄν νιν*. Hoc animadvertit librarius in apographo Flor. Lb. qui *πρὸς σάρδεων* restituit, quod est etiam in aliis quibusdam apographis et apud Eustathium p. 368. 30. 1483, 27.

1263. στερεὰ θανατόεντα] *Dura, mortem afferentia.* στερεὰ propter duram et inexorabilem Creontis mentem, praesentium malorum auctoris. θανατόεντα dicit θανάτου αἴτια, ut explicat scholiasta.

1264. βλέποντες] Chorum dicit.

1266. ξὺν μόρῳ ex aliquot apogr. In aliis servata scriptura antiqua ξυμμόρῳ, cujus exempla de hac praepositione v. supra v. 172. 674. Aj. 933. Phil. 842.

1268. ἀπελύθης] V. ad v. 1316.

1270. οἴμ' ὡς —] *Heu mihi quam*—, ut v. 320. et Aj. 354. In qua formula sola οἴμοι elisionem vel crasin admittit.

ΚΡ. οἴμοι,
ἔχω μαθὼν δείλαιος· ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ
θεὸς τότ' ἄρα τότε μέγα βάρος μ' ἔχων
ἔπαισεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς,
οἴμοι λακπάτητον ἀντρέπων χαράν. 1275
φεῦ φεῦ, ὦ πόνοι βροτῶν δύσπονοι.

ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ.

ὦ δέσποθ', ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος, 1278
τὰ μὲν πρὸ χειρῶν τάδε φέρων, τὰ δ' ἐν δόμοις
ἔοικας ἥκειν καὶ τάχ' ὄψεσθαι κακά. 1280

1275. λακτάτητον] τον ab S. illatum. 1276. φεῦ φεῦ separato versu. ὦ] ἰὼ 1278. ΕΞΑΓΓΕΛΟΣ] οἰκέτης, compendio expressum. Sic etiam v. 1282. 1279. πρὸ χειρῶν τάδε] προχειρῶν τὰ δὲ τὰ δ'] τάδ' a m. sec. recentiore ex ε factum. 1280. ὄψεσθαι] αι a m. multo recentiore ex ε factum.

1272. Versus ab correctore, ut videtur, interpolatus senarium faciente, ἄρα pro ἆρα et μέγα pro iambo accepto. Erfurdtius τότ' ἄρα τότε θεὸς μέγα βάρος μ' ἔχων (vel μέγα με βάρος ἔχων ut Hermannus), quae partim certe accuratius respondent verbis in antistropha positis v. 1296. Pronomen με cum βάρος ἔχων constructum esse putabat Erfurdtius, quia haec verba significent μέγα βαρυνόμενος ἐμοί. De quo non cogitandum. Pendet pronomen ab verbo ἔπαισεν. Omissum est in apogr. Triclinianis, et inutile est post ἐμῷ κάρᾳ. Fortasse igitur μέγα τι βάρος ἔχων scribendum.

1274. ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς] I. e. instigavit ad saeva consilia vel saevas actiones. Sic Musgr.

1275. λακπάτητον] In apogr. Lb. aliisque nonnullis λαξπάτητον. Et sic apud Eustathium p. 625, 21. 796, 5. qui tamen priore loco addit ὅ τινες λακπάτητον διὰ τοῦ κ γράφουσιν, ut λακπατεῖν ex Pherecrate annotavit Photius in Lexico s. h. v. Scholiasta explicat, τὴν μεθ' ὕβρεως ἀπωθουμένην, ἢ τὴν μεγάλως καταπατουμένην. In Par. 2712. est λεωπάτητον, superscripto λαοπάτητον, cum gl. κοινὴν, μεγάλην, εὐρεῖαν, ἀπὸ τῆς λεωφόρου.

1278. ὡς ἔχων τε καὶ κεκτημένος] ὡς non cum his participiis, sed cum verbo ἔοικας construendum, vel cum verbo φέρεις, quod fortasse restituendum cum Brunckio pro φέρων. Sic ὡς ἔοικας dictum v. 1270.

ἔχων τε καὶ κεκτημένος] Intelligendum κακά ex v. 1280.

1279. τὰ μὲν πρὸ χειρῶν] Scholiasta, ὡς τοῦ Κρέοντος τὸν παῖδα βαστάζοντος.

1280. ἔοικας ἥκειν καὶ τάχ' ὄψεσθαι κακά] Oratio liberius conformata pro ἔοικας ἥκειν τάχ' ὀψόμενος κακά, ut opinantur interpretes. Pro τάχ' in apogr. pluribus τάγ' vel τάδ' interpolatum.

ΧΡ. *τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἢ κακῶν ἔτι;*
ΑΞ. *γυνὴ τέθνηκε, τοῦδε παμμήτωρ νεκροῦ,*
δύστηνος, ἄρτι νεοτόμοισι πλήγμασιν.
ΧΡ. *ἰὼ ἰὼ δυσκάθαρτος Ἅιδου λιμήν,*
τί μ' ἄρα τί μ' ὀλέκεις;
ὦ κακάγγελτά μοι
προπέμψας ἄχη, τίνα θροεῖς λόγον;
αἰαῖ, ὀλωλότ' ἄνδρ' ἐπεξειργάσω.
τί φῄς, τίνα λέγεις νέον μοι νέῳ,
αἰαῖ αἰαῖ,
σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ

1282. *τέθνηκε*] *τέθνηκεν* 1284. ΚΡ.] ΧΟ. pr., *κρέ.* a m. recentiore. Syllabae *τοσ ἄδου λιμην* proximo versui additae. 1286.] *ἰὼ* 1287. *λόγον* a m. recentissima. *λόγωι* pr., ab ipsa in *λόγων* utatum. 1288. *αἰαῖ*] *αἲ αἲ* *ἄνδρ'*] *ἄνδρα* 1289. *να λέγεις νέον μοι νέον* (*νέῳ* Donaldsonus) Hermannus pro *ὦ παῖ τίνα έγεις μοι νέον λόγον.* 1290. *αἰαῖ αἰαῖ*] *αἲ αἲ αἲ* 1291. *ἐπ' λέθρῳ*] *ἐπολέθρωι*

1281. *τί δ' ἔστιν αὖ κάκιον ἢ κακῶν ἔτι*;] Hoc quum non scribi otuisse ab Sophocle manifestum t, alii alia tentarunt. *ἢ* in *ἐκ* mu- ari voluit Canterus; ego ipse lim conjeci Sophoclem monome- o usum esse *τί δ' ἔστιν αὖ*; Nunc ihi probabilius videtur integro im usum esse trimetro, quem efectum in libro antiquiore in- rpolator utcunque explevit. So- hocles tale quid scribere potuit, *δ' ἔστιν αὖ νέορτον ἐν δόμοις κόν*;

1282. *παμμήτωρ*] Scholiasta, *ἢ ατὰ πάντα μήτηρ· ἐμφατικῶς δὲ πεν ὅτι καὶ μέχρι θανάτου μήτηρ ἰείχθη, μὴ ἐλομένη ζῆν μετὰ τὸν ῦ παιδὸς θάνατον.* Est appellatio onorifica ut *παντελὴς δάμαρ* Oed. . 950.

1283. *ἄρτι νεοτόμοισι*] Similiter *τίως* cum *νεοσφαγὴς* conjunctum j. 898.

1284. *δυσκάθαρτος Ἅιδου λιμὴν*] Portum necis difficilem ad purgandum dicit poeta, quia caedes caedi succedat neque usquam finis occidendi inveniatur. HERM. Quod Orcum invocat non impedit quominus versus reliqui ad nuncium dicti existimentur.

1288. *ὀλωλότ' ἄνδρ' ἐπεξειργάσω*] Similiter v. 1030. *μηδ' ὀλωλότα | κέντει. τίς ἀλκὴ τὸν θανόντ' ἐπικτανεῖν*;

1289. Cohaerent verba *τίνα λέγεις μοι νέον σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ—μόρον*, hoc sensu: quam tu novam mihi nuntias mortiferam caedem mulieris ad caedem accedere? id est: quam tu post filii interitum novam mihi nuntias caedem? uxorem meam occidisse? Recte scholiasta: *ἐπ' ὀλέθρῳ· τοῦ Αἵμονος.* Tum de locutione *ἐπ' ὀλέθρῳ ἀμφικεῖσθαι μόρον* compara Oed. C. 1620. *τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι λύγδην ἔκλαιον πάντες.* Ibi ut *ἐπ' ἀλλήλοισιν*

γυναικεῖον ἀμφικεῖσθαι μόρον ;
ΧΟ. ὁρᾶν πάρεστιν· οὐ γὰρ ἐν μυχοῖς ἔτι.
ΚΡ. οἴμοι,
κακὸν τόδ' ἄλλο δεύτερον βλέπω τάλας.
τίς ἆρα, τίς με πότμος ἔτι περιμένει ;
ἔχω μὲν ἐν χείρεσσιν ἀρτίως τέκνον,
τάλας, τὸν δ' ἔναντα προσβλέπω νεκρόν.
φεῦ φεῦ μᾶτερ ἀθλία, φεῦ τέκνον.
ΕΞ. ἡ δ' ὀξύθηκτος ἥδε βωμία πέριξ
λύει κελαινὰ βλέφαρα, κωκύσασα μὲν

1293. ΧΟ.] $\overset{\epsilon}{\alpha\gamma\gamma}$. Choro tribuit Erfurdtius. 1298. τὸν δ' ἔναντα] τάδ' ἐναντία, cum γρ. τόνδ' ἔναντα ab S. προσβλέπω νεκρόν separato versu. 1301. ΕΞ.] Χ ἡ $\overset{o}{\alpha\gamma\gamma}$ $\overset{\epsilon}{\eta}$ δ'] ἥδ' ἥδε] ἡ δὲ accentu a m. rec. 1302. κελαινὰ] λ ex ν factum

ἀμφικείμενοι significat mutuo amplexu teneri, ita hic μόρον ἐπ' ὀλέθρῳ ἀμφικεῖσθαι denotat caedem cum caede conjunctam esse. WUND.

1293. Valvis aedium per ἐκκύκλημα apertis conspicitur corpus Eurydicae.

1296. τίς ἆρα τίς με πότμος ἔτι περιμένει ;] Similiter Oed. C. 1517. τίς ἆρα με πότμος ἐπαμμένει σέ τ', ὦ φίλα ;

1299. Quod διορθωτὴς in γρ. habet ἔναντα pro ἐναντία est in textu Par. 2712.

1301. ἡ δ' ὀξύθηκτος ἥδε βωμία πέριξ] Verba interpolata, quae eodem modo scripta legit scholiasta, qui interpretatur, ὀξεῖαν λαβοῦσα πληγὴν ὡς ἱερεῖον περὶ τὸν βωμὸν ἐσφάγη παρὰ τὸν βωμὸν προπετής. Verum ὀξύθηκτος non Eurydicae, sed ensi aptum epitheton est, ut ἀμφιθήκτῳ ξίφει dictum est v. 1309. Quo indicio Arndtius conjecit ἥδ' ὀξυθήκτῳ βωμία περὶ ξίφει—, ἥδε βωμία dicto quia corpus Eurydicae ad aram (Jovis ἑρκείου, ut conjecit Brunckius) provolutum conspiciatur, ut in Trach. 904. Dejanira manum sibi illatura βωμοῖσι προσπίπτουσα dicitur, et Alcestis moritura apud Eurip. 170. πάντας βωμοὺς, οἳ κατ' Ἀδμήτου δόμους, προσῆλθε. Cum περὶ ξίφει autem comparatur Homericum περὶ δουρί et κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ, et Soph. Aj. 828. πεπτῶτα περὶ νεορράντῳ ξίφει. Mire tamen Eurydice βωμία dicitur λύειν βλέφαρα, quasi non ad aram ceciderit, sed victimae instar in ara ipsa collocata fuerit. Quamobrem non dubito quin versum defectum utcunque expleverit interpolator, Sophocles autem aliud quid scripserit, ut in loco simili Aj. 899. aptissime dixit, νεοσφαγὴς | κεῖται, κρυφαίῳ φασγάνῳ περιπτυχής.

1302. λύει κελαινὰ βλέφαρα] Per ἀπόλλυται explicat scholiasta, quo non docemur quomodo λύειν βλέφαρα, quod constanter de aperiendis oculis dici solet, hic de claudendis dici potuerit: unde Wieselerus κλῄει conjecit, ut βλέφαρα

τοῦ πρὶν θανόντος Μεγαρέως κλεινὸν λέχος,
αὗθις δὲ τοῦδε, λοίσθιον δὲ σοὶ κακὰς
πράξεις ἐφυμνήσασα τῷ παιδοκτόνῳ. 1305
ΚΡ. αἰαῖ αἰαῖ,
ἀνέπταν φόβῳ. τί μ' οὐκ ἀνταίαν
1306.–1311. = 1328.–1333.

1304. δὲ σοι] δέ σοι 1306. αἰαῖ αἰαῖ] αἲ αἲ αἲ αἲ 1307. τί μ' οὐκ ἀνταίαν separato versu. ἀνταίαν] γρ. καιρίαν ab S.

κεκλῆσθαι Sophocles fragm. 635. aliique dixerunt. Nam valde diversum est quod γόνατα vel γυῖα morientium λύεσθαι dicuntur, quae interpretes quidam compararunt. Nihilominus intactam reliqui codicis lectionem, quum praecedentis versus scriptura ita sit comparata ut plura excidisse videri possint, post quae etiam λύει βλέφαρα recte dictum esse potuit de Eurydice oculos jam deficientes iterum et postremum aperiente.

κελαινὰ βλέφαρα] Non de colore, sed de caligine oculorum morientis intelligendum esse annotavit Boeckhius. Sic ὀλεθρία νὺξ ἐπ' ὄμμασιν βεβηκέναι dicitur Oed. C. 1684. et σκοτία νὺξ ὄσσοισιν ἐφέρπειν apud Eurip. Alc. 270.

1303. κλεινὸν λέχος nihil aliud significare potest quam clarum sive nobilem Megarei torum, qui nullus unquam fuit. Sortem enim dicit Megarei filii, qui Tiresiae vaticinio motus pro patria se devoverat expers conjugii. Menœceus is vocatur ab Euripide in Phoenissis. 913. (ubi mortis genus ipse describit verbis, στὰς ἐξ ἐπάλξεων ἄκρων | σφάξας ἐμαυτὸν σηκὸν ἐς μελαμβαθῆ | δράκοντος, ἵνθ' ὁ μάντις ἐξηγήσατο, | ἐλευθερώσω γαῖαν.) et Pausania 9, 25, 1. Θηβαίοις δὲ τῶν πυλῶν ἐστιν ἐγγύτατα τῶν Νηϊστῶν Μενοικέως μνῆμα τοῦ Κρέοντος. ἀπέκτεινε δὲ ἐκουσίως αὐτὸν κατὰ τὸ μάντευμα τὸ ἐκ Δελφῶν, ἡνίκα Πολυνείκης καὶ ὁ σὺν αὐτῷ στρατὸς ἀφίκοντο ἐξ Ἄργους. Megareum vero appellat etiam Aeschylus Sept. 474. Scriptura vitiosa κλεινὸν λέχος, fraudi fuit veteribus interpretibus, ut apparet ex scholio. ὡς αὐτῆς προγαμηθείσης Μεγαρεῖ τινι πρὸ τοῦ Κρέοντος· οἱ δέ φασι τοῦ Μενοικέως τοῦ ἀποσφάξαντος ἑαυτόν· πρότερον γὰρ Μεγαρεὺς ἐκαλεῖτο· ἐν δὲ τῷ τυράννῳ Οἰδίποδι καὶ αὐτὸς Μενοικέα αὐτὸν καλεῖ. Qui in Oedipo Rege et alibi ab Sophocle memoratur Menoeceus non filius, sed pater est Creontis. Quod autem de priore quodam Eurydicae marito, cui nomen fuerit Megareo, tradit scholiasta non aliunde acceptum, sed ex verbis κλεινὸν λέχος fictum est, et absurde quidem. Neque enim mariti et filii, sed duorum filiorum mortem luget Eurydice, ut res ipsa et verba proxima αὖθις δὲ τοῦδε, quae de Haemone dicta sunt, docent. Manifestum ex his est κλεινὸν λέχος interpolatori deberi, Sophoclem autem aliud quid scripsisse, velut δεινὸν vel οἰκτρὸν μόρον. Nam quod Bothius conjecit κλεινὸν λάχος nec verbo κωκύσασα neque Haemonis personae satis convenit. Nec substantivo λάχος, quod saepius apud Aeschylum legitur, usquam usi sunt Sophocles et Euripides in fabulis quidem quae supersunt.

1304. κακὰς πράξεις] *Res adversas.*

ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει;
δείλαιος ἐγὼ, αἰαῖ,
δειλαίᾳ δὲ συγκέκραμαι δύᾳ.
ΕΞ. ὡς αἰτίαν γε τῶνδε κἀκείνων ἔχων
πρὸς τῆς θανούσης τῆσδ' ἐπεσκήπτου μόρων.
ΚΡ. ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φοναῖς τρόπῳ;
ΕΞ. παίσασ' ὑφ' ἧπαρ αὐτόχειρ αὑτὴν, ὅπως
παιδὸς τόδ' ἦσθετ' ὀξυκώκυτον πάθος.
ΚΡ. ὤμοι μοι, τάδ' οὐκ ἐπ' ἄλλον βροτῶν

1317.–1325. = 1339.–1346.

1310. αἰαῖ Erfurdtius. pro φεῦ φεῦ, quod codex a m. recentissima habet, erasis quae primus librarius ad versum proximum aberrans scripserat verbis συγκέκραμαι δύαι. 1311. δειλαίᾳ] δειλαίαι, ultimo ι a m. rec. addito. δύᾳ] δύαι, eraso priore ι. 1312. 1315. ΕΞ.] γ α .εἰς φονὰσ. 1313. μόρων] μόρωι 1314. ἐν φοναῖσ, εἰς φονὰσ ab S. 1315. παίσασ'] παῖσασ pr.

1308. ἀνέπταν] Hoc verbo non raro utuntur de affectu vehementiore vel laeto vel tristi. Sic περιχαρὴς ἀνεπτόμαν est Aj. 693., sed φόβος μ' ἀναπτεροῖ apud Eurip. Suppl. 88.

ἀνταίαν] Intelligitur πληγήν, ut καιρίαν, quod ipsum vetus corrector hic substituit voluit, intellecto πληγὴν dicitur.

1310. Versus est dochmiacus, correpta diphthongo vocabuli δείλαιος: nisi in hujusmodi locis δείλαος est scribendum. De ἐγὼ et ἴτω, quae hic et in antistopha pyrrhichii mensuram habent, dixi ad Oed. T. 661.

1311. συγκέκραμαι δύᾳ] Sic οἴκτῳ συγκεκραμένην dictum Aj. 895.

1312. 1313. Sensus est, affirmabaris a mortua hacce utriusque necis (Megarei et Haemonis) culpam habere. HERM.

1313. μόρων ex duobus apogr. pro μόρῳ.

1314. ποίῳ—τρόπῳ] Scholiasta, τίνι τρόπῳ φησὶν, ἐλύετο καὶ ἐφέρετο εἰς φονάς; ἀντὶ τοῦ ποίῳ τρόπῳ εἰς φόνον ἔπεσεν; Immo ἐν φοναῖς ἀπελύσατο eodem modo dictum puta atque supra 1229. ἐν τῷ ξυμφορᾶς διεφθάρης; De verbo ἀπολύειν Eustathius p. 548. 42. ἰστέον δὲ ὅτι ἐξ Ὁμήρου λαβόντες οἱ ὕστερον καὶ αὐτὸ δὴ μόνον τὸ λυθῆναι ἀντὶ τοῦ θανεῖν ἔφρασαν· ὡς δηλοῖ καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ ἔθανες, ἀπελύθης (1268.) καὶ ἐν τῷ "ποίῳ ἀπελύσατο τρόπῳ." Confert Musgravius praeter alia fragment. Plutarch. Wyttenb. p. 135: ἀπολύεσθαι γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα καὶ τὸν θάνατον ἀπόλυσιν καλοῦσι, Athenaeum p. 507. E. ἡ ψυχὴ — κατὰ τὴν ἀπόλυσιν χωριζομένη τοῦ σώματος. WUND.

1317. τάδ'—αἰτίας] *Hoc a mea culpa, nunquam in alium conveniet*, i. e. nunquam mea haec culpa in alium transferetur. HERM.

ἐμᾶς ἁρμόσει ποτ' ἐξ αἰτίας.
ἐγὼ γάρ σ' ἐγώ σ' ἔκανον, ὦ μέλεος,
ἐγὼ, φάμ' ἔτυμον. ἰὼ πρόσπολοι,
ἄγετέ μ' ὅτι τάχος, ἄγετέ μ' ἐκποδὼν,
τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα.
ΧΟ. κέρδη παραινεῖς, εἴ τι κέρδος ἐν κακοῖς·
βράχιστα γὰρ κράτιστα τἀν ποσὶν κακά.
ΧΡ. ἴτω ἴτω,
φανήτω μόρων ὁ κάλλιστ' ἐμῶν
ἐμοὶ τερμίαν ἄγων ἀμέραν
ὕπατος· ἴτω ἴτω,
ὅπως μηκέτ' ἆμαρ ἄλλ' εἰσίδω.
ΧΟ. μέλλοντα ταῦτα. τῶν προκειμένων τι χρὴ

1319. Alterum σ' addidit Hermannus. 1320 ἐγὼ, φάμ' ἔτυ-ον] ἐγὼ φᾶμ' ἔτυμον 1321. ἐκποδὼν] ἐκποδῶν 1328. βρά-ιστα] γρ. κράτιστα ab S. κράτιστα] γρ. τάχιστα ab S. τἀν] in litura pro ε ut videtur. 1333. ἆμαρ ἄλλ'] ἄμαρ ἀλλ' 1334. 337. ΧΟ.] ἀγγ. Correxit Brunckius 1334. τι] τί

1319. Hiatus ἐγὼ ἔκανον etsi ion est vitiosus, tamen non pro-abile videtur admissum a poeta sse, quum scribere liceret ἐγὼ γάρ ' ἐγώ σ' ἔκανον, quod posuit Her-annus. Similiter in Oedip. T. 217. εἴθε σ' εἴθε σε, alterum σε xcidit ex libris. Porro suspecta st alterius dochmii arsis ultima oluta, quum in versu antistro-hico 1341. non soluta sit ἔχω. Neque enim verisimile est μέλεος isyllabum esse ut μέλεοι est apud Aeschylum Sept. 876. 947.

1321. τάχος] Brevis in fine do-hmii syllaba etsi eandem quam n exclamationibus excusationem ioc loco habet, tamen non impro-abilis Erfurdtii conjectura est τάχιστ', ut in Oed. T. 1340. est πάγετ' ἐκτόπιον ὅτι τάχιστά με.

1325. τὸν οὐκ ὄντα μᾶλλον ἢ μηδένα] Deteriorem suam esse conditionem dicit quam ejus qui nihili sit, i. e. qui perierit. Locutio hyperbolica, qua summus indicatur gradus miseriae.

1326. κέρδη παραινεῖς] Introitum Creontis dicit.

1327. βράχιστα—κράτιστα] Praesentia mala optimum est si quam brevissima sint, i. e. Optimum est praesens malum quam primum missum facere. HERM. Quinque interpretationes horum verborum proposuerunt veteres interpretes, quas scholiasta enumeravit.

1330. φανήτω] I. e. φανήτω μόρων ἐμῶν ὕπατος, ὁ καλλίστως ἄγων ἐμοὶ τερμίαν ἀμέραν: veniat caedium per me factarum suprema, exoptatissime mihi ultimum diem adducens. HERM.

πράσσειν. μέλει γὰρ τῶνδ' ὅτοισι χρὴ μέλειν.
ΚΡ.ἀλλ' ὧν ἐρῶ, τοιαῦτα συγκατηυξάμην.
ΧΟ.μή νυν προσεύχου μηδέν· ὡς πεπραωμένης
οὐκ ἔστι θνητοῖς συμφορᾶς ἀπαλλαγή.
ΚΡ.ἄγοιτ' ἂν μάταιον ἄνδρ' ἐκποδὼν,
ὅς, ὦ παῖ, σέ τ' οὐχ ἑκὼν κάκτανον
σέ τ' αὖ τάνδ', ὤμοι μέλεος, οὐδ' ἔχω
ὅπα πρὸς πότερα κλιθῶ· πάντα γὰρ

1336. τοιαῦτα] ταῦτα 1337. μή νυν] μὴ νῦν 1338. ἔστι] ἔστιν συμφορᾶς] Sic, non ξυμφορᾶσ. 1339. ἐκποδὼν] ἐκποδῶν, μ a m. pr. 1340. τ'] γ' κάκτανον Hermannus pro κατέκτανον. 1341. σέ τ' Hermannus pro ὅς σέ τ'. αὖ τάνδ' Seidlerus pro αὐτάν 1342. πότερα κλιθῶ Kayserus pro πρότερον ἴδω πᾶι καὶ θῶ. πάντα γὰρ separato versu.

1335. τῶνδε] I. e. τῶν μελλόντων.

ὅτοισι χρὴ μέλειν] I. e. diis.

1336. Quod in codice est ἀλλ' ὧν ἐρῶ, ταῦτα συγκατηυξάμην legit scholiasta, qui interpretatur ὧν βούλομαι τυχεῖν, ταῦτα ηὐξάμην. Syllaba quae deest illato in apographis omnibus μὲν est suppleta, ἀλλ' ὧν ἐρῶ μὲν, ex quo Bothius ἀλλ' ὧν ἐρῶμεν fecit. Poterat pari jure ἀλλ' ὧν ἐρῶ 'γώ. Restitui τοιαῦτα, quod ad ὧν refertur, ut Electr. 35. χρῆ μοι τοιαῦθ' ὁ Φοῖβος, ὧν πεύσει τάχα. et supra 691. λόγοις τοιούτοις οἷς σὺ μὴ τέρψει κλύων, et alibi non raro in poesi et prosa, de quod dixit L. Dindorf. in Thesauro vol. 7. p. 2263. τοιαῦτα autem Creon mortem dicit, quam expetiverat v. 1330.—1333. et composito utitur συγκατηυξάμην, quia preces suas chori de providentia divina verbis adjunctas esse vult. Praeter Sophoclem unus, quantum nunc scimus, hoc verbo usus est Plutarchus Mor. p. 492 D. πολλαχοῦ σύμβωμός ἐστιν Ἰόλαος Ἡρακλεῖ καὶ συγκατεύχονται παραστάτην Ἡρακλέους ὀνομάζοντες. Multo frequentius inde ab Herodoto est verbum προσεύχεσθαι, quo Creonti chorus respondet, μή νυν προσεύχου μηδέν.

1344. ὅπα] ποτὰν Kayserus: quo non opus. Optime vero idem verba proxima πρὸς πρότερον (πότερον apographa) ἴδω πᾷ καὶ θῶ correxit restituto πρὸς πότερα κλιθῶ, quae emendatio planissime confirmatur verbis πάντα λέχρια, quae scholiasta explicat, πλάγια καὶ πεπτωκότα τὰ μὲν ἐν χερσὶ, τὰ δὲ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ. Proprie dictum λέχριος Oed. C. 195. λέχριός γ' ἐπ' ἄκρον λᾶος βραχὺς ὀκλάσας unde Eustathius p. 988, 8. explicat ὁ πλάγιος καὶ λίαν χρίμψας, ἤγουν πλησιάσας τῇ γῇ.

πάντα γὰρ—] I. e. omnia enim inclinata jacent quae in manibus habeo (quae praesentia sunt) et quae procul sunt (quod futurum tempus attinet), intolerabile fatum in caput meum irruit. De locutione ἐπὶ κρατί μοι πότμος εἰσήλατο confer hujus fab. 1272. ἐν δ' ἐμῷ κάρᾳ θεὸς ἔπαισέ με. Oed. T. 263.

λέχρια τὰν χεροῖν, τὰ δ' ἐπὶ κρατί μοι
πότμος δυσκόμιστος εἰσήλατο.

ΧΟ. πολλῷ τὸ φρονεῖν εὐδαιμονίας
πρῶτον ὑπάρχει· χρὴ δ' ἐς τὰ θεῶν
μηδὲν ἀσεπτεῖν· μεγάλοι δὲ λόγοι
μεγάλας πληγὰς τῶν ὑπεραύχων
ἀποτίσαντες
γήρᾳ τὸ φρονεῖν ἐδίδαξαν.

1345. τὰν Brunckius pro τάδ' ἐν. 1349. χρὴ δ' ἐς τὰ θεῶν, scripsi pro χρὴ δὲ τά τ' εἰς θεούς.

νῦν δ' ἐς τὸ κείνου κρᾶτ' ἐνήλαθ' ἡ τύχη. Aesch. Pers. 515. ὦ δυσπόνητε δαῖμον, ὡς ἄγαν βαρὺς ποδοῖν ἐνήλλου παντὶ Περσικῷ γένει. WUND.

1345. Codicis scripturam τάδ' ἐν χεροῖν τὰ δ' ἐπὶ Triclinius in τάτ' ἐν χεροῖν τάτ' ἐπὶ mutavit. Incerta Brunckii correctio est τὰν χεροῖν. Versui strophico 1324. accurate respondet τὰ πρὸ χεροῖν, quod conjecit Kayserus, ut τὰ πρὸ χειρῶν est v. 1279. τὰν χεροῖν autem corpus dicit filii exanimati, ut v. 1279. 1297., τὰ δ' ἐπὶ κρατὶ vero de Eurydice intelligenda.

1348. πολλῷ τὸ φρονεῖν] Scholiasta, τὸ καλῶς φρονεῖν πρῶτόν ἐστιν εὐδαιμονίας, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐξοχώτατον. Musgravius πρῶτον pro πρότερον positum censet, multis exemplis hunc usum adstruens. Propriam, inquit, vim obtineret, si τὸ φρονεῖν species esset εὐδαιμονίας. Atqui ut haec revera est, ita Graecorum quoque judicio fuit. Cf. supra v. 1050. Eur. Heracl. 746: οἰόμεσθα γὰρ τὸν εὐτυχοῦντα πάντ' ἐπίστασθαι καλῶς. Ejusdem fragm. inc. 204. τὸν εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν. ERF.

1349. χρὴ δὲ—ἀσεπτεῖν] Verbis ἐς τὰ θεῶν ἀσεπτεῖν nihil aliud significatur quam impium esse in rebus ad deos spectantibus, ut εὐσεβεῖν τὰ πρὸς θεοὺς (Philoct. 1441.) pium esse adversus deos valet. Itaque μηδὲν ἀσεπτεῖν ἐς τὰ θεῶν valet nihil, i. e. nullo modo sive nulla in re violare quae ad deos spectant sive leges divinas. WUND. Vitiosam codicis scripturam τά τ' εἰς θεοὺς Triclinius more suo correxit illata γε particula τά γ' εἰς θεούς.

1350. μεγάλοι—ἐδίδαξαν] At superbi, quum gravibus plagis adflicti magnorum dictorum poenas luerunt, sapere tandem docentur. BRUNCK.

1353. ἐδίδαξαν] *Docere solent.* Qui frequentissimus est aoristi usus, velut v. 709. οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κακοί.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 14. in var. lect. lin. 6. ducto] *corrige* ductu

P. 28. in annot. ad v. 163. lin. 2. *τορπικῶς*] *corr. τροπικῶς*

P. 35. annot. col. 1. lin. ult. S] s

P. 54. in var. lect. lin. 2. uncus non post *ἐξηδη* ponendus erat, sed post nomen Brunckii.

P. 84. v. 782. *κτήμασι*] Conjeci *λήμασι*. Similis corruptela est apud Joannem Chrys. Homil. in Matthaeum vol. 7. p. 603 A. (vol. 2. p. 190. ed. Field.) *μεριμνῶμεν—ὅπως οἱ μὲν οἰκέται πλείους γένοιντο—οἱ δὲ παῖδες πολὺν παρ' ἡμῶν δέξαιντο κλῆρον, ἡ δὲ γυνὴ χρυσία σχοίη καὶ ἱμάτια πολυτελῆ καὶ κτήματα.* Verba *καὶ κτήματα* non verterunt interpretes, Fieldius vero vol. 3. p. 272. de jumentis, praesertim mulis, intelligi voluit, de qua vocis significatione dixerit Coraës in *Ἀτάκτοις* vol. 4. p. 260. Quod alienum ab hoc loco. Scribendum videtur *νήματα*, collata p. 510 B *ὅταν τὰ νήματα τὰ σηρικὰ, ἃ μηδὲ ἐν ἱματίοις ὑφαίνεσθαι καλὸν, ταῦτα ὁ ὑποδήμασι διαρράπτητε, πόσης ὕβρεως, πόσου γέλωτος ταῦτα ἄξια;*

SOPHOCLIS

TRAGOEDIAE SUPERSTITES

ET

PERDITARUM FRAGMENTA

EX RECENSIONE ET CUM COMMENTARIIS

G. DINDORFII.

EDITIO TERTIA.

VOLUMEN IV.

AJAX.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
M.DCCC.LX.

SOPHOCLIS

AJAX

EX RECENSIONE ET CUM COMMENTARIIS

G. DINDORFII.

EDITIO TERTIA.

OXONII:
E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.
M.DCCC.LX.

IV.

ΑΙΑΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ*

ΑΘΗΝΑ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ΑΙΑΣ.

ΧΟΡΟΣ ΣΑΛΑΜΙΝΙΩΝ ΝΑΥΤΩΝ.

ΤΕΚΜΗΣΣΑ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ΤΕΥΚΡΟΣ.

ΜΕΝΕΛΑΟΣ.

ΑΓΑΜΕΜΝΩΝ.

ΚΩΦΑ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΕΥΡΥΣΑΚΗΣ. ΠΑΙΔΑΓΩΓΟΣ. ΣΤΡΑΤΟΚΗΡΥΞ.

* Personarum inter tres histriones distributio nihil dubitationis habet in hac fabula. Ajacem et Teucrum *πρωταγωνιστὴς* egit, Tecmessam et Ulixem *δευτεραγωνιστὴς*, Minervam, nuncium, Menelaum et Agamemnonem *τριταγωνιστὴς*, nisi quis Menelai partes *δευτεραγωνιστῇ* adscribere malit, quae aliorum sententia est.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.[a]

Τὸ δρᾶμα τῆς Τρωϊκῆς ἐστι πραγματείας, ὥσπερ οἱ ΑΝΤΗΝΟΡΙΔΑΙ καὶ ΑΙΧΜΑΛΩΤΙΔΕΣ καὶ ΕΛΕΝΗΣ ΑΡΠΑΓΗ καὶ ΜΕΜΝΩΝ. πεπτωκότος γὰρ ἐν τῇ μάχῃ τοῦ Ἀχιλλέως ἐδόκουν Αἴας τε καὶ Ὀδυσσεὺς ἐπ' αὐτῷ πλέον τι ἀριστεύειν περὶ τὴν τοῦ σώματος κομιδήν· καὶ κρινομένων περὶ τῶν ὅπλων κρατεῖ Ὀδυσσεύς. ὅθεν καὶ ὁ Αἴας, τῆς κρίσεως μὴ τυχὼν, παρακεκίνηται καὶ διέφθαρται τὴν γνώμην, ὥστε ἐφαπτόμενος τῶν ποιμνίων δοκεῖν τοὺς Ἕλληνας διαχρήσασθαι. καὶ τὰ μὲν ἀνεῖλε τῶν τετραπόδων, τὰ δὲ δήσας ἀπάγει ἐπὶ τὴν σκηνήν· ἐν οἷς ἐστι καὶ κριός τις ἔξοχος, ὃν ᾧετο εἶναι Ὀδυσσέα, ὃν δήσας ἐμαστίγωσεν, ὅθεν καὶ τῇ ἐπιγραφῇ πρόσκειται ὁ ΜΑΣΤΙΓΟΦΟΡΟΣ[b], ἢ

[a] ΥΠΟΘΕΣΙΣ] Argumentum abest ab codice Laurentiano, superest ex codice scholiorum suppletum in apographis, quorum scripturae diversitatem exposui in Schol. vol. 2. p. 25.–28.

[b] Μαστιγοφόρος] Propagatam per codices inscriptionem Αἴας μαστιγοφόρος suis quoque in exemplaribus invenit argumenti Graeci scriptor, qui cognomen hoc additum esse ait sive propter arietem flagellatum ab Ajace, qui mente captus Ulixem supplicio afficere sibi visus erat (v. 105–113), sive ut discerneretur haec fabula ab altera ejusdem nominis tragoedia, Ajace Locrensi. Idem tamen addit Dicaearchum (in opere quod βίος Ἑλλάδος inscriptum fuit, ut probabiliter conjicit Naekius in Museo Rhenano a. 1832. vol. I. p. 45.) Αἴαντος θάνατον inscripsisse, in didascaliis vero simplex Ajacis nomen relatum inveniri. Quod restituendum esse duxi. Neque enim dubitari potest quin haec antiquior de duabus sit tragoedia eoque tempore edita quo de altera fabula, Ajace Locrensi, componenda nondum cogitasset poeta. Itaque haec simpliciter inscripta fuit Αἴας, posterior vero, quo a priore distingueretur, Αἴας Λοκρός. Similem quum aliarum quarundam fabularum tum utriusque Oedipi rationem fuisse suspicamur, quorum prior Οἰδίπους, posterior Οἰδίπους ὁ ἐπὶ Κολωνῷ inscriptus fuerit. Aliud ejusdem generis exemplum Iphigeniae praebere videntur Euripidis, quarum quae nunc Taurica dicitur, post mortem poetae edita, simplici Iphigeniae nomine inscripta fuit ab ipso, ni fallor, altera vero, cui Aulidensi nomen fecerunt grammatici, quum imperfectam reliquisset poeta nunquam in scenam prodiit, sed a poetis quibusdam, aliis antiquioribus, aliis recentissimis et imperitissimis, continuata est atque interpolata: de quo in annotationibus ad Euripidem dixi. Ceterum vix opus est moneri, didascaliarum auctoritatem non labefactari Clementis Alexandrini,

πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ΛΟΚΡΟΥ. Δικαίαρχος δὲ ΑΙΑΝΤΟΣ ΘΑΝΑΤΟΝ ἐπιγράφει. ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς ΑΙΑΣ ἀναγέγραπται[c].

Ταῦτα μὲν οὖν πράττει ὁ Αἴας· καταλαμβάνει δὲ Ἀθηνᾶ Ὀδυσσέα ἐπὶ τῆς σκηνῆς διοπτεύοντα τί ποτε ἄρα πράττει ὁ Αἴας, καὶ δηλοῖ αὐτῷ τὰ πραχθέντα, καὶ προκαλεῖται εἰς τὸ ἐμφανὲς τὸν Αἴαντα ὄπι ἐμμανῆ ὄντα καὶ ἐπικομπάζοντα ὡς τῶν ἐχθρῶν ἀνῃρημένων. καὶ ὁ μὲν εἰσέρχεται ὡς ἐπὶ τῷ μαστιγοῦν τὸν Ὀδυσσέα. παραγίνεται δὲ χορὸς Σαλαμινίων ναυτῶν, εἰδὼς μὲν τὸ γεγονὸς, ὅτι ποίμνια ἐσφάγησαν Ἑλληνικὰ, ἀγνοῶν δὲ τὸν δράσαντα. ἔξεισι δὲ καὶ Τέκμησσα, τοῦ Αἴαντος αἰχμάλωτος παλλακὶς, εὐδυΐα μὲν τὸν σφαγέα τῶν ποιμνίων ὅτι Αἴας ἐστὶν, ἀγνοοῦσα δὲ τίνος εἶεν τὰ ποίμνια. ἑκάτερος οὖν παρ' ἑκατέρου μαθόντες τὸ ἀγνοούμενον, ὁ χορὸς μὲν παρὰ Τεκμήσσης, ὅτι ὁ Αἴας ταῦτα ἔδρασε, Τέκμησσα δὲ παρὰ τοῦ χοροῦ, ὅτι Ἑλληνικὰ τὰ σφαγέντα ποίμνια, ἀπολοφύρονται· καὶ μάλιστα ὁ χορός. ὅθεν δὴ ὁ Αἴας προελθὼν ἔμφρων γενόμενος ἑαυτὸν ἀπολοφύρεται. καὶ τούτου ἡ Τέκμησσα δεῖται παύσασθαι τῆς ὀργῆς· ὁ δὲ ὑποκρινόμενος πεπαῦσθαι ἔξεισι καθαρσίων ἕνεκα καὶ ἑαυτὸν διαχρῆται. εἰσὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ δράματος λόγοι τινὲς Τεύκρου πρὸς Μενέλαον, οὐκ ἐῶντα θάπτειν τὸ σῶμα. τὸ δὲ πέρας, θάψας αὐτὸν Τεῦκρος ἀπολοφύρεται. παρίστησι δὲ ὁ λόγος τῆς τραγῳδίας ὅτι ἐξ ὀργῆς καὶ φιλονεικίας οἱ ἄνθρωποι ἤκουεν ἐπὶ τὰ τοιαῦτα νοσήματα, ὥσπερ ὁ Αἴας προσδοκήσας ἐγκρατὴς εἶναι τῶν ὅπλων ἀποτυχὼν ἔγνω ἑαυτὸν ἀνελεῖν. αἱ δὲ τοιαῦται φιλονεικίαι οὐκ εἰσὶν ἐπωφελεῖς οὐδὲ τοῖς δοκοῦσι νενικηκέναι. ὅρα γὰρ καὶ παρ' Ὁμήρῳ τὰ περὶ τῆς ἥττης τοῦ Αἴαντος πάνυ διὰ βραχέων καὶ περιπαθῶς· (Ὀδ. 11, 542.)

οἵη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο
νόσφιν ἀφειστήκει κεχολωμένη εἵνεκα τευχέων.

εἶτα αὐτοῦ ἄκουε τοῦ κεκρατηκότος· (547.)

Athenaei, Zenobii aliorumque locis grammaticorum, qui codices suos secuti saepissime Αἴαντα dixerunt *μαστιγοφόρον*, neque ullius esse momenti quod Eustathius ad verba Homeri Il. 12, 37. *Διὸς μάστιγι δαμέντες* p. 891, 24. scripsit, *μήποτε δὲ ὁ τοῦ Ὁμήρου ζηλωτὴς Σοφοκλῆς ἐντεῦθεν τὸν παρ' αὐτῷ Αἴαντα ὡς θεομηνίᾳ περιπεσόντα μαστιγοφόρον ἐπέγραψε.* quae repetit p. 961, 24.

[c] His verbis finitur antiquioris grammatici Ὑπόθεσις. Reliqua omnia ab grammatico aliquo Byzantino composita esse videntur.

ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ.

οὐκ ἐλυσιτέλησεν ἄρα αὐτῷ ἡ νίκη, τοιούτου ἀνδρὸς διὰ τὴν ἧτταν ἀποθανόντος.

Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν τῷ ναυστάθμῳ πρὸς τῇ σκηνῇ τοῦ Αἴαντος. δαιμονίως δὲ εἰσφέρει προλογίζουσαν τὴν Ἀθηνᾶν. ἀπίθανον γὰρ τὸν Αἴαντα προϊόντα εἰπεῖν περὶ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων, ὥσπερ ἐξελέγχοντα ἑαυτόν· οὐδὲ μὴν ἕτερός τις ἠπίστατο τὰ τοιαῦτα, ἐν ἀπορρήτῳ καὶ νυκτὸς Αἴαντος δράσαντος· θεοῦ οὖν ἦν τὸ ταῦτα διασαφῆσαι, καὶ Ἀθηνᾶς προκηδομένης τοῦ Ὀδυσσέως, διό φησι·

καὶ πάλαι φύλαξ ἔβην
τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυνηγίᾳ.

Περὶ δὲ τοῦ θανάτου τοῦ Αἴαντος διαφόρως ἱστορήκασιν. οἱ μὲν γάρ φασιν ὅτι ὑπὸ Πάριδος τρωθεὶς ἦλθεν εἰς τὰς ναῦς αἱμορροῶν· οἱ δὲ ὅτι χρησμὸς ἐδόθη Τρωσὶ πηλὸν[d] *κατ' αὐτοῦ βαλεῖν· σιδήρῳ*[e] *γὰρ οὐκ ἦν τρωτός· καὶ οὕτω τελευτᾷ. οἱ δὲ ὅτι αὐτόχειρ αὐτοῦ γέγονεν, ὧν ἐστι καὶ Σοφοκλῆς. περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς, ὅτι μόνην αὐτὴν τρωτὴν*

[d] Aliter haec tradit Eustathius p. 995, 6. quum dicit eum *ἀποσεισάμενον τὸν πηλὸν δύο ποιῆσαι κολωνούς*. Hinc intelligitur in Sophronis testimonio apud Demetrium Phal. c. 147. *θᾶσαι ὅσα φύλλα καὶ κάρφεα τοὶ παῖδες τοὺς ἄνδρας βαλλίζοντι, οἱόνπερ φαντὶ φιλάτας Τρῶας τὸν Αἴαντα τῷ παλῷ*, multum errasse qui pro *τῷ παλῷ* substituerunt *ῥοπάλῳ*. Paridis sagitta Ajacem perisse tradidit Anticlides ad Lyc. 464., quocum consentit Dares p. 189.; ac fuisse etiam, qui Ulixem hujus facinoris reum agerent, apparet ex Ciceronis verbis de Invent. 1, 8. "quid factum sit, potest quaeri hoc modo, occideritne Ajacem Ulixes;" quod e tragicorum fabulis depromtum esse testatum facit Quinctilianus 4, 2, 13. "ut in tragoediis quum Teucer Ulixem reum facit Ajacis occisi, dicens inventum eum in solitudine juxta exanime corpus inimici cum gladio cruento." Suidas s. v. Παλλάδιον auctor est orta inter utrumque de Palladio lite Ajacem noctu interemptum Ulixem in suspicionem caedis vocatum esse. LOBECK.

[e] *σιδήρῳ*] Plato Symp. p. 219. E: *εὖ γὰρ ᾔδη ὅτι χρήμασί τε πολὺ μᾶλλον ἄτρωτος ἦν πανταχῇ ἢ σιδήρῳ ὁ Αἴας, ᾧ τε ᾤμην αὐτὸν μόνῳ ἀλώσεσθαι, διεπεφεύγει με.* Eandem famam secutus erat Aeschylus in *Θρῄσσαις*, in qua tragoedia nuncius necem Ajacis describens narraverat (ut annotavit schol. Sophoclis ad v. 833.) *ὅτι καὶ τὸ ξίφος ἐκάμπτετο, οὐδαμῇ ἐνδιδόντος τοῦ χρωτὸς τῇ σφαγῇ—πρὶν δή τις παροῦσα δαίμων ἔδειξεν αὐτῷ κατὰ ποῖον μέρος δεῖ χρήσασθαι τῇ σφαγῇ.*

εἶχεν, ἱστορεῖ καὶ Πίνδαρος[f], ὅτι τὸ μὲν σῶμα, ὅπερ ἐκάλυψεν ἡ λεοντῆ[g], ἄτρωτον ἦν, τὸ δὲ μὴ καλυφθὲν τρωτὸν ἔμεινε.

[f] Πίνδαρος] Negligenter inspexit locum Pindari Isthm. 6, 51–80. ubi Ajax ἄρρηκτος φυὰν dicitur, nihil vero de πλευρᾷ τρωτῇ dicitur, non magis quam Nem. 7, 380. ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος, aut Isthm. 3, 58. ἵστε μὰν Αἴαντος ἀλκὰν φοίνιον, τὰν ὀψίᾳ ἐν νυκτὶ ταμὼν περὶ ᾧ φασγάνῳ μομφὰν ἔχει παῖδεσσιν Ἑλλάνων, ὅσοι Τρῳανδ' ἔβαν, aut Nem. 8, 38. κεῖνος καὶ Τελαμῶνος δάψεν υἱὸν φασγάνῳ ἀμφικυλίσαις.

[g] λεοντῆ] Pellem leoninam Herculis dicit, de qua scholiasta ad v. 833 : κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἄτρωτος ἦν ὁ Αἴας, κατὰ δὲ τὴν μασχάλην τρωτὸς διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα τῇ λεοντῇ αὐτὸν σκεπάσαντα κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἀσκέπαστον ἐᾶσαι διὰ τὸν γωρυτόν, ὃν περιέκειτο. et scholiasta Homeri Il. 23, 821. ἱστόρηται ὅτι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, καθ' ὃν ἔτυχεν Ἡρακλῆς τῇ νήσῳ Ἁλαμῖνι κατά τινα χρείαν προσπλεύσας, Τελαμῶνι ἄρτι γενέσθαι τὸν παῖδα Αἴαντα. ἐπιστὰς οὖν ὁ Ἡρακλῆς καὶ ἀναλαβὼν τὸν παῖδα περιέβαλλε τῇ λεοντῇ. ἐφ' ᾧ ηὔξατο αὐτὸν γενέσθαι ἄτρωτον. ὁ δὲ ηὐξήθη, καὶ τὸ τῶν τοῦ σώματος ἐγένετο ἄτρωτον πλὴ τοῦ αὐχένος· τοῦτο γὰρ ἔδόκει τότε κατὰ τύχην τὸ μέρος μὴ περιβεβλῆσθαι τῇ λεοντῇ.

SUMMARIUM FABULAE.

Argumentum fabulae ex historia sumtum est belli Trojani, cujus inter duces Graecos primum omnium consensu locum virtute bellica tenuit Achilles, proximum post Achillem locum Ajax Telamonis filius, qui cum aliis copiarum Graecarum ducibus Tyndareo juramento obstrictus fuerat ut Helenam, Tyndarei filiam, Menelao nuptam, sed a Paride raptam, ab Trojanis repeteret (v. ad v. 1113.): cui officio satisfecit cum duodecim navibus (Hom. Il. 2, 557.) Salamine, cujus imperium tenebat, adversus Trojam profectus. Occiso autem ante moenia Trojae Achille quum aliis tum Ajaci ipsi aequum videbatur ut arma, quae Achilles moriens reliquisset, Ajaci quodam quasi haereditatis jure traderentur, fortitudinis per omnes belli vicissitudines probatae praemium. Verum res aliter cecidit. Nam orto ea de re dissidio Atridae (Agamemnon et Menelaus) constituto judicio effecerunt ut arma Achillea Ulixi traderentur, favente Ulixi Minerva (v. 953.) Quo judicio exacerbatus Ajax vindictae ab Atridis pariter atque Ulixe sumendae consilia agitat. Quem conatum irritum reddit amica adversariis Minerva, quae immissa Ajaci per diem unum insania efficit ut Ajax, dum Atridas et Ulixem crudeli afficere supplicio sibi videtur, in greges Graecorum irruat pecudibusque plurimis, una cum pastoribus, mactatis, aliis in vincula conjectis, ingentem stragem edat. Quo facto ad sanam mentem, volente Minerva, redit Ajax intellectoque quanto dedecore affectus risuique ac contemtui omnium sit expositus, vitam sibi non amplius vitalem esse judicans, necis sua sibi manu inferendae consilium capit et mox in solitudinem se conferens perficit. Quo facinore perpetrato corpus mortui ab amicis investigatur, mortem ejus lamentantibus et sepulturam parantibus, cui Atridae, Ajaci etiam post mortem infestissimi, ab initio adversantur, sed ad extremum Teucro, Ajacis

fratri, concedunt, intercedente Ulixe, odii, quod in [illegible] concepent Ajax, dum viveret, inexpugnabile, generoso animo [illegible]emore.

Hoc igitur argumentum, cujus summam breviter delineavimus, videndum quomodo per singulas fabulae partes tractaverit Sophocles.

V. 1–133. (*Πρόλογος.*) Fabulae initium agitur primo mane post Ajacis in greges Graecorum impetum brevique post judicium armorum tempore, quod indefinitum reliquit poeta. Ajax in tentorio suo versatur haud procul ab navibus Graecorum, spectatoribus nondum conspicuus. Conspicua vero spectatoribus est Minerva, etsi longius ab eorum oculis remota, in parte scenae quae *θεολογεῖον* appellabatur. Ex quo verba facit ad Ulixem, qui eam ex voce magis quam ex figura corporis longe remota agnoscit, dum occupatus est in investigando caedis per noctem commissae auctore, quem ab omnibus Ajacem perhiberi refert, etsi nihil dum de insania suspicatis, sed iratum tantum credentibus propter Atridarum de armis Achilleis judicium. Quod aliter se habere ex Minervae sermonibus cognoscit Ulixes, quae insaniam Ajaci ab se esse immissam narrat, ut manus ejus ab Atridis et Ulixe, quos aggredi in mente habuerit, averteret. De quo ut omnis Ulixi dubitatio eximatur, Minerva Ajacem advocat. Qui relictis inter quas consedit pecudibus mactatis statim prodit deaeque sibi, ut credit, amicae gratias agit quod tam splendidam ab inimicis, quos punivisse sibi videtur, vindictam sumere sibi licuerit. In qua opinione confirmatur ab Minerva, quam ut sibi in posterum pariter faveat precatus Ajax in tentorium se recipit, Minerva vero Ulixem, tristi spectaculo nonnihil motum, hoc exemplo usa hortatur ne debitam diis reverentiam nimia virium fiducia elatus violet, quod Ajacem fecisse significat (v. ad v. 113. 756.–772.)

134.–200. (*πάροδος.*) His auditis scenam relinquit Ulixes, Minerva vero ex *θεολογείῳ* evanescit. Tum orchestram intrat chorus, ex nautis Salaminiis compositus, quibuscum Ajax adversus Trojam profectus erat. Ad quos quum ipsos quoque rumor de nocturno Ajacis facinore allatus sit, tamen fidem ei habere nolunt, inimicorum calumnias subesse opinantes.

201.–595. (*ἐπεισόδιον α'.*) A qua opinione mox dimovetur chorus prodeunte Tecmessa, Teleutantis Phrygis filia, quam captivam factam tori sociam habet Ajax, ex qua Eurysacem filium suscepit: qui quum post initium demum belli Trojani, cujus decimus annus in hac fabula agitur, natus esse possit, paucorum annorum puer est

habendus, unde explicandum quod, licet in scenam producatur, tamen nullum usquam verbum edit, sed ab muta persona agitur. Post ampliorem Tecmessae de insania Ajacis narrationem Ajax ipse, recuperata mentis sanitate, ex tentorio prodit sorteque sua alternis cum choro et Tecmessa sermonibus deplorata Eurysacem adduci jubet, eique adducto ac Tecmessae valedicit verbis usus qualibus morituri uti solent, quae mali aliquid portendere et choro et Tecmessae videntur, quorum precibus nihil motus Ajax in tentorium redit, Tecmessa jam antea (v. 578.) cum Eurysace abire jussa.

Sequitur *στάσιμον* primum (596–645.), quo chorus de molestiis quas bello tot per annos sine successu continuato pertulerit, queritur, ad quas novum nunc et inexpectatum Ajacis malum accesserit, et grandaevorum Ajacis parentum conditionem deplorat, quos cognita Ajacis sorte in luctum gravissimum conjectum iri praevidet.

646.–692. (*ἐπεισόδιον β'.*) Finito chori cantico iterum in scenam prodit Ajax animoque magis quam antea sedato majorem erga deos reverentiam ostendit, Atridisque, exercitus ducibus, parendum esse concedit, Teucro autem fratri, licet nunc absenti, corporis sui, si quid ei accidat, curam commendat, se ipsum quo oporteat abiturum esse dicens.

693.–718. Chorus vero ultima illa verba, quibus Ajax sui ipsius interficiendi consilium tecte significaverat, in meliorem partem interpretatus carmine *ὀρχηστικῷ* laetiorem quam ex Ajacis oratione concepit spem celebrat.

719.–1184. (*ἐπεισόδιον γ'.*) Quo carmine finito nuncius advenit, qui Calchantem vatem Teucrum ex Mysia reducem obsecrasse narrat ut Ajacem diligenter custodiat, qui ab Minerva in furorem conjectus manum sibi ipse hodie sit illaturus, nisi ab amicis impediatur. Quo audito Tecmessa ab choro petit ut in duas partes divisus Ajacem, qui tentorium reliquerit, investiget. Quod dum facit chorus scena mutata locus fruticetis consitus in posteriore scenae parte ostenditur, in quem Ajax, postquam injuriae sibi illatae memoriam ampliore oratione repetivit deosque vindices invocavit, se confert et in gladium in terra defixum procumbit. Quo facto chorus, necis jam patratae ignarus, redit Ajacem frustra ab se quaesitum esse querens deorumque opem implorans ut Ajax ubi commoretur ostendant. Quae preces inutiles fiunt adventu Tecmessae, quae in fruticeto illo corpus Ajacis mortui detexit pallioque injecto hominum oculis subduxit. Post alterna per versus 891.–973. Tecmes-

sae chorique lamenta Teucrum advenire vident, qui illorum lamentis sua adjungens longiore oratione (992.–1039.) exponit quantam jacturam fecerit fratre orbatus, metuereque se dicit ne apud Telamonem patrem in suspicionem incurrat neglecti officii, quo impedire, si voluisset, caedem fratris potuisset. Cui orationi chorus finem imponit Teucroque suadet ut sepulturam Ajacis acceleret, quo Menelaum, Ajaci inimicissimum, quem accedere videt, praevertat, si fieri possit. Quem non inanem chori metum esse prima statim Menelai verba confirmant, quibus sui Agamemnonisque nomine interdicit ne quis Ajacem terra condere audeat, cujus interdicti caussas longa oratione (1052.–1090.) exponit, quam refutare studet Teucer (1093.–1117.), cujus verbis Menelaus ab sententia sua non magis dimovetur quam Teucer Menelai. Quamobrem Menelaus graviora minatus (1159. 1160.) abit, Teucer vero, accedente post Menelai discessum Tecmessa cum Eurysace filio, sepulturam choro adhortante praeparat, eoque consilio scenam relinquit.

1185.–1222. (*στάσιμον χοροῦ β'.*) Interim chorus innumerabiles quos propter bellum perpessus sit labores omnisque generis aerumnas et mortem Ajacis, cujus praesidio nunc sit privatus, deplorat. Quod carmen simile est stasimo primo (596.–645.), quod partim eodem in argumento versatur.

1223.–1420. (*ἔξοδος.*) Redit in scenam Teucer, qui tumuli exstruendi caussa abierat (1184.), non vanas fuisse Menelai minas (1159. 1160.) intelligens. Accedit enim Agamemnon confirmaturus quod Menelaus jusserat, ne quis Ajacem sepelire audeat: unde similis ut supra cum Menelao oritur inter Agamemnonem et Teucrum disceptatio (1226.–1315.), donec accedit Ulixes, qui licet ipse quoque Ajaci, dum viveret, inimicissimus fuerit, tamen mortuo nunc aequiorem se praebet, et ab Agamemnone, quamvis ab initio acriter reluctante, tandem impetrat ut mortui corpus inimici debitis tanti nominis viro sepulturae honoribus afficiatur. Qua venia impetrata Teucer ritum sepulturae praescribit amicosque Ajacis invitat ut ultimum ei honorem comitatu suo tribuant, chorus vero, ut mos postulat tragoediae, fabulam paucis claudit versibus anapaesticis, incertum rerum humanarum omnium eventum declarantibus.

Intellig[illegible] his t[illegible] am hanc tribus constare partibus, qua-

um prima insaniam, secunda necem, tertia sepulturam Ajacis com-
lectitur. Quam fabulae compositionem fuerunt qui reprehende-
ent, mirati quod poeta verbosis Teucri, Menelai, Agamemnonis et
Jlixis de sepultura Ajacis disceptationibus indulgere quam omissis
is fabulam morte Ajacis finire maluerit. Quae apta quidem fabulae
nagno cum motu animorum finiendae ratio foret usuique tragoe-
liae et Graecae et exterae accommodata, sed cum sola conjuncta
nsania Ajacis, quae in prima fabulae parte praecedit, non suffecisset
ophocli ad justae tragoediae magnitudinem: de quo recte judi-
avit Lobeckius in annotatione ad v. 1127. Quamobrem Sophocles,
i hanc inire viam voluisset, insaniam Ajacis in media fabula ponere
lebuisset, in prima vero parte armorum repraesentare judicium,
uod Attium et Pacuvium in fabulis quas *Armorum judicium* in-
cripserunt, fecisse ex fragmentis quae supersunt colligi posse vide-
ur. Quod cur Sophocli non placuerit tanto minus divinari potest,
uod de Aeschyli trilogia fata Ajacis et Teucri complexa parum est
uod compertum habemus: quam si cum superstite Ajacis Sopho-
lei fabula perditaque tragoedia, qua Teucri post mortem Ajacis fata
ophocles tractavit, comparare liceret, fortasse clarius perspiceretur
ur Aeschyli exemplum sequi Sophocles noluerit. Nam de trilogia
eschylea, ex Ὅπλων κρίσει, Θρῄσσαις et Σαλαμινίαις composita,
antum scimus, prima fabula armorum judicium ita fuisse reprae-
entatum ut Nereides, ex quibus chorus compositus erat, judicium
errent postquam Ajax et Ulixes caussam suam egissent, Ajax vero
uamvis graviter ferens quod caussa cecidisset, tamen vitae non re-
unciaret, quod in secunda demum fabula, Θρῄσσαις, quae chorum
x mulieribus Thraciis captivis compositum habuit, factum esse
ovimus, in qua caedes Ajacis non, ut apud Sophoclem, in scena
eracta, sed ex sola nuncii narratione cognita fuerat (v. schol. ad
oph. Aj. 815.). Verum quomodo Aeschylus hoc argumentum
ade ab armorum judicio usque ad mortem Ajacis tractaverit ut
uas ex eo tragoedias conficeret, non magis scimus quam qui alte-
ius dramatis post mortem Ajacis ab nuncio narratam exitus et cum
roxima Σαλαμινίων fabula nexus fuerit. Itaque suspicari tantum
cet quod Aeschylus in tribus fabulis continuis fecerat, quae unius
istar tragoedia fuerunt, non voluisse imitari Sophoclem, qui fabu-
is singulas, nullo trilogiae vinculo inter se conjunctas, in scenam
roduceret, sed omisso armorum judicio Ajacis fabulam ab ea ordiri
arte maluisse quae plus tragicae gravitatis haberet quam quae ante

acta essent: quemadmodum in media quoque fabula nece Ajacis, videntibus spectatoribus in scena repraesentata, Aeschyli, qui sola nuncii narratione usus erat, inventum superavit. Longior autem de sepultura in extrema parte fabulae disceptatio, heroum Homericorum contentionibus non dissimilis, hodiernis harum rerum judicibus facilius displicere potest quam veteribus Atheniensibus potuit, qui caussis et publicis et privatis in utramque partem coram judicibus disceptandis assueti essent, ceterum non exiguam commendationem ab arte habet qua contendentium inter se heroum mores descripti sunt Ulixisque, qui acerrimus Ajacis, dum viveret, adversarius fuerat, generositate, ipsi non minus quam Ajaci honorifica: qua scena fabula aptissime finitur et injuria, quam Ajax vivus erat expertus, honoribus qui mortuo habentur expiatur.

Ad singula totius fabulae momenta quod attinet, satis erit antiquiorum poetarum de Ajace narrationes cum Sophocleis comparasse, omissis quae nihil ad hanc fabulam intelligendam conferunt recentiorum poetarum et mythographorum inventis: qualia multa Welckerus in commentatione de Ajace primum edita in Niebuhrii Museo Rhenano vol. 3. a. 1829., nuper repetita in Opusculorum volumine secundo, aliique collegerunt.

Ajacem patre natum esse Telamone, Salaminiorum principe, omnes inter se consentiunt inde ab Homero, qui saepe Ajacem Τελαμωνιάδην appellavit, ut ab Ajace distingueret Locro, Oilei filio. Telamonem autem genus ab Jove duxisse vetus fama fuit, ad quam Sophocles quoque alludit v. 337. ὦ Ζεῦ προγόνων (Αἴαντος) πρόπατωρ (ubi v. annot.), eodemque referenda Ajacis verba ad Jovem v. 824. Matrem habuit Alcathoi filiam, quam Ἐριβοιαν, Περίβοιαν, Φερέβοιαν vel Μελίβοιαν ab scriptoribus vocari in annot. ad v. 569. diximus: quae ipsa nominum similitudo indicio est communem omnes habuisse auctorem veterem, licet formam nominis, ut in aliis fabulis multis factum est, leviter variaverint. Sophocles, qui uno eam loco (v. 569.) memoravit, Eriboeam appellat, in quo consentientem inter antiquiores scriptores Pindarum habet Isthm. 6, 65. Fratrem Ajax habuit Teucrum, etsi non ex Eriboea natum, sed ex Hesione, Laomedontis filia, quam captivam ab Hercule praemium fortitudinis Telamon acceperat, de quo diximus in annot. ad v. 435., quemadmodum Ajax Tecmessam Teleutantis Phrygis filiam captivam (v. ad v. 210.) tori sociam nactus est, ex qua Eurysacem filium suscepit, quem infantem in hac fabula produci supra dicebamus.

De eo Ajax v. 545 seqq. ita loquitur ut unicus ei filius fuisse videatur. Qui ab Stephano Byz. s. v. Φιλαΐδαι memoratur Philaeus Ajacis ex Lysidice filius, eum Ajacis ex Eurysace nepotem fuisse perhibet Pausanias 1, 35, 2.

Fortitudinis in bello Trojano ab Ajace probatae, qua hoc erat consecutus ut proximo post Achillem loco haberetur, documenta multa Homerus enarravit, novis inventis a posteriorum temporum scriptoribus aucta, quae nihil pertinent ad Sophoclem, qui Homericas secutus narrationes fortitudinem et prudentiam (v. 119.) Ajacis pluribus hujus fabulae in universum celebravit, memoratis exempli caussa cum Hectore pugnis (1272.–1287.), etsi Ajacem, ut ferebat hujus fabulae consilium, ferociorem finxit viribusque suis tantopere superbientem ut in deorum invidiam incurreret Minervamque infestam sibi redderet (v. 756.–777.), cujus inventi caussas ab aliis quibusdam scriptoribus multo, ut videtur, recentioribus excogitatas scholiasta memorat in annotatione ad v. 127., ignotas Homero, cujus in narrationibus nihil reperitur ex quo impietatis erga deos crimen derivari possit, qualis Ajacis Locri, Oilei filii, fuit, cujus insolentia, qua Minervam offenderit, in Odyssea describitur 4, 499 seqq.

Mortem Achillis, quae insecuto de armis ejus judicio Ajaci quoque fatalis fuit, memoravit quidem Sophocles, sed quo modo perierit Achilles nusquam significavit, quoniam nihil attinebat id in hac fabula dici notumque omnibus ex Homero erat, cujus cum narratione congruunt quae Sophocles in Philocteta v. 334. Neoptolemum de morte Achillis dicentem facit,

> *τέθνηκεν ἀνδρὸς οὐδενὸς, θεοῦ δ' ὕπο*
> *τοξευτὸς, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς.*

Armorum judicium in Odyssea 11, 543. memoravit Homerus ubi Ulixem apud inferos versatum haec de Ajace dicentem fecit,

> *οἵη δ' Αἴαντος ψυχὴ Τελαμωνιάδαο*
> *νόσφιν ἀφειστήκει, κεχολωμένη εἵνεκα νίκης*
> *τήν μιν ἐγὼ νίκησα, δικαζόμενος παρὰ νηυσὶ,*
> *τεύχεσιν ἀμφ' Ἀχιλῆος· ἔθηκε δὲ πότνια μήτηρ·*
> *παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.*
> *ὡς δὴ μὴ ὄφελον νικᾶν τοιῷδ' ἐπ' ἀέθλῳ·*
> *τοίην γὰρ κεφαλὴν ἕνεκ' αὐτῶν γαῖα κατέσχεν,*
> *Αἴανθ', ὃς πέρι μὲν εἶδος, πέρι δ' ἔργα τέτυκτο*
> *τῶν ἄλλων Δαναῶν μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα.*

quorum versuum quintum damnavit Aristarchus ut ex cyclica poesi illatum. Sophocles, quum haec inter res sint ante hanc tragoediam actas, nec qui judices fuerint nec quibus rationibus moti Ajacem Ulixi posthabuerint prodidit, sed satis habuit tribus locis (449. 1135. 1213.) Atridas ut injustae sententiae auctores memorare, nulla habita ratione ampliorum ea de re narrationum, quas ex poetis cyclicis Proclus in Chrestomathia et scholiasta Aristophanis Equit. 1065., alii grammatici ex Aeschyli Ὅπλων κρίσει aliisque poetis memorarunt. Sophoclis tamen quae ea de re sententia fuerit quodammodo colligi potest ex iis quae Ulixem in ficta Neoptolemi, Achillis filii, oratione dicentem fecit in Philocteta v. 372.

ναὶ, παῖ, δεδώκασ' ἐνδίκως οὗτοι τάδε·
ἐγὼ γὰρ αὖτ' ἔσωσα κἀκεῖνον παρών.

quae comparanda cum narratione quam ex Arctini Aethiopide memoravit Proclus, Αἴαντα ἀνελόμενον (τὸ τοῦ Ἀχιλλέως σῶμα) ἐπὶ τὰς ναῦς κομίζειν, Ὀδυσσέως ἀπομαχομένου τοῖς Τρωσίν. Minervae voluntate factum esse ut arma Ulixi tribuerentur, immissamque ab eadem dea insaniam Ajaci esse Sophocles finxit praeeunte Lesche, ex quo Proclus haec rettulit, ἡ τῶν ὅπλων κρίσις γίνεται, καὶ Ὀδυσσεὺς κατὰ βούλησιν Ἀθηνᾶς λαμβάνει. Αἴας δὲ ἐμμανὴς γενόμενος τήν τε λείαν τῶν Ἀχαιῶν λυμαίνεται καὶ ἑαυτὸν ἀναιρεῖ.

Necem apud Sophoclem Ajax perficit in gladium, quem olim ab Hectore donum acceperat, in terra defixum procumbens. Hanc quoque fabulae partem poetae alii aliter adornarunt, inter quos Aeschylus fuit, qui in Θρῃσσῶν fabula nuncium introduxit mortem Ajacis copiose describentem, de quo dixit scholiasta Sophoclis ad v. 815. 833., cujus ex verbis intelligitur Aeschylum non neglexisse veterem de Ajace, una excepta corporis parte, invulnerabili famam, de qua supra diximus p. 5. ubi quae ex Aeschyli Θρῄσσαις memoravimus narrari facilius quam in scena repraesentari potuerunt. Quamobrem Sophocles, qui necem Ajacis non narraret, sed in scena exhiberet, nullam illius inventi rationem habuit, manifestoque fallitur scholiasta verbis Ajacis v. 834. πλευρὰν διαρρήξαντα τῷδε φασγάνῳ ad eam respici opinatus, ex quibus nemo colligere poterat reliquam Ajacis corporis partem invulnerabilem fuisse.

De sepultura Aj[illegible] in [illegible] hujus fabulae praeparatur, nihil ab an[illegible] [illegible]tur. Recentiorum de sepulcro [illegible] in annotatio[illegible] ad v. 863. "N[illegible] deorum in [illegible] Calchas

(Philostr. Her. 11, 3. p. 721.) cujus fabulae satis antiquus auctor est Lesches apud Eustath. p. 285, 38. *μηδὲ καυθῆναι συνήθως τὸν Αἴαντα, τεθῆναι δὲ οὕτως ἐν σορῷ διὰ τὴν ὀργὴν τοῦ βασιλέως*, quo fundamento superstructum est commentum de erutis ossibus Pausan. 1, 35. Sepultus autem est in litore Rhoeteo (Quint. Cal. 5, 654.) apposita posthac statua: quam quum abstulisset Antonius, Rhoeteensibus ultro reddidit Caesar Augustus secundum Strabonem 13. p. 595. et Eustathium p. 666, 52., ubi pessime *Ἄρατος* scribitur pro *Αὔγουστος* vel *Σεβαστός*. Idemque Eustathius p. 313, 30. Ajacis *μνῆμα καὶ ἱερόν* in Rhoeteo memorat. Sed jam prius inferias ei attulit Alexander secundum Diodorum 17, 7., virtutem viri admiratus ab ipsis diis testatam, quorum voluntate factum est ut Achilles arma Ulixi naufrago erepta tempestate ad Ajacis tumulum deferrentur (cf. Phot. Bibl. c. 190. p. 249. et Epigr. Anth. Pal. 9, 115.) et ex ipsius sanguine flos pullularet lugubris, quem Euphorio apud Eustathium l. c. et scholiasta Theocr. 20, 28. (vide Meinek. p. 89.) multique praeterea alii celebrarunt; sed de genere plantae discrepant; vide Linnaei Specc. Plant. p. 718."

De tempore quo edita est Ajacis fabula nullo nec grammaticorum testimonio neque indiciis in tragoedia ipsa proditis constat. Ex antiquioribus tamen esse poetae fabulis numerorum compositio metrorumque delectus ostendit. Post Medeam Euripidis, quam Olymp. 87, 1. actam esse constat, scripta sit necesse est, nisi Clemens Alex. Strom. 6. p. 740. incogitanter scripsit, *ἔτι Εὐριπίδου μὲν ἐν τῇ Μηδείᾳ* (618.) *εἰπόντος, Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει, Σοφοκλῆς ἐν τῷ Αἴαντι τῷ μαστιγοφόρῳ* (665.) *ἐκεῖνό φησι τὸ ἰαμβεῖον, Ἐχθρῶν δ' ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα.* Quanquam huic argumento non multum tribuendum, quum inferiorum temporum scriptores chronologiam scenicam parum curantes plura hujusmodi excogitaverint temporum rationi contraria.

Pacuvii et Attii tragoediarum, quae *Armorum judicium* inscriptae fuerunt, pauca supersunt fragmenta, inter quae tamen nonnulla reperiuntur ex quibus colligi potest utrumque poetam Sophoclis Ajacem esse imitatum. De quo dixit Otto Ribbeckius in annotationibus ad fragmenta illa in Tragoediarum Latinarum reliquiis p. 291. 292. 312. 313.

Augustum Sophoclis Ajacem in sermonem Latinum transtulisse narratur in Excerptis historicis ab Cramero editis in Anecd. Paris. vol. 1. p. 329. *Ὅτι Αὔγουστος τὸν τοῦ Σοφοκλέους Αἴαντα εἰς τὴν*

πάτριον φωνὴν μετήνεγκεν· εἶτα ἀκμαζούσης αὐτῷ μετὰ τὴν πρακτικὴν καὶ τῆς ἐκ λόγων ἀρετῆς, ὡς ἀναξίαν ἐκ παραβολῆς πρὸς Σοφοκλέα τὴν ἑαυτοῦ διεγίνωσκε τραγῳδίαν, ταύτην ἐξήλειψεν. εἶτα ἐρωτηθεὶς πρὸς τοῦ Κικέρωνος, παρ' ᾧ μετὰ σπουδῆς ἐπαιδεύετο, ποῦ τυγχάνοι ὁ γραφόμενος Αἴας, αὐτὸν ἀστείως ἅμα καὶ νουνεχῶς ἀποκρίνασθαι, σπόγγῳ τὸν αὐτοῦ Αἴαντα, καθάπερ σιδήρῳ τὸν τοῦ Σοφοκλέους, ἐπιπεσεῖν.

ΑΙΑΣ.

ΑΘΗΝΑ.

Ἀεὶ μὲν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε
πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον·
καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ
Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει,

LECTIONES CODICIS LAURENTIANI XXXII, 9.

1. Λαρτίου] *a* a m. rec.

1. Λαρτίου] Editiones veteres et apographa multa hic et alibi Λἀρτίου cum coronide propter formam contractam ex Λαέρτιος. Rarus est formae trisyllabae usus, cujus tria praeter hoc apud Sophoclem exempla inveniuntur (infra 380. Philoct. 401. 1286.), unum apud Euripidem Troad. 421., quinque ex Anthologia attulit Schaeferus, quibus adde Λαρτίου γόνος ex inscriptione Corcyraea apud Dodwell. Itiner. vol. 2. p. 506. Plauto recte restituisse videtur Bothius Bacchid. 4, 9, 22. *Miles Menelaúst ego Agamemno, idem Ulixes Lártius.* ubi vulgo *Laertius*, codex Palatinus *Lertius*. Patronymicum Λαρτιάδης restitutum Luciano Tragodop. 261. Ἰθάκης ἄνακτα Λαρτιάδην Ὀδυσσέα, ubi libri Λαερτιάδην. Plura de his formis attulit Lobeckius.

2. πεῖράν τιν' ἐχθρῶν] Non insidias hostium, quo sensu Euripides Rhes. 141. dixit κἂν μέν τιν' ἐχθρῶν μηχανὴν πυθώμεθα, sed opportunitatem qua hostibus noceri possit, ut recte monent recentiores interpretes contra scholiastam. Teucer δυσμενῶν θήραν ἔχειν dicitur v. 564.

ἁρπάσαι θηρώμενον] Duplex horum verborum cogitari potest constructio, ut ἁρπάσαι aut ex δέδορκα aut ex θηρώμενον pendeat. Illa placuit scholiastae, alteri paullo melius convenit ἀεί particula: *semper* enim venatur Ulixes, sed vix est ut *semper* capiat. Eadem constructione Euripides Hel. 63. θηρᾷ γαμεῖν με. et 553. ὃς με θηρᾶται λαβεῖν. ἁρπάσαι autem apte dictum de Ulixe, qui cum cane venatico comparatur in verbis proximis.

3. καὶ νῦν respondet praecedenti ἀεὶ μέν, ut apud Homerum Il. 1, 107. ab Schneidew. comparatum, αἰεί τοι τὰ κάκ' ἐστὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι, | καὶ νῦν ἐν Δαναοῖσι θεοπροπέων ἀγορεύεις, et apud alios non raro.

4. ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει] Homer. Il. 11, 7. ἠμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδαο ἠδ' ἐπ' Ἀχιλλῆος· τοί ῥ' ἔσχατα νῆας ἔτισαν εἴρυσαν. Conf. Eurip. Iphig. Aul. 292. (in parte fabulae spuria) Quintum Smyrn. 5, 213. Quos locos Musgrav. indicavit.

πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον
ἴχνη τὰ κείνου νεοχάραχθ', ὅπως ἴδῃς
εἴτ' ἔνδον εἴτ' οὐκ ἔνδον. εὖ δέ σ' ἐκφέρει
κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.
ἔνδον γὰρ ἀνὴρ ἄρτι τυγχάνει, κάρα

6. κείνου] 'κείνου vestigio literae τ pro θ. νεοχάραχθ'] νεοχάρακθ' a m. ant., sed cum 9. ἀνὴρ] ἀνὴρ

6. κείνου] 'κείνου codex cum coronide. Sic saepissime vel codex vel apographa post vocalem, non solum in medio versu, sed etiam in initio, velut v. 20. σακεσφόρῳ. | 'κεῖνον in Flor. Γ. scriptum. 275. νόσου. | 'κεῖνος in Aldina. Interdum adeo post consonantem, ut v. 285. ubi Γ. κοινωνὸς ὤν. | 'κεῖνος—. et similiter 454. 513. Oed. T. 1000. Philoct. 424. 431. et alibi non raro.

7. εὖ δέ σ' ἐκφέρει—βάσις] Cum loco Platonis Phaedon. p. 66 b. comparavit Heindorfius: κινδυνεύει τις ὥσπερ ἀτραπὸς ἐκφέρειν ἡμᾶς μετὰ τοῦ λόγου ἐν τῇ σκέψει.

8. εὔρινος βάσις] εὔρινος dubitatum est recto an obliquo casu dixerit poeta. Pro nominativo habuit Etym. M. p. 765, 50. (ἐν πολλοῖς γὰρ μετατίθεται ἡ γενικὴ εἰς εὐθεῖαν, ὡς καὶ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ, "Κυνὸς Λ. ὥς τις εὔρινος βάσις," ἀντὶ τοῦ εὐόσφρητος πορεία), Suidas s. v. εὔρινος et qui εὐρίνῳ βάσει Sophoclis exemplo dixit Libanius vol. 4. p. 1065. a Musgr. citatus: genitivus esse visus est scholiastae et, ut videtur, Manueli Palaeologo apud Meursium Miscellan. Lacon. 3, 1. ὥσπερ αἱ τὰ θηρία ῥινηλατοῦσαι Λάκαιναι κύνες· εὔρινας ταύτας εἶπεν ἂν Σοφοκλῆς. Κύνας εὔρινας dixit Xenophon de venat. 4, 6. et Pollux 2, 80. Nominativo εὔριν utuntur Aeschyl. Agam. 1093. (ἔοικεν εὔριν ἡ ξένη κυνὸς δίκην | εἶναι) et Pollux 2, 73., etsi idem § 74. etiam εὔρινος et ἄρρινος attulit; εὔρινος ex Oppiani Halieut. 4, 275. (Κνωσίου εὐρίνοιο κυνὸς) affert Musgr. Εὔρρινοι est apud Apollon. Rhod. 3, 1299. ἐϋρρίνων 2, 125. Alia aliorum exempla collecta sunt in Thesauro vol. 3. p. 2414. ed. Paris. Sed Attici veteres quum εὔρις et ἄρρις potius dixerint quam εὔρινος et ἄρρινος, et quae sunt reliqua hujusmodi composita, non dubitandum quin Sophocles quoque εὔρινος genitivum esse voluerit: de quo recte judicavit Cobetus Mnemos. vol. 7. p. 424. Canes Lacaenae cur odorandi facultate praestent aliis, explicat Aristoteles de generatione animal. 5, 2. ὅσων οἱ μυκτῆρες μακροί, οἷον τῶν Λακωνικῶν κυνιδίων, δσφραντικά· ἄνω γὰρ ὄντος τοῦ αἰσθητηρίου πόρρωθεν αἱ κινήσεις οὐ διασπῶνται, ἀλλ' εὐθυποροῦσιν, ὥσπερ τοῖς ἐπηλυγιζομένοις πρὸ τῶν ὀμμάτων. Frequens earum mentio apud veteres, velut Pindarum fragm. 73. (apud Athen. 1. p. 28 a.) ἀπὸ Ταϋγέτοιο Λάκαιναν ἐπὶ θηρσὶ κύνα τρέφειν πυκινώτατον ἑρπετόν.

9. τυγχάνει] Verbi τυγχάνειν sine participio positi perpauca inveniuntur apud tragicos exempla, Sophoclis Electr. 46. ὁ γὰρ μέγιστος αὐτοῖς τυγχάνει δορυξέων. Euripidis Androm. 1116. τυγχάνει δ' ἐν ἐμπύροις. Iphig. Aul. 730. ἡμᾶς δὲ ποῦ χρὴ τηνικαῦτα τυγχάνειν; Quibus addendus Theodectis locus apud Stobaeum Floril. 10. 8. πρὸς ὃν δ' εἴρηκε, τυγχάνει πόσις. Apud Sophoclem Porsono (ad Eu-

στάζων ἱδρῶτι καὶ χέρας ξιφοκτόνους.
καί σ' οὐδὲν εἴσω τῆσδε παπταίνειν πύλης
ἔτ' ἔργον ἐστίν, ἐννέπειν δ' ὅτου χάριν
σπουδὴν ἔθου τήνδ', ὡς παρ' εἰδυίας μάθῃς.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ.

ὦ φθέγμ' Ἀθάνας, φιλτάτης ἐμοὶ θεῶν,
ὡς εὐμαθές σου, κἂν ἄποπτος ᾖς ὅμως,
φώνημ' ἀκούω καὶ ξυναρπάζω φρενὶ
χαλκοστόμου κώδωνος ὡς Τυρσηνικῆς.

rip. Hec. 788.) τυγχάνει cum στάζων participio construendum videbatur: quo pacto secundaria sententiae pars in primariam minus apte convertitur. Quod ut concedatur, Phrynichi certe non postulat auctoritas (p. 277. ed. Lob.), qui non quid unus alterve scriptor minus usitate dixerit spectare solet, sed quid veterum exigat norma loquendi. De ea autem hic quoque recte judicasse Atticistarum prudentissimum, ipsa exemplorum, quae in contrariam partem conferri possunt, paucitas ostendit, inter quae antiquissimum est Homeri Odyss. 10, 87. ἔνθ' ἐπεὶ ἐς λιμένα κλυτὸν ἤλθομεν, ὃν πέρι πέτρη ἠλίβατος τετύχηκε διαμπερὲς ἀμφοτέρωθεν.

10. στάζων—χέρας ξιφοκτόνους] Intelligendum αἵματι, quod ex ξιφοκτόνους repeti nihil duri habet in tanta perspicuitate sententiae.

14. Ἀθάνας] Ἀθήνας Libanius vol. 1. p. 460, 17. accentu vitium prodente.

15. ἄποπτος] Minerva quum e machina loquatur, recte dicitur ἄποπτος, i. e. πόρρωθεν ὁρωμένη, ut interpretatur Suidas s. v. ἄποπτον. Galen. vol. 3. p. 222. καί τις ἐξ ἀπόπτου θεασάμενος ταῦρον εὐθὺς γνωρίζει τὸ ἄρρεν ἄνευ τοῦ κατασκέψασθαι τὰ γεννητικὰ μόρια. Alia attulit Lobeck. ad h. l. Recte igitur Ajax cum σκιᾷ τινι collocutus esse dicitur ab Tecmessa v. 301. τέλος δ' ὑπάξας διὰ θυρῶν σκιᾷ τινι λόγους ἀνέσπα, τοὺς μὲν Ἀτρειδῶν κάτα, τοὺς δ' ἀμφ' Ὀδυσσεῖ. Pro ἀόρατος qui acceperunt non cogitarunt quam improbabile sit Minervam per 133. versus ita cum Ulixe et Ajace colloqui ut neque ab ipsis neque ab spectatoribus conspiciatur, objecta illorum oculis caligine, ut dii deaeque interdum apud Homerum faciunt. Veterum editionum interpunctionem ante ὅμως correxit Elmsleius in hoc aliisque locis tragicorum, comparatis exemplis qualia sunt Eurip. Alc. 938. φίλοι, γυναικὸς δαίμον' εὐτυχέστερον | τοὐμοῦ νομίζω, καίπερ οὐ δοκοῦνθ' ὅμως. Aesch. Choeph. 113. μέμνησ' Ὀρέστου, κεἰ θυραῖός ἐσθ' ὅμως. Conf. eundem ad Eurip. Bacch. 787.

17. χαλκοστόμου] De soni vehementia recte interpretatur schol. ὀξυφωνοτάτης οὔσης. Nam tubae Tyrrhenicae, de qua v. schol. Hom. Il. 18, 219., gravior sonus erat.

κώδωνος] κώδων extrema eaque latior pars tubae: cujus significationis testes praeter scholiastam citat Musgravius Pollucem 4, 203. et Athenaeum 4. p. 185.

Τυρσηνικῆς] Tyrrhenicam tubam heroicis temporibus usitatam fin-

καὶ νῦν ἐπέγνως εὖ μ' ἐπ' ἀνδρὶ δυσμενεῖ
βάσιν κυκλοῦντ', Αἴαντι τῷ σακεσφόρῳ.
κεῖνον γὰρ, οὐδέν' ἄλλον, ἰχνεύω πάλαι.
νυκτὸς γὰρ ἡμᾶς τῆσδε πρᾶγος ἄσκοπον
ἔχει περάνας, εἴπερ εἴργασται τάδε·
ἴσμεν γὰρ οὐδὲν τρανὲς, ἀλλ' ἀλώμεθα·
κἀγὼ 'θελοντὴς τῷδ' ὑπεζύγην πόνῳ.
ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν
λείας ἀπάσας καὶ κατηναρισμένας
ἐκ χειρὸς αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.
τήνδ' οὖν ἐκείνῳ πᾶς τις αἰτίαν νέμει.

27. ἐπιστάταις] ε et ι in litura. Videtur ὑποστάταις fuisse, quum litterae ο vestigium supersit.
28. νέμει] τρέπει

gunt tragici, Aeschylus Eumen. 567. Eurip. Rheso 988. Phoeniss. 1386. PORSON.

19. βάσιν κυκλοῦντ'] Ut venatores facere solent. Plato ab Wund. comparatus Rep. p. 432 B. οὐκοῦν νῦν δὴ ἡμᾶς δεῖ ὥσπερ κυνηγέτας τινὰς θάμνον κύκλῳ περίστασθαι προσέχοντας τὸν νοῦν μή πῃ διαφύγῃ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἀφανισθεῖσα ἄδηλος γένηται.

Αἴαντι τῷ σακεσφόρῳ] Scholiasta, οὐχ ἁπλῶς ὁπλοφόρῳ, ἀλλὰ κατ' ἐξοχήν. Ὅμηρος (Il. 7, 219.) "Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε, φέρων σάκος ἠΰτε πύργον." *Clipei dominus septemplicis* dicitur Ajax ab Ovidio Metam. 13, 2.

21. ἄσκοπον] Recte Suidas interpretatur ἀπροσδόκητον. Est tamen ἄσκοπον aliquanto gravius vocabulum. Electr. 864. ἄσκοπος ἁ λώβα.

22. εἴργασται] Non passive, sed active dictum, ut saepe.

23. ἴσμεν] ἴδμεν Ionice scriptum invenit Etym. M. ubi de hac forma exponit p. 466, 12, cujus nulla alibi inventa sunt apud tragicos vestigia. Ἴδμεν in codicibus Herodoti aliquoties in ἴσμεν mutatum notavit Schweigh. in var. lect. ad 4, 152.

ἀλώμεθα] I. e. τῷ νῷ πλανώμεθα, ut explicat scholiasta.

27. ἐκ χειρὸς] Recte Neuius interpretatur *non casu aliquo prostratas*, i. e. *violenter*. Sic explica v. 409. χειρὶ φονεύοι et 1069. χερσὶν παρευθύνοντες. WUND.

ποιμνίων ἐπιστάταις] Suidas, Ἐπιστάτις. Σοφοκλῆς, ποιμνίων ἐπιστάταις, τουτέστι τοῖς κυσί, interpretatione perversa. Recte scholiasta pastores intelligit. Sic pastor in Oedipo T. 1028. ἐνταῦθ' ὀρείοις ποιμνίοις ἐπεστάτουν. Et ipso hoc ποιμνίων ἐπιστάταις utitur Plato Leg. 10. p. 906 A.

28. νέμει recte in apographis plerisque pro τρέπει, quod ex vetere glossemate illatum, quale etiam in apographis pluribus invenitur, εἰς αὐτὸν τρέπει. τρέπει autem ut in νέμει mutaret corrector inusitata factum est verbi τρέπειν cum dativo structura, qua offensus fuit.

καί μοί τις ὀπτὴρ αὐτὸν εἰσιδὼν μόνον
πηδῶντα πεδία σὺν νεορράντῳ ξίφει
φράζει τε κἀδήλωσεν· εὐθέως δ' ἐγὼ
κατ' ἴχνος ἄσσω, καὶ τὰ μὲν σημαίνομαι,
τὰ δ' ἐκπέπληγμαι κοὐκ ἔχω μαθεῖν ὅτου.
καιρὸν δ' ἐφήκεις· πάντα γὰρ τά τ' οὖν πάρος
τά τ' εἰσέπειτα σῇ κυβερνῶμαι χερί.

ΑΘ. ἔγνων, Ὀδυσσεῦ, καὶ πάλαι φύλαξ ἔβην
τῇ σῇ πρόθυμος εἰς ὁδὸν κυναγίᾳ.

ΟΔ. ἦ καί, φίλη δέσποινα, πρὸς καιρὸν πονῶ;

ΑΘ. ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι.

33. ὅτου] του in litura. 38. πονῶ] πονῶι

30. πηδῶντα πεδία dictum ut ἁλᾶσθαι χθόνα Oed. Col. 1686., πλανηθῆναι χθόνα ap. Eurip. Hel. 598. et alia multa hujusmodi ab Lobeckio collecta, quae etiam cum praepositionibus ἀνά διά κατά dicuntur.

31. φράζει τε κἀδήλωσεν] Frequens haec praesentis et aoristi conjunctio, ut ὁρᾶται κἀπίληπτος ἠρέθη Antig. 406. plerumque metri caussa ab tragicis usurpata.

32. κατ' ἴχνος ἄσσω, καὶ τὰ μὲν σημαίνομαι] Haec quoque ut de venatore dicta. Sic Oppian. Cyn. 1, 453. ab Lob. cit. μυξωτῆρσι κύνες πανίχνια σημήναντο. Per σηματίζομαι, διὰ σημείων γινώσκω exp. scholiasta. Ad hunc locum haud dubie referenda gl. Hesychii, κατ' ἴχνος· κατακολουθήσας τὰ ἴχνη.

33. τὰ δ' ἐκπέπληγμαι] Perturbatum se iis vestigiis dicit Ulixes, quae pecudum erant, quas in tentorium suum compulerat Ajax, ut monet Wund.

κοὐκ ἔχω μαθεῖν ὅτου] Neque enim Ajacem caedis pecudum auctorem esse scit. Codex literam τ in litura habet. Fuit haud dubie ὅπου, quod est in Lb. superscripto τ, et in quattuor Suidae codicibus s. v. σημαίνομαι. Quod ipsum quoque aptum est. Nam nec quis sit caedis auctor neque ubi sit cognitum habet Ulixes, ut dixit v. 23.

34. καιρὸν] Opportune. Sic v. 1316. καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθώς. et καιρὸν οὐδέν' ἦλθες apud Eurip. Hel. 487. MUSGRAV.

35. τά τ' εἰσέπειτα] Quae post ea sunt quae τὰ πάρος dicuntur, i. e. praesentia.

37. κυναγίᾳ] κυνηγίᾳ apographa uno excepto omnia. Dorica forma Eurip. Hippol. 109. τερπνὸν ἐκ κυναγίας | τράπεζα πλήρης. Quum κυναγός dixisse tragicos et exemplis constet et diserto testimonio Phrynichi p. 428. (ut ποδαγός, non ποδηγός dixerunt), valde probabilis Elmsleii sententia est Euripidi quoque Bacch. 339. κυναγίαις pro κυνηγίαις restituentis. Contra in κυνηγέτης et κυνηγετεῖν formam vulgarem servasse videntur tragici.

39. ὡς] Affirmat Minerva quod dixerat Ulixes rationemque reddit per ὡς, nam.

ΟΔ.καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ἦξεν χέρα;
ΑΘ.χόλῳ βαρυνθεὶς τῶν 'Αχιλλείων ὅπλων.
ΟΔ.τί δῆτα ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν;
ΑΘ.δοκῶν ἐν ὑμῖν χεῖρα χραίνεσθαι φόνῳ.
ΟΔ.ἦ καὶ τὸ βούλευμ' ὡς ἐπ' 'Αργείοις τόδ' ἦν;
ΑΘ.κἂν ἐξεπράξατ', εἰ κατημέλησ' ἐγώ.
ΟΔ.ποίαισι τόλμαις ταῖσδε καὶ φρενῶν θράσει;
ΑΘ.νύκτωρ ἐφ' ὑμᾶς δόλιος ὁρμᾶται μόνος.
ΟΔ.ἦ καὶ παρέστη κἀπὶ τέρμ' ἀφίκετο;
ΑΘ.καὶ δὴ 'πὶ δισσαῖς ἦν στρατηγίσιν πύλαις.
ΟΔ.καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου;

40. ἦξεν] ἦκεν scholii. 44. βούλευμ'] βούλημ' in textu et in lemmate scholii. 45. ἐξεπράξατ'] γρ. ἐξέπραξεν a m. seculi 13., ut videtur.

40. ἦξεν ut verbum transitivum cum accusativo constructum similibus exemplis illustravit Porson. ad Eurip. Orest. 1427. Cum dativo dictum ἀίσσων ἔγχει ab Homero Il. 11, 484. comparat Wund. Passive κόμῃ ᾄσσεσθαι dicta ab Soph. Oed. C. 1261.

41. τῶν 'Αχιλλείων ὅπλων] Id est *propter denegata sibi arma Achillea*. Sic Pindarus Nem. 7, 36. οὔ κεν ὅπλων χολωθεὶς ὁ καρτερὸς Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος. WUND.

42. τί ποίμναις τήνδ' ἐπεμπίπτει βάσιν] Eadem structura γονυπετεῖς ἕδρας σε προσπίτνω dictum ab Eurip. Phoen. 300. comparat Lobeck.

44. βούλευμ'] Sic recte apogr. multa pro βούλημ'. Eadem scripturae diversitas Philoct. v. 1415. Schol. Aristoph. Pluti 493. βούλευμα μὲν τὸ ἴδιον, βούλημα δὲ τοῦ δημοσίου ἡ γνώμη· καίτοι ἐν τοῖς παλαιοῖς τῶν Σοφοκλείων ἀντιγράφων, Ἦ καὶ τὸ βούλημ' ὡς ἐπ' 'Αργείοις τόδ' ἦν, εὕρηται, οὐχὶ βούλευμα. Quam non antiqui, sed recentis grammatici annotationem esse patet.

45. ἐξεπράξατ'] In scholio ad lemma κἂν ἐξεπράξατο annotatum ἐξέπραξεν, quod est in apographis. Restitui ἐξεπράξατο, lectum, ni fallor, ab Hesychio, qui per ἐφόνευσεν interpretatur. In ἐξέπραξεν consentiunt Eustathius p. 571, 10. 1564, 19. et Thomas M. p. 269.

46. τόλμαις] *Machinationibus*, ut saepe apud tragicos, velut Trach. 582. κακὰς δὲ τόλμας μήτ' ἐπισταίμην ἐγὼ μήτ' ἐκμάθοιμι, τάς τε τολμώσας στυγῶ. Eur. Hipp. 414. μισῶ δὲ καὶ τὰς σώφρονας μὲν ἐν λόγοις, λάθρα δὲ τόλμας οὐ καλὰς κεκτημένας.

48. παρέστη] Scholiasta, ἐπλησίασεν ἡμῖν. κἀπὶ τέρμα : τῆς ὁδοῦ.

49. δισσαῖς—στρατηγίσιν πύλαις] Agamemnonis et Menelai.

50. μαιμῶσαν] Schol. γράφεται, inquit, καὶ διψῶσαν. Imo vero sic scribitur, sed in alterius tragici loco, quem habet Athenaeus 10. p. 433 F. Sophoclis et Archilochi verbis haec adjiciens : καὶ τῶν τραγικῶν δέ τις ἔφη, Ἴσχειν κελεύω χεῖρα διψῶσαν φόνου. VALCKEN. ad Eurip. Phoen. 1252. Suidas,

ΑΘ. ἐγώ σφ' ἀπείργω, δυσφόρους ἐπ' ὄμμασι
γνώμας βαλοῦσα, τῆς ἀνηκέστου χαρᾶς,
καὶ πρός τε ποίμνας ἐκτρέπω σύμμικτά τε
λείας ἄδαστα βουκόλων φρουρήματα·
ἔνθ' ἐσπεσὼν ἔκειρε πολύκερων φόνον
κύκλῳ ῥαχίζων, κἀδόκει μὲν ἔσθ' ὅτε
δισσοὺς Ἀτρείδας αὐτόχειρ κτείνειν ἔχων,
ὅτ' ἄλλοτ' ἄλλον ἐμπίτνων στρατηλατῶν.
ἐγὼ δὲ φοιτῶντ' ἄνδρα μανιάσιν νόσοις
ὤτρυνον, εἰσέβαλλον εἰς ἕρκη κακά.

51. ἀπείργω] ξω superscr. a m. seculi 14. 53. σύμμικτα] Sic, non ξύμμικτα. 55. ἐσπεσὼν scripsi pro εἰσπεσών. πολύκερων] Literae ω pars altera erasa, ut ο sit. 57. ἔχων] γρ. παρὼν ab S. 58. ὅτ' δ ὅτ', δ a m. rec. ἐμπίτνων] ἐμπίπτων, τνῶν a m. rec. 59. μανιάσιν] ν alterum a m. rec. 60. εἰς ἕρκη κακά] γρ. εἰς ἐρινῦν κακήν ab S.

Μαιμώωσα—καὶ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ διψῶσαν, Καὶ πῶς ἐπέσχε χεῖρα μαιμῶσαν φόνου. Utrumque conjunxit Lycophro 1171. μαιμῶν κορέσσαι χεῖρα διψῶσαν φόνου.

51. ἀπείργω] ἀπεῖρξα Flor. Γ. In codice ξω superscriptum, i. e. ἀπείρξω, ut v. 70.

δυσφόρους] Graves, mentem alienantes. Quas παραφόρους dicit scholiasta recentior. δύσφορον ὅταν Ajacis dicit chorus v. 643.

52. γνώμας] Ludibria oculorum, quibus dea Ajacem a proposito itinere deflectebat, ut exp. Lobeck. collato Celso 4, 8. *quidam imaginibus falluntur, qualem insanientem Ajacem vel Orestem poetarum fabulae ferunt.* δόξας Orestis dixit Aeschylus Choeph. 1051.

54. λείας—φρουρήματα] Praedam dicit a bubulcis custoditam. Dicuntur autem armenta illa, quae praedati erant Graeci, σύμμικτα, quod in eodem cum gregibus Graecorum loco versabantur, ἄδαστα autem, quod nondum divisa ducibus exercitus erant. Schol. περιφραστικῶς σύμμικια βουκόλια. WUND.

55. ἔκειρε πολύκερων φόνον] I. e. κείρων ἐποίησε φόνον πολλῶν κερασφόρων ζῴων, ut exp. schol. recentior.

58. ὅτ' ἄλλοτ'] Mutata orationis forma post ἔσθ' ὅτε illatum pro ὁτὲ δὲ vel ἄλλοτε δέ.

ἐμπίτνων] ἐμπιτνῶν apographa pro ἐμπίπτων recte, etsi falso accentu. Non πιτνεῖν, sed πίτνειν dici observavit Elmsleius ad Eurip. Heracl. 77. et ad Medeam 53. p. 86. Rectum accentum non raro servarunt codices antiqui.

59. Jungenda verba φοιτῶντα μανιάσιν νόσοις, ut Eurip. Bacch. 997. ab Wund. comparatus dixit μανείσῃ πραπίδι παρακόπῳ τε λήματι στέλλεται.

60. ὤτρυνον, εἰσέβαλλον] De asyndeto v. ad Electr. 719.

εἰς ἕρκη κακά] Auctor conjecturae inutilis ab διορθωτῇ adscriptae εἰς ἐρινῦν κακήν, incertum est utrum εἰς ἔριν κακήν voluerit, quod fuit qui conjiceret, an ἐς ἐρινῦν κακήν, de insania dictum ut in Antig. 603. λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν ἐρινύς.

κἄπειτ' ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν πόνου,
τοὺς ζῶντας αὖ δεσμοῖσι συνδήσας βοῶν
ποίμνας τε πάσας ἐς δόμους κομίζεται,
ὡς ἄνδρας, οὐχ ὡς εὔκερων ἄγραν ἔχων.
καὶ νῦν κατ' οἴκους συνδέτους αἰκίζεται.
δείξω δὲ καὶ σοὶ τήνδε περιφανῆ νόσον,
ὡς πᾶσιν Ἀργείοισιν εἰσιδὼν θροῇς.
θαρσῶν δὲ μίμνε μηδὲ συμφορὰν δέχου
τὸν ἄνδρ'· ἐγὼ γὰρ ὀμμάτων ἀποστρόφους
αὐγὰς ἀπείργω σὴν πρόσοψιν εἰσιδεῖν.
οὗτος, σὲ τὸν τὰς αἰχμαλωτίδας χέρας
δεσμοῖς ἀπευθύνοντα προσμολεῖν καλῶ·
Αἴαντα φωνῶ· στεῖχε δωμάτων πάρος.
ΟΔ. τί δρᾷς, Ἀθάνα; μηδαμῶς σφ' ἔξω κάλει.
ΑΘ. οὐ σῖγ' ἀνέξει μηδὲ δειλίαν ἀρεῖ;

61. *πόνου*] *φόνου* 63. *ἐς* Brunckius pro *εἰς* 70. *ἀπείργω*] Hic quoque ut v. 51. ξ, i. e. *ἀπείρξω*, superscriptum a m. admodum recenti. 71. *αἰχμαλωτίδας*] *αἰχμαλώτιδασ* 74. *σφ'* a m. recentissima insertum. 75. *ἀνέξει*] *ἀνέξηι* *ἀρεῖς*] *ἄρησι*, *εῖσ* superscripto a m. rec., juxta posito *ἀρῆι*

61. *φόνου* recte in *πόνου* mutatum in apogr. plerisque, quod commendatur pronomine *τοῦδε*.

66. *δείξω δὲ καὶ σοί*] Recte monet schol. *πιθανὴ ἡ παρείσοδος τοῦ Αἴαντος· οὕτω γὰρ μεῖζον γίνεται τὸ πάθος τῆς τραγῳδίας, τῶν θεατῶν νῦν μὲν παραφρονοῦντα, ὀλίγῳ δ' ὕστερον ἔμφρονα θεωμένων· καὶ ἵνα ἰδὼν ὁ Ὀδυσσεὺς ἐξείπῃ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν· οὕτω δὲ καὶ ἡ εὔνοια τῆς Ἀθηνᾶς ἐνδείκνυται εἰς Ὀδυσσέα.*

68. *μηδὲ συμφορὰν δέχου τὸν ἄνδρα*] *Neque infortunium tibi puta hunc virum fore*, ut exp. Brunck.

71. *αἰχμαλωτίδας*] Codex *αἰχμαλώτιδας*, qui frequens est in libris accentus, velut in novem glossis Hesychii ubi Sophocles *ἐν αἰχμαλώτηισι* (id est *αἰχμαλώτισι*) citatur, sed non probandus, si recte praecepit Herodianus in Crameri Anecd. Oxon. vol. 3. p. 276, 8.

72. *ἀπευθύνοντα*] *Retorquentem*. Male scholiasta *τιμωρίαν ἀπαιτοῦντα, ἐπιβαλόντα μετὰ εὐθύνης.*

74. *σφ'*, quod manus recentissima in codice addidit, ex apographis sumtum est ut aliae recentiorum manuum correctiones non paucae. Pronomen etsi omitti potuit, tamen additum a poeta esse probabilius est.

75. *ἀνέξει* pauca apographa. *ἀρεῖ*] Apographa partim *ἄρῃς* cum codice partim *ἀρεῖς*, quod est ap. schol. B. ad Hom. Il. 1, 148. Recte Schneidew. *ἀρεῖ*. Sic *ἀρείμην* et *ἀρεῖσθε* El. 33. et Oed. T. 1225. Oed. C. 460. et *ἀρέσθαι κύδει* et similia apud Homerum.

ΟΔ.μὴ πρὸς θεῶν· ἀλλ' ἔνδον ἀρκείτω μένων.
ΑΘ.τί μὴ γένηται; πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ δδ' ἦν;
ΟΔ.ἐχθρός γε τῷδε τἀνδρὶ καὶ ταυῦν ἔτι.
ΑΘ.οὔκουν γέλως ἥδιστος εἰς ἐχθροὺς γελᾶν;
ΟΔ.ἐμοὶ μὲν ἀρκεῖ τοῦτον ἐν δόμοις μένειν.
ΑΘ.μεμηνότ' ἄνδρα περιφανῶς ὀκνεῖς ἰδεῖν;
ΟΔ.φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ὅκνῳ.
ΑΘ.ἀλλ' οὔδὲ νῦν σε μὴ παρόντ' ἴδῃ πέλας.
ΟΔ.πῶς, εἴπερ ὀφθαλμοῖς γε τοῖς αὐτοῖς ὁρᾷ;
ΑΘ.ἐγὼ σκοτώσω βλέφαρα καὶ δεδορκότα.
ΟΔ.γένοιτο μέντἂν πᾶν θεοῦ τεχνωμένου.
ΑΘ.σίγα νυν ἑστὼς καὶ μέν' ὡς κυρεῖς ἔχων.
ΟΔ.μένοιμ' ἄν· ἤθελον δ' ἂν ἐκτὸς ὢν τυχεῖν.

79. οὔκουν] οὐκοῦν 80. ἐν δόμοις] ἐσ δόμουσ, ἐν et οισ a m. seculi 14. 82. ὄκνῳ] ὄκνωι ἰδεῖν, sed ἰδεῖν a m. pr. deleto.

76. μὴ] Intellige ἔξω κάλει.

ἔνδον ἀρκείτω μένων] I. e. satius est eum intus manere.

77. πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ δδ' ἦν;] I. e. mortalis neque ultra mortale robur validus, ut recte intellexit scholiasta. Quibus verbis Minerva apte castigat nimiam timiditatem Ulixis. Falluntur enim qui exempla comparantes dissimillima abruptam in fine hujus versus orationem proximis Ulixis verbis continuari opinantur.

80. ἐν δόμοις] Sic Aldus et potiores codices. εἰς δόμους a Triclinio invectum tuetur scholiastes nec inelegans est. Verum praestat ἐν δόμοις. BRUNCK. Jure praefert ἐν δόμοις, sed de Triclinio et de scholiasta fallitur. Est enim εἰς δόμους antiquioris quam Triclinii codicis error, nec quod in scholiorum editione Romana legitur ἐς δόμους, ποιητικῶς εἴρηται ἀντὶ τοῦ ἐν δόμοις, veteris est grammatici annotatio, sed editoris Romani aliusve viri docti, confecta, ut videtur, ex eo quod in codice legitur ἐς δόμους, supra scripto a recentiore manu ἐν δόμοις. εἰς (ἐς Lb.) δόμους etiam Lb. et Γ et alii nonnulli, quae lectio fortasse ex v. 63. fluxit, ceterum nihil habet elegantiae, quum recentiorum magis quam veterum Graecorum loquendi consuetudini conveniat. Sic Procopius de bello Gotth. 4, 16. p. 610 c. καὶ Γουβάζης αὐτὸς, ὁ Λαζῶν βασιλεὺς, ἐς τῶν ὀρῶν τὰς ὑπερβολὰς ἡσυχῇ ἔμενε.

82. ἐξέστην ὄκνῳ] ἐξέστην ὄκνωι ἰδεῖν codex eraso ἰδεῖν. Hinc in apographis quibusdam interpolatum ἐξέστην ἰδεῖν, ejecto ὄκνῳ. Constructio verbi eadem apud Demosthenem (p. 460, 1. ὑπὲρ δὲ δόξης οὐδένα πώποτε κίνδυνον ἐξέστησαν. et iisdem fere verbis p. 617, 15.) aliosque.

ΑΘ.ὦ οὗτος, Αἴας, δεύτερόν σε προσκαλῶ.
τί βαιὸν οὕτως ἐντρέπει τῆς συμμάχου;

ΑΙΑΣ.

ὦ χαῖρ' Ἀθάνα, χαῖρε Διογενὲς τέκνον,
ὡς εὖ παρέστης· καί σε παγχρύσοις ἐγὼ
στέψω λαφύροις τῆσδε τῆς ἄγρας χάριν.
ΑΘ.καλῶς ἔλεξας. ἀλλ' ἐκεῖνό μοι φράσον,
ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ;
ΑΙ. κόμπος πάρεστι κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή.
ΑΘ.ἦ καὶ πρὸς Ἀτρείδαισιν ἤχμασας χέρα;

90. ἐντρέπει] ἐντρέπῃ

97. χέρα] χέραι

89. ὦ οὗτος, Αἴας] Αἶαν Flor. Γ. et alia apogr. multa consentiente Suida, ὦ οὗτος, ἀντὶ τοῦ σύ. ὦ οὗτος, Αἶαν. διστὴ ἡ κλῆσις. Nihilominus ὦ οὗτος Αἴας retinendum cum Eustathio p. 1469, 59. et Gregor. Corinth. de dial. Attica p. 53. Quibus aliquanto gravior nunc accessit auctoritas Choerobosci p. 105, 13. ed. Gaisf. οἱ Ἀττικοὶ τὰς αὐτὰς εἰώθασι ποιεῖν ὀρθὰς καὶ κλητικάς, οἷον ὁ Θόας ὦ Θόας, ὁ Αἴας ὦ Αἴας. οὗτος ὦ οὗτος (scrib. ὦ οὗτος Αἴας) δεύτερόν σε προσκαλῶ. et ib. p. 111, 5. 262, 21. Vocativo Αἴας utitur poeta infra v. 289. (ubi iterum nonnulli Αἶαν). 368. 485. 529. 584. 923. (Suidas Αἶαν) 977. 996. 1015. (rursus Αἶαν apud Suidam) et postulante metro 482. (ubi Suidas Αἶαν) 525. 1269., quemadmodum Οἰδίπους vocativo usus est, non Οἰδίπου. Αἶαν ab librariis illatum videtur locorum Homericorum recordatis.

91. ὦ χαῖρ' Ἀθάνα] Scholiasta, ἐπέγνω μὲν τὴν Ἀθηνᾶν· τὰ δὲ ἑξῆς τοῦ παραπαίοντος· οὕτω γὰρ ἂν προκόψειεν ἡ ὑπόθεσις· οὐ παντελῶς δὲ ἀπώλετο αὐτοῦ τὸ ἡγεμονικόν· ἀλλ' ἡ μανία γέγονε περὶ τὸ λογιστικόν· ἐμέμνητο μὲν γὰρ ὡς ἐχθροὺς ἀνελὼν, περὶ τὸ πρόσωπον δὲ ἐσφάλλετο, ὅτι πολμια ἀνεῖλεν, καὶ διελογίζετο ἄνδρας ἀνῃρηκέναι.

95. ἔβαψας ἔγχος εὖ πρὸς Ἀργείων στρατῷ] Sic βαπτίζειν πρὸς—dixit Plutarchus ab L. Dindorfio comparatus Moral. p. 914 d. χρησμόν τινα λέγουσιν ἁλιεῖς κομισθῆναι προστάττοντα βαπτίζειν τὸν Διόνυσον πρὸς τὴν θάλατταν, quod ἐν πόντῳ (vulgo τόπῳ) Διόνυσον βαπτίζοιτε dicitur in oraculo illo apud schol. Hom. Il. 6, 136.

96. τὸ μή] I. e. τὸ βάψαι, ut Antig. 443. καὶ φημὶ δρᾶσαι κοὐ καταρνοῦμαι τὸ μή.

97. ἤχμασας χέρα] σὺν αἰχμῇ ἐκίνησας explicat scholiasta. Locutio formata ad exemplum Homerici αἰχμὰς αἰχμάζειν Il. 4, 324. αἰχμάζειν τάδε dixit Sophocles Trach. 355., αἰχμάζειν δηΐοις μόρον Oppian. Hal. 2, 499. Audacius Lycophro 441. αἰχμάσουσι λοισθίαν βοήν. Quod in codice est χέραι ex χέρα et χερί conflatum videri potest, vel pro χέρας scriptum, quod est in Flor. Γ. Sed praestat χέρα propter praecedentis vocabuli terminationem. ἤμαξας conjecit Musgravius. V. ad v. 453.

ΑΙ. ὥστ' οὔποτ' Αἴανθ' οἵδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.
ΑΘ.τεθνᾶσιν ἄνδρες, ὡς τὸ σὸν ξυνῆκ' ἐγώ.
ΑΙ. θανόντες ἤδη τἄμ' ἀφαιρείσθων ὅπλα.
ΑΘ.εἶεν, τί γὰρ δὴ παῖς ὁ τοῦ Λαερτίου,
πού σοι τύχης ἔστηκεν; ἢ πέφευγέ σε;
ΑΙ. ἦ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου;
ΑΘ.ἔγωγ'· Ὀδυσσέα τὸν σὸν ἐνστάτην λέγω.
ΑΙ. ἥδιστος, ὦ δέσποινα, δεσμώτης ἔσω
θακεῖ· θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔ τί πω θέλω.
ΑΘ.πρὶν ἂν τί δράσῃς ἢ τί κερδάνῃς πλέον;
ΑΙ. πρὶν ἂν δεθεὶς πρὸς κίον' ἐρκείου στέγης
ΑΘ.τί δῆτα τὸν δύστηνον ἐργάσει κακόν;
ΑΙ. μάστιγι πρῶτον νῶτα φοινιχθεὶς θάνῃ.

98. οἵδ'] οἵδ' pr. ἀτιμάσουσ'] ου ex ω factum a m. rec. 99. ἄνδρες] ἄνδρεσ 102. ἔστηκεν] ἔστηκεν 107. κερδάνῃς] εἶσ κερδάνησισ, εἶσ a m. rec. 108. ἐρκείου Elmsleius pro ἐρκίου 109. ἐργάσει] ἐργάσῃ

98. ὥστ'] Non necessaria quidem, sed probabilis tamen Elmsleii est conjectura ὡς. Sic ὡς in ὥστ' corruptum Oedip. Col. 45.

οἵδ'] Scholiasta, ἐὰν δασυνθῇ τὸ οἱ, ἔσται ἐπὶ τῶν Ἀτρειδῶν· ἐὰν δὲ ψιλόν, τὸ οἶδα, ἀντὶ τοῦ ἐπίσταμαι. Inanis de lectione dubitatio, quum οἶδα debile sit et inutile, οἵδε necessarium.

100. τἄμ'—ὅπλα] I. e. quae mihi debebantur arma Achillis.

103. τοὐπίτριπτον κίναδος] Schol. τὸ ἐξῶλες θηρίον· κίναδος γὰρ ἡ ἀλώπηξ. Convicium ex vulgari sermone Atticorum petitum. Simillimum locum Andocidis de myster. p. 13. (p. 49. Reisk.) comparavit Wesselingius, ὃ συκοφάντα καὶ ἐπίτριπτον κίναδος.

104. Ὀδυσσέα] In hujusmodi locis dubitari potest utrum synizesin praetulerint poetae an formam contractam. Ὀδυσσῆ scriptum apud Euripid. Rhesi v. 708. Vid. quae ad Aristoph. Thesmoph. 26. dixi.

ἐνστάτην] Hunc usum vocabuli pro ἀντιστάτην ex h. l. annotarunt Etym. M. p. 625, 24., schol. Oppiani Hal. 1, 152., Zonaras Lex. p. 1448., apud quem ἐγὼ δ' scriptum, ut ἐγώ δ' in apogr. Flor. Γ.

108. δεθεὶς πρὸς κίον'] Quomodo servi puniri solebant. Aeschinem p. 9, 11. δήσαντες πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν ἐμαστίγουν, et Artemidor. 1, 68. προσδεθεὶς κίονι ἔλαβε πληγὰς πολλάς, et alia comparavit Lobeckius. Similiter Creon Antig. 310. servis minatur, πρὶν ἂν ζῶντες κρεμαστοὶ τήνδε δηλώσηθ' ὕβριν.

109. ἐργάσει] Quod in codice et apographis est ἐργάσῃ, a Brunckio in ἐργάσει mutatum, indicativus est futuri, non conjunctivus aoristi a πρὶν ἂν pendens: quae parum probabilis ratio foret.

110. πρὶν ἂν—θάνῃ minus accu-

ΑΘ. μὴ δῆτα τὸν δύστηνον ὧδέ γ' αἰκίσῃ.
ΑΙ. χαίρειν, Ἀθάνα, τἄλλ' ἐγώ σ' ἐφίεμαι·
κεῖνος δὲ τίσει τήνδε κοὐκ ἄλλην δίκην.
ΑΘ. σὺ δ' οὖν, ἐπειδὴ τέρψις ἥδε σοι τὸ δρᾶν,
χρῶ χειρὶ, φείδου μηδὲν ὧνπερ ἐννοεῖς.
ΑΙ. χωρῶ πρὸς ἔργον· σοὶ δ' ἐφίεμαι, θεὰ,
τοιάνδ' ἀεί μοι σύμμαχον παρεστάναι.
ΑΘ. ὁρᾷς, Ὀδυσσεῦ, τὴν θεῶν ἰσχὺν ὅση;
τούτου τίς ἄν σοι τἀνδρὸς ἢ προνούστερος,
ἢ δρᾶν ἀμείνων ηὑρέθη τὰ καίρια;

112. ἐγώ σ'] ἔγωγέ σ' 115. ἐννοεῖς] γρ. ἐννέπεισ ab S. 116. σοὶ δ' ἐφίεμαι, θεὰ scripsi pro τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι. 118. ὅση] ὅσῃ

rate superioribus verbis θανεῖν γὰρ αὐτὸν οὔ τί πω θέλω accommodatum, quae δίκην τίνῃ vel simile quid requirebant.

112. χαίρειν—ἐφίεμαι] *De ceteris, omnia, quae vis, fieri cupio;* quod cum usitata amandandi formula χαίρειν σὲ κελεύω verbis congruit, sententia discrepat, quippe sejunctum ab aspernationis significatione, quae illi non nativa quidem, sed usus quodam arbitrio adjuncta est. LOB. Codicis vitium ἔγωγέ σ' pro ἐγώ σε correctum in apogr. multis.

114. ἥδε] ὧδε in apogr. pluribus ex conjectura correctoris articulo τὸ δρᾶν offensi, quem recte explicuit Lobeckius, "Sicut Oed. C. 766. ὅτ' ἦν μοι τέρψις ἑκπεσεῖν χθονός positum est pro τερπνόν, adaeque hoc loco dicere potuisset ἐπειδὴ τοῦτό σοι τερπνόν ἐστι, τὸ δρᾶν."

116. χωρῶ πρὸς ἔργον· σοὶ δ' ἐφίεμαι, θεὰ] Legebatur χωρῶ πρὸς ἔργον· τοῦτό σοι δ' ἐφίεμαι, lectione manifesto interpolata. τοῦτο qui versus explendi caussa addidit haud dubie cum ἔργον conjungi voluit, licet usitatum sit in hujusmodi sententia χωρεῖν πρὸς ἔργον sine pronomine, non cum sequentibus, quibus si adjungere voluisset, scripsisset, opinor, *σοὶ δὲ τοῦτ' ἐφίεμαι.* Sophocles vero non potest dubitari quin senserit non pronomine isto hic opus esse, sed deam potius compellari oportere in ultimis his ad eam verbis Ajacis. Quo indicio veram restitui scripturam, χωρῶ πρὸς ἔργον, σοὶ δ' ἐφίεμαι, θεὰ,—. Similiter in Oedipo Col. v. 1474. quum πάτερ in fine excidisset, τοῦτο medio versui est insertum. Ceterum his dictis Ajax in tentorium abit.

119. τίς ἄν σοι τἀνδρὸς] τίς ἀνδρῶν ἄλλος Flor. Γ, ex conjectura correctoris ἄν particula, ut videtur, offensi, quam Wakefieldus in ἦν mutari volebat. Quaerit Minerva non *quem invenisti*, sed *quem invenire potuisses?* Vulgatam sequitur Suidas s. v. προνούστερος.

προνούστερος] προυνέστερος (γρ. προνούστερος) Γ. Eodem fere vitio προυνουστέρως ex h. l. apud Photium Lex. p. 465, 16. Antiatticista p. 111, 25. Προνούστερος, ἀντὶ τοῦ προνοητικώτερος. Σοφοκλῆς Αἴαντι μαστιγοφόρῳ.

ΟΔ. ἐγὼ μὲν οὐδέν' οἶδ'· ἐποικτείρω δέ νιν
δύστηνον ἔμπας, καίπερ ὄντα δυσμενῆ,
ὀθούνεκ' ἄτῃ συγκατέζευκται κακῇ,
οὐδὲν τὸ τούτου μᾶλλον ἢ τοὐμὸν σκοπῶν.
ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν ἢ κούφην σκιάν.
ΑΘ. τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν ὑπέρκοπον
μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς ἐς θεοὺς ἔπος,
μηδ' ὄγκον ἄρῃ μηδέν', εἴ τινος πλέον
ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάθει.
ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
ἅπαντα τἀνθρώπεια· τοὺς δὲ σώφρονας
θεοὶ φιλοῦσι καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

ΧΟΡΟΣ.

Τελαμώνιε παῖ, τῆς ἀμφιρύτου

120. *ηὑρέθη* scripsi pro *εὑρέθη*. 122. *ἔμπας* ex schol pro *ἔμπησ*. 123. *ὀθούνεκ'*] *ὅθ' οὕνεκ'*, ut solet. 'Aθ. a m. rec. 126. *εἴδωλ'*] *εἴδωλα* 127.

122. *ἔμπας* e scholiasta dedi, ut infra 1338. [et Antigon. 845.] BRUNCK. Recte restitutum *ἔμπας*, quod etiam apud Aeschylum atque Euripidem aliquoties legitur, Scholiastae annotationem, *Ἴωνες ἔμπης φασὶν*, *Ἀττικοὶ δὲ ἔμπας καὶ ἔμπα*, repetivit Suidas additis poetae verbis, *Σοφοκλῆς, δύστηνον ἔμπης, καίπερ ὄντα δυσμενῆ*.

127. *ὑπέρκοπον*] Scholiasta, *ὑπέρκοπον, ἀντὶ τοῦ ὑπέρκομπον. ὑπέρκομπον* aliquot apographa, in quibus Γ, schol. Ven. Il. 5, 449. et duo codd. Suidae s. v. *εἴδωλον*, ex frequenti errore librariorum *μ* ante *β* et *π* inferentium, quod saepissime factum videmus in adjectivo *ὄμβριμος*, forma nihili pro *ὄβριμος*. *Ὑπέρκομπος* ubicunque legitur, in *ὑπέρκοπος* esse mutandum docuit Blomfieldus ad Aeschyli Sept. 387.

129. *ἄρῃ*] *ἄρῃς* in apogr. multis. *ἄρῃ* etiam Suidas in duobus codicibus: duo alii *αἴρῃ*, libri editi *ἄρῃς*. Eadem varietas v. 193.

130. *βάθει*] *βάρει* in apogr. nonnullis, aut lapsu calami aut correctione propter *βρίθεις* facta. *πλούτου βάθος* dictum ut *βαθύπλουτος* dicitur.

134–371. Minerva ubi evanuit Ulixesque e scena discessit, advenit chorus, ex nautis Salaminiis constans. Qui quum sibi persuadere non potuisset verum esse, quod Ulixes dissipasset, greges Graecorum, qui nocte praeterita occisi erant, Ajacem interfecisse, precatur eum ut egressus e tentorio istius rumoris invidiam ipse opprimat. WUND.

134. *Τελαμώνιε παῖ*] Sic *Τελαμώνιον νίὸν* dixit Hom. Il. 5, 67.

Σαλαμῖνος ἔχων βάθρον ἀγχιάλου,
σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω·
σὲ δ' ὅταν πληγὴ Διὸς ἢ ζαμενὴς
λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ,
μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι
πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.
ὡς καὶ τῆς νῦν φθιμένης νυκτὸς
μεγάλοι θόρυβοι κατέχουσ' ἡμᾶς
ἐπὶ δυσκλείᾳ,
σὲ τὸν ἱππομανῆ λειμῶν' ἐπιβάντ'
ὀλέσαι Δαναῶν βοτὰ καὶ λείαν,
ἥπερ δορίληπτος ἔτ' ἦν λοιπή,

143.–145. Versus sic divisi, ἐπὶ–| λειμῶν'–| βοτὰ καὶ λείαν. 145. βοτὰ] βωτὰ

135. ἀγχιάλου] Salamis tam prope a litore aberat, ut ab altera tantum parte mare Aegaeum attingere videretur: v. Strabon. 9. p. 394. Quare eadem et ἀμφίρυτος et ἀγχίαλος vocari poterat, ut vocat Tullius Geminus in Anthol. Palat. 9, 288. ὑβρίζων Μαραθῶνα καὶ ἀγχιάλου Σαλαμῖνος ἔργα. LOBEC. Ἀγχίαλος simpliciter *maritimum* significare videtur sicubi de insulis usurpatur. Cf. Aeschyli Pers. 887. Hom. Hymn. in Apoll. 32. Insulae enim pars omnis non longe a mari distat, unde et tota insula mari vicina dicitur. LINWOOD. Cum duplici epitheto ἀμφιρύτου—ἀγχιάλου similia exempla comparavit Elmsleius ad Eurip. Heracl. 750.

136. σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω] Debebat dicere σοῦ μὲν εὖ πράσσοντος ἐπιχαίρω. Neque enim chorus gaudet *quod* valet, sed gaudet *si* valet. Sed metri caussa accusativum posuit oppositae sententiae σὲ δ' ὅταν πληγή—assimilatum, ut monet Lobeckius.

137. πληγὴ Διὸς] Sic Διὸς μάστιγα dixit Hom. Il. 5, 812. WUND.

138. κακόθρους] *Calumniosus.*

140. ὄμμα πελείας] Oculum dicit, quia oculorum nictatione animi motus significatur. LOBECK.

143. ἱππομανῆ ad Ajacem male retulit Eustath. p. 1524, 48. ὁ πάνυ μανιώδης interpretatus, antiquiores, ut videtur, grammaticos secutus, quorum opinionem refutat scholiasta, τινὲς τὸν μεγάλως μαινόμενον ἐξεδέξαντο, ἀλλ' οὐκ ἐπίστευεν ὁ χορὸς ὅτι ἐμαίνετο ὁ Αἴας. Recte alius ἱππομανῆ λειμῶνα explicat τὸν εὐανθῆ, ἐφ' ᾧ οἱ ἵπποι μαίνονται. Eodem redit Toupii interpretatio (Emendat. vol. 1. p. 272) *pratum quod abundat equis, quod multos equos alit.* Ὑλομανεῖν, quod de campo praeter modum silvescente dicitur, φυλλομανεῖν, de arbore foliis nimium luxuriante, comparat Mugravius.

146. ἔτ' ἦν λοιπὴ] ἔτι dicit quia praedae pars aliqua nondum erat inter Graecos distributa, quae λείας ἄδαστα βουκόλων φρουρήματα dicitur v. 54.

κτείνοντ' αἴθωνι σιδήρῳ.
τοιούσδε λόγους ψιθύρους πλάσσων
εἰς ὦτα φέρει πᾶσιν Ὀδυσσεύς,
καὶ σφόδρα πείθει.
περὶ γὰρ σοῦ νῦν εὔπιστα λέγει,
καὶ πᾶς ὁ κλύων τοῦ λέξαντος
χαίρει μᾶλλον
τοῖς σοῖς ἄχεσιν καθυβρίζων.
τῶν γὰρ μεγάλων ψυχῶν ἰεὶς
οὐκ ἂν ἁμάρτοις· κατὰ δ' ἄν τις ἐμοῦ
τοιαῦτα λέγων οὐκ ἂν πείθοι.
πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει.
καίτοι σμικροὶ μεγάλων χωρὶς

148. λόγους ψιθύρους] Literae σψι in litura. 149. πᾶσιν] πάντων 150.–152. Versus sic divisi, καὶ σφόδρα–| εὔπιστα–| τοῦ λέξαντος–| τοῖσ— 151. εὔπιστα] εὔπειστα pr. Correxit m. antiqua. πᾶς] πωσ pr. erasa post σ litera. 153. τοῖς σοῖς] τὸ σοῖ σ' pr. Correxit m. recens. 155. ἁμάρτοισ, deleto a m. rec. per lineolam, non eraso, σ.

149. Quod in apographis positum est πᾶσιν pro πάντων recte factum est, nisi Sophocli in anapaestis Homerica uti placuit forma Ὀδυσεύς, ut Eurip. Hec. 143. Quod minus probabile.

151. εὔπιστα] εὔπειστα etiam apographa plura. Εὔπιστα sunt quae facile creduntur, εὔπειστα de quibus facile persuadetur.

152. Comma post μᾶλλον in Sophoclis Suidaeque libris (s. v. κλύει) positum delendum fuit, quum χαίρει καθυβρίζων conjungi praestet: quod vidit Bothius.

155. ἁμάρτοις codex et Suidas s. v. κλύει, recte, quamvis ἁμάρτοι, quod est in apographis, diserte agnoscat scholiasta, ἰείς: ἀφιείς, τοξεύων· ἀπὸ κοινοῦ δὲ τὸ τίς. κατὰ μὲν τῶν μεγάλων ψυχῶν ἰείς τις οὐκ ἂν ἁμάρτοις (corrig. ἁμάρτοι ex Suida, qui scholiastae verba repetit s. v. ἰείς)· κατ' ἐμοῦ δὲ ἰείς τις (οὐ) πείθει τὸν ἀκούοντα. Ἁμάρτοις probabat etiam Elmsleius ad Eurip. Med. 188. ὅταν τις—ὁρμηθῇ· σκαιοὺς δὲ λέγων κοὐδέν τι σοφοὺς τοὺς πρόσθε βροτοὺς οὐκ ἂν ἁμάρτοις, οἵτινες—. Trachin. 2. λόγος μέν ἐστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς, | ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις βροτῶν—. Sic ibi codex, non ἐκμάθοι, quod est in apogr. nonnullis.

157. τὸν ἔχονθ'] Scholiasta, πρὸς τὸν εὖ ἔχοντα, alius glossator τὸν ὑπερέχοντα, i. e. divitem, potentem.

158—161. καίτοι — μικροτέρων] Quod modo dixerat, plebem invidere principibus solere, id temere fieri jam probat eo, quod plebs sine principibus infirmum civitatis praesidium sit. Principum enim opera plebem optime conservari pariter atque principum salus in salute plebis consistat. WUND.

σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται·
μετὰ γὰρ μεγάλων βαιὸς ἄριστ' ἂν
καὶ μέγας ὀρθοῖθ' ὑπὸ μικροτέρων.
ἀλλ' οὐ δυνατὸν τοὺς ἀνοήτους
τούτων γνώμας προδιδάσκειν.
ὑπὸ τοιούτων ἀνδρῶν θορυβεῖ
χἠμεῖς οὐδὲν σθένομεν πρὸς ταῦτ'
ἀπαλέξασθαι σοῦ χωρὶς, ἄναξ.
ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμ' ἀπέδραν,
παταγοῦσιν ἅπερ πτηνῶν ἀγέλαι·
μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες

161. ὀρθοῖθ'] Alterum θ in litura. ἀπέδραν] ἐπέδραν pr. ut videtur. ἅτε corr. 169. δ' addidit Dawesius. deleto δ priore. 164. θορυβεῖ] θορυβῇ 167. 168. ἅπερ pr. et lemma scholii. ὑποδείσαντες] ὑποδείσαντος,

159. σφαλερὸν] χαλεπὸν Suidas s. v. ῥῦμα. πύργου scholiasta male per πόλεως explicat, non animadvertens πύργου ῥῦμα per periphrasin dictum esse pro simplici πύργος, ut ἀσπίδος ἔρυμα dixit Eurip. Iph. A. 189. Viri urbem protegentes ἄνδρες πόλιος πύργος ἀρεύιοι dicti sunt ab Alcaeo. V. ad Oed. T. 56. Ajacem πύργον Ἀχαιῶν ab Homero dictum Od. 11, 556. comparat Lobeckius.

161. μικροτέρων] σμικροτέρων aliquot apogr. et Eustathius p. 864, 33. 970, 34. 1124, 27. Plato Leg. 10. p. 902 D. comparat Schneidew. οὐδενὶ χωρὶς τῶν ὀλίγων καὶ σμικρῶν πολλὰ ἢ μεγάλα· οὐδὲ γὰρ ἄνευ σμικρῶν τοὺς μεγάλους φασὶν οἱ λιθολόγοι λίθους εὖ κεῖσθαι.

163. τούτων] τῶν λεχθέντων, ut exp. schol. προδιδάσκειν] Abundat praepositio. Vide Heindorf. ad Platonis Gorg. p. 145. GAISFORD. Recte Heindorfius utitur ex iis quibusdam Platonicis, Gc p. 489 d. πρᾳότερόν με προδίδασκε, (ubi scholiasta, περιττεύει ἡ πρόθεσις Ἀττικῶς) Euthydemi p. 302 C. Hippiae maj. p. 291 B. sed male utitur Aristophanis Nub. v. 987, cui προδιδάσκειν errore Brunckii est illatum.

164. θορυβεῖ] I. e. maledictis peteris.

167. ἀπέδραν] Pro ἀπέδρασαν, ut ἔβαν a poetis dicitur pro ἔβησαν. Citat hunc versum Herodianus in Bandini Catal. codd. Laurent. vol. 1. p. 146.

168. ἅπερ] Quod codex ab correctore habet ἅτε, est in apographis. ἅπερ per καθάπερ explicat Hesychius.

169. δ' addidit Dawesius interpunctionemque correxit. Vulgo enim commate post ἀγέλαι, puncto post ὑποδείσαντες distinguitur sententia perversa, quum aves luctum clamorem, qui verbo παταγοῦσιν significatur, non tollant metuentes, sed sublato metu. Male Dobraeus

τάχ' ἂν, ἐξαίφνης εἰ σὺ φανείης,
σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι.
ἦ ῥά σε Ταυροπόλα Διὸς Ἄρτεμις, ὦ μεγάλα φάτις, ὦ
μᾶτερ αἰσχύνας ἐμᾶς,
ὥρμασε παυδάμους ἐπὶ βοῦς ἀγελαίας,
ἤ πού τινος νίκας ἀκάρπωτον χάριν, ἤ ῥα κλυτῶν ἐνάρων
ψευσθεῖσ', ἀδώροις εἶτ' ἐλαφαβολίαις;

172.–182. = 183.–193.

172. Duo versus, ἦρα| ὦ μεγάλα—. 176. Duo versus, ἤ πού| ἤ ῥα κλυτῶν—. 178. ψευσθεῖσ', ἀδώροις Musgravius pro ψευσθεῖσα δώροις. ἐλαφαβολίαις scripsi pro ἐλαφηβολίαις (ἐλαφηβολείαισ pr.)

ὑποδείσαντες deleri voluit, quo ejecto ἀλλὰ cum τάχ' ἂν conjungendum foret, interpositis illis ὅτε γὰρ —αἰγυπιόν intellectoque ad αἰγυπιὸν ex ἀπέδραν participio ἀποδρᾶσαι, structura orationis mire impedita. μέγας αἰγυπιὸς Ajax dicitur vulturi comparatus.

170. ἐξαίφνης fuerunt qui non ad εἰ σὺ φανείης referrent, sed cum πτήξειαν conjungi vellent. Verum ἐξαίφνης quum inexpectati significationem habeat, aptius cum φανείης conjungitur, ut Alcaeus ap. Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 23, 9. dixit, ἔπταζον ὥστ' ὄρνιθες ὠκὺν αἰετὸν ἐξαπίνας φανέντα.

172. ἦ ῥα] His particulis respondet ἦ χαλκοθώραξ— v. 179.

Ταυροπόλα] Sic Dianam post Iphigeniae e Tauris in Graeciam reditum vocatam esse tradit Euripides Iphig. T. 1457. MUSGR. Notanda terminatio feminina: usitatum enim est Ταυρόπολος Ἄρτεμις. De origine hujus nominis et cognatorum, ταυριώνη et ταυρωπός, dissentiunt grammatici, quorum commenta parum probabilia exposuit scholiasta. "De Dianae sollemnibus fanaticis multis dixi in Aglaopham. p. 1089. imprimisque illam, quae Tauricae et Tauropolae cognomen habet, bacchantium ritu propitiatam esse demonstravi p. 290 sq.; unde apparet cur ab ea potissimum hoc loco furoris causa repetatur." LOB.

ὦ μεγάλα φάτις] Schol. διὰ μέσου ἡ ἀναφώνησις· ὦ θαυμαστὴ φήμη, ἥτις ἐγέννησάς μοι ταύτην τὴν αἰσχύνην· κακὴ γὰρ φήμη ὑπῆρξε περὶ τοῦ Αἴαντος. μεγάλα rectius per δεινὴ interpretari poterat, nisi fama intelligenda late diffusa, ut ὁ μέγας μῦθος dictus est v. 226.

174. μᾶτερ] I. e. caussa et origo, ut Phil. 1360. οἷς γὰρ ἡ γνώμη κακῶν μήτηρ γένηται.

175. βοῦς ἀγελαίας] Ex Homero Odyss. 17, 181. Ἴρευον δὲ σύας σιάλους καὶ βοῦν ἀγελαίην. WESSELING.

176. ἀκάρπωτον, quod cum νίκας construi debebat, cum χάριν conjunxit, ut Euripides ab Erfurdtio comparatus Iphig. T. 566. κακῆς γυναικὸς χάριν ἄχαριν ἀπώλετο.

178. ψευσθεῖσ', ἀδώροις] Sic Musg. correxit codicis scripturam ψευσθεῖσα δώροις—, recte intelligens cervos jaculo confixos, nullo postea munere deae oblato. Interpolata lectione utitur Georgius Lecapenus in Matthaei Lection. Mosq. vol. 1. p. 79. ψεύδομαι καὶ τὸ ἀπατῶμαι καὶ ἀποτυγχάνω, συντασσόμενον γενικῇ, ὡς παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Αἴαντι· ἦ ῥα κλυτῶν ἐνάρων ψευσθεῖσα δώρων, ἀντὶ τοῦ ἀποτυχοῦσα. De Dorica quam

ἦ χαλκοθώραξ ἥντιν' Ἐνυάλιος
μομφὰν ἔχων ξυνοῦ δορὸς ἐννυχίοις
μαχαναῖς ἐτίσατο λώβαν; [ἔβας
οὔποτε γὰρ φρενόθεν γ' ἐπ' ἀριστερὰ, παῖ Τελαμῶνος,
τόσσον ἐν ποίμναις πίτνων·
ἥκοι γὰρ ἂν θεία νόσος· ἀλλ' ἀπερύκοι [λόμενοι
καὶ Ζεὺς κακὰν καὶ Φοῖβος Ἀργείων φάτιν. εἰ δ' ὑποβαλ-

179. ἥντιν' Johnsonus pro ἤ (ἦ pr.) τιν'. τιν'] τηv pr. 180. δορὸς] In δουρδσ (ου uno ductu) a m. ant. mutatum. δορὸς ἐννυχίοις] Literae ρὸσ ἐννυ in litura pauciorum literarum. 181. μαχαναῖσ versui 180. addit. 183. Duo versus, οὔποτε—| παῖ—. 185. ποίμναις] ποίμναισι πίτνῶν, prior accentus a m. ant., alter a m. rec. 187. Duo versus, καὶ ζεὺσ—| εἰ δ'—.

restitui forma ἐλαφαβολίαις dixi ad Trach. 214.

179. ἥντιν'] I. e. ἡντινοῦν, quod aptius huic loco quam εἴ τιν' ab Elmsleio propositum. Codicis scriptura ἤ τιν' mirum debemus commentum scholiastae Martem hic ab Enyalio distingui opinantis, ἦ χαλκοθώραξ ἤ τιν' Ἐνυάλιος: διαστελλει τὸν Ἄρεα ἀπὸ τοῦ Ἐνυαλίου ὡς ἕτερον δαίμονα ὑπουργὸν τοῦ μείζονος θεοῦ, καὶ δῆλον ἐκ τῶν συνδέσμων· δηλοῦται γὰρ δ' Ἄρης ἐκ τοῦ χαλκοθώραξ· ἢ καὶ δ' Ἄρης μεμφόμενός σοι, ὡς ἀπαρχὰς δορὸς οὐ λαβὼν, ἐτίσατό σε τῆς λώβης, τῆς εἰς αὐτὸν γενομένης λήθης. Cui recte opponit Brunckius, Martem si ab Enyalio distinguatur (ut apud Aristoph. Pac. 457., aliosque, ab Lobeckio memoratos) proprio nomine, non epitheto communi, quale est χαλκοθώραξ, designari debere. Templum Enyalii in Salamine conditum memorat Plutarchus V. Solon. c. 9. Eum non diversum esse ab Marte ostendit G. Wolffius in Gerhardi Ephem. Archaeol. a. 1857. p. 103.

180. ξυνοῦ] Rara apud tragicos forma, quae Sophocli restituta est Oedip. Col. 1752. et bis legitur apud Aeschylum Sept. c. Th. 76. ξυνὰ δ' ἐλπίζω λέγειν. Suppl. 367. ξυνῇ μελέσθω. ξυνὸν δόρυ autem, *socia hasta*, intelligendum de ope in bello Ajaci ab Enyalio praestita, pro qua ingratus fuerit Ajax.

183. φρενόθεν] Tua mente, i. e. tua sponte, non ab alio impulsus.

ἀριστερὰ] Scholiasta, ἀριστερὰ τὰ μωρὰ οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν, δεξιὰ δὲ τὰ συνετά.

185. τόσσον ambiguum est utrum ad praecedentia verba sit referendum ἐπ' ἀριστερὰ ἔβας, an cum sequentibus conjungendum ἐν ποίμναις πίτνων. Priorem rationem sequi videtur scholiasta, οὐ γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ἄφρων εἶ (nam sic ex Suida s. v. φρενόθεν corrigenda codicis scriptura ἀφρονεῖ, ab editore Romano et Elmsleio in ἀφρονεῖς mutata) ὡς ἄνευ αἰτίας θεῶν ἐμπεσεῖν τοῖς ποιμνίοις.

ποίμναις ex apogr. pluribus pro ποίμναισι.

186. θεία νόσος] Mentis alienatio ab deo immissa.

188. ὑποβαλλόμενοι] Schol. ὑποβλήτως λέγοντες, ἢ ἐδιστοπησέμενοι· εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀληθῆ ταῦτα, ἀλλὰ πεπλασμένα ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἢ Ὀδυσσέως. κλέπτουσι μύθους, *profe-*

κλέπτουσι μύθους οἱ μεγάλοι βασιλῆς,
ἢ τᾶς ἀσώτου Σισυφιδᾶν γενεᾶς,
μὴ μή μ', ἄναξ, ἔθ' ὧδ' ἐφάλοις κλισίαις
ὄμμ' ἔχων κακὰν φάτιν ἄρῃ.
ἀλλ' ἄνα ἐξ ἐδράνων, ὅπου μακραίωνι
στηρίζει ποτὲ τᾷδ' ἀγωνίῳ σχολᾷ,

189. βασιλῆσ pr. βασιλεῖσ rec. 191. Versus sic divisi μὴ μή⊣ ἔθ' ὧδ'⊣ κακὰν—. 195. στηρίζει pr., στηρίζῃ rec.

runt mendacia, ut v. 1137. πόλλ' ἂν κακῶς λάθρα σὺ κλέψειας κακά, quod schol. recentior explicat μετὰ κλοπῆς ἐργάσαιο λάθρα.

189. *οἱ μεγάλοι βασιλῆς*] Atridae, Agamemnon et Menelaus.

190. Σισυφιδᾶν] Schol. γρ. σισυφίδα. Quod nihili est, nisi forte ex σισυφίδας est corruptum, quod Lobeckius conjecit. Σισυφιδῶν Suidas s. v. ἀσωτία et Σίσυφος atque Eustath. p. 384, 6. Eundem Eustathium, quum p. 1701, 59. Ulixem ab Sophocle Σισυφίδην appellari ait, mentem magis quam verba poetae spectasse Erfurdtius observavit. De Ulixe ex Sisypho suscepto pluribus dixit scholiasta. Genitivi τᾶς —γενεᾶς pendent ex articulo ὁ ex praecedentibus verbis οἱ μεγάλοι βασιλῆς intelligendo. Cui quodammodo simile est v. 202. ναὸς ἀρωγοὶ —γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδῶν, ubi γενεᾶς per ἔκγονος explicuit Hesychius.

191. μὴ μή μ'] Scholiasta ex eoque Suidas (s. v. μὴ), τὸ πλῆρες μὴ μή μοι. Quae memorabilis est, sed non reprobanda, elisio diphthongi, et multo facilius ferenda quam quas interpretes quidam excogitarunt accusativi qui esse videbatur με interpretationes.

ἐφάλοις κλισίαις ὄμμ' ἔχων] *Desidens in tentoriis nauticis.* Apte Lobeckius inter alia comparavit Horat. Od. 3. 29, 5. *eripe te morae; nec semper udum Tibur et Aesulae declive contempleris arvum et Telegoni juga parricidae.* ἐφάλοις κλισίαις idem significat atque quod v. 3. posuit σκηναῖς ναυτικαῖς. WUN.

192. ἄρῃ] ἄρῃς apographa nonnulla et Suidas s. v. μή. Conf. ad v. 129.

194. ἄνα] Ἄνα pro ἀνάστηθι in iis vocibus est, quae etiam sequente vocali integrae pronuntiandae sunt, ideoque abjectionem ultimae vocalis adspernantur. HERM.

194.–196. Metrum horum versuum compositum est ex dactylico trimetro in syllabam et

$$\cup - \cup \mid \angle \cup \angle$$

μακραίωνι] μακραίονι Suidas s. h. v. in editionibus vetustis: nam Kuster. et Gaisford. μακραίωνι ediderunt tacite. μακραίονι etsi accurate respondet proximorum versuum metro, tamen non est verisimile pro μακραίωνι dictum esse, nec probabile μακραίων, quod conjecit Neuius: quo hic versus proximis versibus dissimilis fit.

195. στηρίζει] στηρίζῃ apogr. multa. ποτὲ cum ὅπου conjungendum, ut ὅποι ποτέ dictum est Philoct. 780., nisi ὅπου—ποτὶ scribendum cum Ritschelio in Schedis criticis p. 37. Sed recte dictum ὅπου ποτὲ, *ubi tandem*, quum non videat chorus Ajacem, ut monet Hermannus. ἀγωνίῳ σχολᾷ recte interpretantur qui otium intelligunt contentionis et discriminis plenum. Et sic fere scholiasta, τὸν ἀγῶνα ἐμποιοῦντί σοι.

ἄταν οὐρανίαν φλέγων. ἐχθρῶν δ' ὕβρις
ἀτάρβητος ὁρμᾶται
ἐν εὐανέμοις βάσσαις,
ἁπάντων καχαζόντων
γλώσσαις βαρυαλγήτως·
ἐμοὶ δ' ἄχος ἕστακεν.

196. Versus sic divisi, ἄταν–| ἐχθρῶν–| ὁρμᾶτ'–| πάντων–| βαρυάλγητ'— ἕστακεν. 197. ἀτάρβητος] ἀταρβῆτα pr. ἀτάρβητα rec. 198. ὁρμᾶται Triclinius pro ὁρμᾶτ'. 199. ἁπάντων καχαζόντων scripsi pro πάντων κακχαζόντων. Nam sic codex, a m. rec. in καγχαζόντων mutatum. βαρυαλγήτως scripsi pro βαρυάλγητ'.

196. ἄταν οὐρανίαν φλέγων] Scholiasta, μετέωρον, μεγάλην· φλέγων δὲ, ζωπυρῶν, ἀνεγείρων. Alius, τὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεμφθεῖσαν ἄτην αὔξων. Recte scholiasta recentior, εἰς οὐράνιον ὕψος ἀνάπτων τὴν βλάβην. In immensum autem augeri calamitatem dicitur Ajax, quia tacens in tentorio sedet.

197, 198. Versus antispastici,

⏑ –́ – | ⏑ –́ – ⏒

703. Ἰκαρίων—εὔφρων] Apollinis otissimum auxilio quum chorus esipuisse Ajacem putaret, ut gratias ei agat, accedere ad se sibique n posterum eum favere vult. Similime Trach. 205 sqq. quum untiatum esset Herculem extreis laboribus exantlatis incolumem omum reversurum esse, chorus n Apollinem hymnum canit. Duo rgo optat hoc loco chorus, et ut ntersit festo suo, et ut in posteum sibi propitius sit Apollo. Hoc nim sensu verba εὔγνωστος—εὔφρων dicta videntur: εὔγνωστος (i. e. ἐναργής, vel, ut Suidas explicat, φανερὸς) ξυνείη καὶ διὰ παντὸς εὔφρων. WUND.

704. εὔγνωστος] Haec usitata adjectivi forma est, non εὔγνωτος, quod in Lb. aliisque apographis reperitur. De quo plura dixit Lobeckius. Brevis in fine versus syllaba etsi non est vitiosa, tamen recte fortasse Bothius εὐγνώστως restituit.

705. ξυνείη] ξυνείης in apogr. pluribus: unde recentior corrector codici intulit.

706. ἔλυσεν] ἔλυσε γὰρ apogr. plura.

Ἄρης] Per λύσσα et μανία explicat scholiasta. Martem non belli tantum, sed etiam aliorum malorum auctorem esse habitum monet Musgr. Conf. Oed. R. 190. Idem λύειν ἄχος dicitur quum cessat. Nam in dei potestate est et immittere malum homini et rursus tollere.

709. λευκὸν εὐάμερον φάος] Quae vulgo λευκὴ ἡμέρα, de qua v. Hesych. ejusque interpretes.

710. θοᾶν] θοῶν apogr. plura. θοᾶν legit scholiasta, qui adscripsit

λαθίπονος πάλιν, θεῶν δ' αὖ
πάνθυτα θέσμι' ἐξήνυσ' εὐνομίᾳ σέβων μεγίστᾳ.
πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει,
κοὐδὲν ἀναύδατον φατίσαιμ' ἄν, εὖτέ γ' ἐξ ἀέλπτων
Αἴας μετανεγνώσθη
θυμοῦ τ' Ἀτρεΐδαις μεγάλων τε νεικέων.

712. ἐξήνυσ'] ἐξήνυσεν 714. Verba post μαραίνει lecta γε (sic pr.: τε a m. sec.) καὶ φλέγει delevit Heathius. 715. ἀναύδατον] ἀναύδητον φατίσαιμ' Lobeckius pro φατίξαιμ' (φατίζαιμ' pr.) 716. θυμοῦ Hermannus pro θυμόν. τ' om.

ἀντὶ τοῦ θοῶν. θοᾶν ὠκυάλων eadem abundantia dictum, qua νηυσὶ θοῇσι πεποιθότες ὠκείῃσι ab Homero Od. 7, 34. quod comparavit Lobeckius.

711. Λαθίπονος] Scholiasta, ἐπιλήσμων τῆς λύπης, ἐγένετο δηλονότι.

712. θεῶν—εὐνομίᾳ σέβων μεγίστᾳ] Respicit chorus ad verba Ajacis v. 654 seqq. et 666. 667. ex quibus intelligere sibi videtur resipuisse Ajacem rursumque coepisse leges divinas verbis factisque colere, quod verbo ἐξανύσαι significatur, quod schol. explicat ἐξεπλήρωσεν. πάνθυτα θέσμια idem explicat πάνσεπτα, omni pietate colenda.

ἐξήνυσεν sine elisione etiam in apogr. plerisque.

714. Verba τε καὶ φλέγει, ab Heathio deleta, non videri legisse Stobaeum, qui in Ecl. phys. 1, 9, 24. p. 234. sola verba posuerit πάνθ' ὁ χρόνος ὁ μέγας μαραίνει, annotavit Porsonus. Habet Suidas s. v. φλέγει.

715. In ἀναύδητον consentit Suidas s. v. ἄναυδος. Formam Doricam restituit Lobeckius ex gl. Hesychii ἀναύδατον (sic codex) ἀνεξήγητον. ἄλεκτον. Per ἀνεξήγητον, ἀνελέγκτων explicat scholiasta. ἀέλπτων χάδεν dixerat Ajax v. 648.

716. λελύπηται] Ex ἀναμνησθῇ, ut — φίλων dixit Julian. Or. p. 285 c. et ἐπανεχθῆναι ἐκ παραλόγων Appian. Civ. 4, 15. quae inter alia comparavit Lobeckius.

717. μετανεγνώσθη] Hesychius, μεταγνώσθη, μετανεπείσθη. et inferius, μετανενώσθη (sic), μετανεπείσθη. τὸ ἀναπεῖσαι ἀναγνῶναί φασι. Glossae manifesto ex μετανενόσθη depravatae. In pluribus apogr. μετεγνώσθη, quod etiam Suidas legit, μετανεγνώσθη, μετεπείσθη, καὶ πέπαυται τοῦ θυμοῦ. ὡς καὶ μετεγνώσθη, Σοφοκλῆς, εἶτ' Αἴας ἐξ ἀέλπτων μετεγνώσθη θυμὸν Ἀτρείδαις.

718. Legebatur θυμὸν, nisi quod Par. A. θυμόν τ', ex quo Hermannus θυμοῦ τ' effecit. Aliis placuit θυμῶν, quam falluntur qui Triclinii conjecturam esse putant: nam in Flor. Γ., libro non Tricliniano, notatum γρ. θυμῶν. Scribit autem Triclinius ita: οἱ γράφοντες θυμὸν τὸ μὸν μικρὸν οὐ καλῶς γράφουσι. μακρὰ γὰρ ὀφείλει εἶναι ἡ τεσσάρη συλλαβή, ὡς καὶ ἡ τοῦ πάλου τῆς στροφῆς. Pluralis θυμοί exempla ex Platone, Aristotele, aliis attulit Lobeckius. Tragici nusquam eo usi sunt. Accusativum θυμὸν legit etiam scholiasta, qui miro errore verba ἐξ ἀέλπτων μεγάλων τε νεικέων conjunxit, ἐπὶτε ἐξ ἀναλπίστων καὶ μεγάλων νεικέων ὁ Αἴας μετενοήθη καὶ μετεβλήθη τὴν ψυχὴν τοῦς Ἀτρείδας ἀπὸ τῆς ἔχθρας.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἄνδρες φίλοι, τὸ πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω,
Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι Μυσίων ἀπὸ
κρημνῶν· μέσον δὲ προσμολὼν στρατήγιον
κυδάζεται τοῖς πᾶσιν Ἀργείοις ὁμοῦ.

719. τὸ πρῶτον] τοπρῶτον

Alius grammatici annotatio est, ἐτεβλήθη καὶ πέπαυται τοῦ θυμοῦ, ex qua non sequitur θυμοῦ lectum b eo fuisse, quod ipse propter erbum πέπαυται substituere poit. Dativus Ἀτρείδαις verbo μεανεγνώσθη adjunctus est eodem odo quo Homerus Il. 1, 283. ixit Ἀχιλλῆϊ μεθέμεν χόλον, et d. 21, 377. μεθίεν χαλεποῖο χόλοιο ἠλεμάχῳ.

719. Artem poetae quae in hac uncii narratione cernitur bene xplicuit scholiasta, ἄγγελος ἥκει πὸ τοῦ στρατοῦ, ἀγγέλλων τὴν παουσίαν τοῦ Τεύκρου. θαυμαστὴ δὲ εἴσοδος τούτου τοῦ ἀγγέλου· τοῦ ἴαντος ἔξω ἑαυτὸν διαχειρουμένου, ὐκ εἶχον οἱ ἀπὸ τοῦ χοροῦ οὐδὲ ἡ ἐκμήσσα γνῶναι τὸ πραχθέν· πιθαῶς οὖν ὁ ἄγγελος ἀπαγγείλας παρακευάζει αὐτοὺς ἐξιέναι κατὰ ζήτησιν· αὶ οὕτως ἐπιτεύξονται τῷ πτώματι. εξιῶς δὲ καὶ τὸ τὸν Κάλχαντα μαεῖν· οἰκεῖον γὰρ τῷ μάντει· καλῶς ὲ καὶ τὰ τῆς σκηνῆς ἐσκεύασται. ἴαντος γὰρ καταλιπόντος προῆλθεν ἄγγελος· εἶτα τοῦ χοροῦ τὴν σκηὴν ἐάσαντος διὰ τὴν ζήτησιν ἔξειιν ὁ Αἴας ἐπὶ τὴν πρᾶξιν· τῷ δὲ ατῇ οὐδὲν ἀργὸν περιλείπεται, πευικιλμένης διαφόρως τῆς ἐν τῇ σκηῇ προσωποποιΐας.

719. ἄνδρες φίλοι, τὸ πρῶτον] peciosa, sed falsa est quam Musravius fecit conjectura, ἄνδρες, ίλον τὸ πρῶτον ἀγγεῖλαι θέλω, colto Eurip. Electr. 230. ζῇ. πρῶτα ήρ σοι τάγάθ' ἀγγέλλειν θέλω. et ophocl. Oed. T. 958. εἰ τοῦτο πρῶιν δεῖ μ' ἀπαγγεῖλαι σαφῶς, | εὖ ἴσθ' ἐκεῖνον θανάσιμον βεβηκότα. Nam in proxima nuncii narratione nihil est quod apte φίλον dici possit. τὸ πρῶτον autem nuncius dicit ratione habita alterius partis narrationis suae, quae incipit v. 733.

720. Μυσίων—κρημνῶν] Scholiasta, ἀντὶ τοῦ Θρᾳκικῶν· μέρη γὰρ τῆς Θρᾴκης πολλὰ περὶ τὴν Μυσίαν. Rectius Wunderus Olympum vel Idam montem intelligit.

721. στρατήγιον] Scholiasta, τὸ στρατόπεδον, Ἀττικῶς. Hujus significationis neque apud Atticos ulla sunt exempla inventa neque apud alios scriptores. Ambiguum enim est Nicetae Acominati Annal. p. 205. a. quo Ducangius utitur. Apud Sophoclem μέσον στρατήγιον locum ampliorem significare videtur in quo praetorium positum est: qualem fere περίστασιν στρατηγίου in castris Romanorum dicit Polybius. σκηνὴν στρατηγίδα ex Pausania 4, 19, 1. comparat Lobeckius. Δισσὰς στρατηγίδας πύλας (Agamemnonis et Menelai) dixerat supra v. 49.

722. κυδάζεται] Scholiasta, λοιδορεῖται, ὑβρίζεται ὑπὸ πάντων. καὶ Ἐπίχαρμος ἐν Ἀμύκῳ "Ἀμυκε, μὴ κύδαζέ μοι τὸν πρεσβύτερον ἀδελφεόν." καὶ Αἰσχύλος ἐν Ἰφιγενείᾳ "οὗτοι γυναιξὶ δεῖ κυδάζεσθαι. τί γάρ;" ἀρσενικῶς δὲ ὁ κῦδος ἐπὶ τῆς ὕβρεως. κῦδος hac significatione dictum Siculorum fuisse annotavit schol. Apoll. Rh. 1, 1337. Ex quo colligi potest verbum quoque κυδάζειν Siculis usitatius fuisse quam Graecis ceteris.

στείχοντα γὰρ πρόσωθεν αὐτὸν ἐν κύκλῳ
μαθόντες ἀμφέστησαν, εἶτ' ὀνείδεσιν
ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν οὔτις ἔσθ' ὃς οὔ,
τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ
ξύναιμον ἀποκαλοῦντες, ὡς οὐκ ἀρκέσοι
τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν.
ὥστ' ἐς τοσοῦτον ἦλθον ὥστε καὶ χεροῖν
κολεῶν ἐρυστὰ διεπεραιώθη ξίφη.
λήγει δ' ἔρις δραμοῦσα τοῦ προσωτάτω
ἀνδρῶν γερόντων ἐν ξυναλλαγῇ λόγου.
ἀλλ' ἡμὶν Αἴας ποῦ 'στιν, ὡς φράσω τάδε;
τοῖς κυρίοις γὰρ πάντα χρὴ δηλοῦν λόγον.
ΧΟ. οὐκ ἔνδον, ἀλλὰ φροῦδος ἀρτίως, νέας
βουλὰς νέοισιν ἐγκαταζεύξας τρόποις.
ΑΓ. ἰοὺ ἰού.
βραδεῖαν ἡμᾶς ἆρ' ὁ τήνδε τὴν ὁδὸν
πέμπων ἔπεμψεν, ἢ 'φάνην ἐγὼ βραδύς.

726. τὸν ab alia m. ant. habet. διεπεραιώθη] αι ex ε fecit S. 729. 751. ἐς scripsi pro εἰς. 730. 737. Tertium ἰού delevit Turnebus.

723. πρόσωθεν non cum στείχοντα, sed cum μαθόντες conjungendum, ut τηλόθεν ἠσθόμην v. 1318., ἐν κύκλῳ autem cum ἀμφέστησαν.

726. στρατοῦ] στρατῷ Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 246. non improbabiliter. στρατοῦ Suidas s.v. οὔτις.

727. ὡς οὐκ—] I. e. λέγοντες ὡς οὐκ, quod intelligitur ex praecedente ὀνείδεσιν ἤρασσον.

730. κολεῶν ἐρυστὰ διεπεραιώθη ξίφη] Sic de Achille Hom. Il. 1, 194. ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος.

731. τοῦ προσωτάτω] Ejusdem constructionis exempla comparavit Lobeckius, velut Xenoph. Anab. 1, 3, 1. οὐκ ἔφασαν ἰέναι τοῦ πρόσω. Arriani Exped. Alex. 2, 6, 7. μηκέτι 'Αλέξανδρον ἐθέλειν προϊέναι τοῦ πρόσω.

732. ἀνδρῶν γερόντων ἐν ξυναλλαγῇ λόγου idem est quod τῶν γερόντων συναλλασσόντων αὐτοὺς διὰ λόγων. HERM.

736. ἐγκαταζεύξας] Per ἁρμόσας explicat schol. Cicero Ep. ad Fam. 4, 6. ab Lob. comparatus, *Ad novos casus temporum novorum consiliorum rationes accommodare.* Respicit autem chorus his verbis ad orationem Ajacis 646.–692.

737. ἰοὺ ἰού] Scholiasta, εἰδὼς ἀπὸ τοῦ μάντεως ὅτι κακὸν αὐτῷ γίνεται, τοῦτο προαναφωνεῖ.

738. βραδεῖαν—βραδύς] Aut Teucri mittentis, aut sua euntis culpa serius quam par esset se venisse ait. WUND.

ΧΟ. *τί δ' ἐστὶ χρείας τῆσδ' ὑπεσπανισμένον;*
ΑΓ. *τὸν ἄνδρ' ἀπηύδα Τεῦκρος ἔνδοθεν στέγης*
μὴ 'ξω παρήκειν, πρὶν παρὼν αὐτὸς τύχῃ.
ΧΟ. *ἀλλ' οἴχεταί τοι, πρὸς τὸ κέρδιστον τραπείς*
γνώμης, θεοῖσιν ὡς καταλλαχθῇ χόλου.
ΑΓ. *ταῦτ' ἐστὶ τἄπη μωρίας πολλῆς πλέα,*
εἴπερ τι Κάλχας εὖ φρονῶν μαντεύεται.
ΧΟ. *ποῖον; τί δ' εἰδὼς τοῦδε πράγματος πάρει;*
ΑΓ. *τοσοῦτον οἶδα καὶ παρὼν ἐτύγχανον·*
ἐκ γὰρ συνέδρου καὶ τυραννικοῦ κύκλου
Κάλχας μεταστὰς οἷος Ἀτρειδῶν δίχα,
ἐς χεῖρα Τεύκρου δεξιὰν φιλοφρόνως
θεὶς εἶπε κἀπέσκηψε παντοίᾳ τέχνῃ
εἶρξαι κατ' ἦμαρ τοὐμφανὲς τὸ νῦν τόδε
Αἴανθ' ὑπὸ σκηναῖσι μηδ' ἀφέντ' ἐᾶν,
εἰ ζῶντ' ἐκεῖνον εἰσιδεῖν θέλοι ποτέ.

741. ἀπηύδα] ἀπηῦδα 747. πάρει Schneidewinus pro πέρι. 749. συνέδρου] Sic, non ξυνέδρου. 752. κἀπέσκηψε] κἀπέσκηψεν

740. τί δ' ἐστὶ] Quoniam nuntius dixerat se vereri ne sero advenisset, quaerit chorus quid eorum, quae agenda fuerint, praetermissum vel minus plene perfectum sit, τί ἐλλείπει τῶν δεόντων γενέσθαι. Τῆσδε dicit ad significandum τῶν ἅπερ φῂς δεῖν γενέσθαι. LOBECK.

741. ἔνδοθεν στέγης μὴ 'ξω παρήκειν] I. e. ἔνδον στέγης μένειν. Jubet autem his verbis Teucer cavere ne Ajax tentorium relinquat. Παρήκειν per παριέναι explicat scholiasta: unde aoristum παρεῖναι restitui voluit Hartungius. Ratio autem cur Ajax custodiendus in tentorio sit redditur v. 753. seqq.

742. τύχῃ] τύχοι apogr. Flor. Γ. et duo alia, recte fortasse.

743. πρὸς τὸ κέρδιστον τραπείς] Fidem chorus habet verbis Ajacis v. 654 seqq.

744. καταλλαχθῇ cum genitivo constructum, ut διαλλαχθῆναι τῆς πρόσθεν ἔχθρας dixit Eurip. Med. 896.

746. εἴπερ τι Κάλχας—] Scholiasta, εἰς παροιμίαν (ἐκ παροιμίας ed. Romana) ὁ στίχος παρῆκται, ἣν καὶ Ἀριστοφάνης ἀναγράφει. Aristophanem dicit Byzantium.

747. Schneidewini emendationem πάρει pro πέρι confirmant proxima verba nuncii τοσοῦτον οἶδα καὶ παρὼν ἐτύγχανον. πέρι si legeretur, εἰδὼς non de nuncio, sed de Calchante dictum videretur.

749. συνέδρου καὶ τυραννικοῦ κύκλου] Coronam dicit ducum deliberantium.

ἑλᾷ γὰρ αὐτὸν τῇδε θἠμέρᾳ μόνῃ
δίας Ἀθάνας μῆνις, ὡς ἔφη λέγων.
τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα
πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις
ἔφασχ' ὁ μάντις, ὅστις ἀνθρώπου φύσιν
βλαστὼν ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονῇ.
κεῖνος δ' ἀπ' οἴκων εὐθὺς ἐξορμώμενος
ἄνους καλῶς λέγοντος ηὑρέθη πατρός.
ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐννέπει, τέκνον, δόρει
βούλου κρατεῖν μέν, σὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν.
ὁ δ' ὑψικόμπως κἀφρόνως ἠμείψατο,
πάτερ, θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν ὢν ὁμοῦ
κράτος κατακτήσαιτ'· ἐγὼ δὲ καὶ δίχα
κείνων πέποιθα τοῦτ' ἐπισπάσειν κλέος.

756. θἠμέρᾳ] θ' ἡμέραι 761. φρονῇ] φρονῆι, ῆι a m. sec. in ει (uno ductu) mutatum. 763. ηὑρέθη scripsi pro εὑρέθη 764. δόρει scripsi pro δορί. 765. 779. σὺν]Sic, non ξύν. 768. κατακτήσαιτ'] καταστήσαιτ' pr.

757. ὡς] In apogr. aliquot ὥς, in uno cum gl. οὕτως. Quam scripturam sequitur Triclinius in annotatione sua.

758. τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα] Scholiasta, τὰ παρέλκοντα καὶ ἀχρήσιμα καὶ πέρα τοῦ μέτρου, τὰ χωρὶς δικαίου. Herod. 7, 10. ab Neuio comparatus, ὁρᾷς τὰ ὑπερέχοντα ζῶα ὡς κεραυνοῖ ὁ θεὸς, οὐδὲ ἐᾷ φαντάζεσθαι, τὰ δὲ σμικρὰ οὐδέν μιν κνίζει; ὁρᾷς δὲ ὡς ἐς οἰκήματα τὰ μέγιστα αἰεὶ καὶ δένδρεα τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει τὰ βέλεα; φιλέει γὰρ ὁ θεὸς τὰ ὑπερέχοντα πάντα κολούειν.

κἀνόνητα] κἀνόητα, quod nomini σώματα minus aptum, apud Suidam s. v. τὰ γάρ: sed recte κἀνόνητα apud eundem s. v. ἀνόνητα, Stobaeum Ecl. phys. 1. p. 114. et Flor. 22, 21., Eustathium p. 415, 13. 481, 17. Horatii dictum *Vis consilii expers mole ruit sua* comparavit Doederlinus.

759. δυσπραξίαις] δυσπραγίαις apud Stobaeum.

760. ὅστις, pro quo etiam εἴ τις dici poterat, refertur ad σώματα. In οἷος corruptum apud Stobaeum.

761. βλαστὼν] γεγὼς Eustathius memoriae errore.

φρονῇ] φρονεῖ apographa, excepto Lb. In φρονῇ consentit Stobaeus Ecl. phys. vol. 1. p. 114. Sic Eurip. Ion. 856. δοῦλος ὅστις ἐσθλὸς ᾖ.

764. ὁ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐννέπει] Notanda verbi ἐννέπειν constructio cum accusativo, de qua vid. ad Electr. 556. Usitatum enim est ἐννέπειν τινί vel πρός τινα dici.

767. θεοῖς—ὁμοῦ] I. e. σὺν θεοῖς.

768. κατακτήσαιτ'] καταστήσαιτ' Lb. Frequens hic in utramque partem error librariorum, de quo dixi ad Isocratis Panegyr. p. 23.

τοσόνδ' ἐκόμπει μῦθον. εἶτα δεύτερον
δίας Ἀθάνας, ἡνίκ' ὀτρύνουσά νιν
ηὐδᾶτ' ἐπ' ἐχθροῖς χεῖρα φοινίαν τρέπειν,
τότ' ἀντιφωνεῖ δεινὸν ἄρρητόν τ' ἔπος·
ἄνασσα, τοῖς ἄλλοισιν Ἀργείων πέλας
ἵστω, καθ' ἡμᾶς δ' οὔποτ' ἐκρήξει μάχη.
τοιοῖσδέ τοι λόγοισιν ἀστεργῆ θεᾶς
ἐκτήσατ' ὀργὴν, οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονῶν.
ἀλλ' εἴπερ ἔστι τῇδε θἠμέρᾳ, τάχ' ἂν
γενοίμεθ' αὐτοῦ σὺν θεῷ σωτήριοι.
τοσαῦθ' ὁ μάντις εἶφ'· ὁ δ' εὐθὺς ἐξ ἕδρας
πέμπει με σοὶ φέροντα τάσδ' ἐπιστολὰς
Τεῦκρος φυλάσσειν. εἰ δ' ἀπεστερήμεθα,
οὐκ ἔστιν ἀνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός.

776. τοι Hermannus pro τοῖς. 778. τῇδε θ' ἡμέραι radendo factum ex τῇδ' ἐν ἡμέραι 780. εἶφ'] φ' ex πεν factum in litura. 782. ἀπεστερήμεθα] ἀπεστηρήμεθα 783. ἀνὴρ κεῖνος] ἀνὴρ ἐκεῖνος

771. δίας Ἀθάνας—] Oratio ἀνακόλουθος. Nam sequi debebat αὐδωμένης, pro quo posuit ἡνίκ' ηὐδᾶτο.

775. καθ' ἡμᾶς οὔποτ' ἐκρήξει μάχη] I. e. nunquam hostes ordines meos perfringent. Καθ' ἡμᾶς esse dicuntur quae nobis sunt ex adverso et juxta posita. Sic Abradatas apud Xenoph. Cyrop. 7, 1, 16. instructa acie loquitur, τὰ μὲν καθ' ἡμᾶς καλῶς ἔχει, ἀλλὰ τὰ πλάγια λυπεῖ με. Verbo παραρρήγνυμι utitur Thucyd. 4, 96. 5, 73., simplici ῥῆξαι Herodotus 6, 113. κατὰ τοῦτο ἐνίκων οἱ βάρβαροι καὶ ῥήξαντες ἐδίωκον. LOBECK.

776. ἀστεργῆ θεᾶς—ὀργὴν] Per ἀμάλακτον, ἀδιάθετον explicat scholiasta. Ἀστεργῆ χόλον hinc sumsisse videtur Lycophro 1166. Ineptiorem divinae irae caussam afferunt schol. Homeri Il. 14, 405. et Eustathius p. 995, 5. erasum ex scuto noctuae emblema gentilicium. LOBECK.

780. ἐξ ἕδρας] Ex eo ipso loco, in quo commorabatur nuntius, in viam se dare ad perferenda mandata jussus esse dicitur. Quo significatur sine ulla mora Teucrum mandata sua ad amicos Ajacis perferri voluisse. Similiter ἐξ ἕδρας v. 788. positum est. WUND.

781. ἐπιστολὰς] Recte per ἐντολάς explicat scholiasta. Utroque utuntur tragici: quod notavit scholiasta Aesch. Prom. 3. δίχα φασὶν Ἀθηναῖοι, ἐπιστολάς καὶ ἐντολάς.

782. εἰ δ' ἀπεστερήμεθα] *Si non consecuti sumus quod consequi voluimus*, i. e. si serius venimus quam ut mandata, quae ferimus, ut Ajax in tentorio hodie retineatur, observari queant. Cf. ejusdem fere significationis verbum ἁμαρτάνειν. WUND.

ΧΟ. ὦ δαΐα Τέκμησσα, δύσμορον γένος,
ὅρα μολοῦσα τόνδ' ὁποῖ' ἔπη θροεῖ.
ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ τοῦτο μὴ χαίρειν τινά.
ΤΕ. τί μ' αὖ τάλαιναν, ἀρτίως πεπαυμένην
κακῶν ἀτρύτων, ἐξ ἕδρας ἀνίστατε;
ΧΟ. τοῦδ' εἰσάκουε τἀνδρὸς, ὡς ἥκει φέρων
Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν ἣν ἤλγησ' ἐγώ.
ΤΕ. οἴμοι, τί φῄς, ὦνθρωπε; μῶν ὀλώλαμεν;
ΑΓ. οὐκ οἶδα τὴν σὴν πρᾶξιν, Αἴαντος δ' ὅτι,
θυραῖος εἴπερ ἐστὶν, οὐ θαρσῶ πέρι.
ΤΕ. καὶ μὴν θυραῖος, ὥστε μ' ὠδίνειν τί φῄς.
ΑΓ. ἐκεῖνον εἶργειν Τεῦκρος ἐξεφίεται
σκηνῆς ὕπαυλον μηδ' ἀφιέναι μόνον.
ΤΕ. ποῦ δ' ἐστὶ Τεῦκρος, κἀπὶ τῷ λέγει τάδε;
ΑΓ. πάρεστ' ἐκεῖνος ἄρτι· τήνδε δ' ἔξοδον
ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζειν φέρει.
ΤΕ. οἴμοι τάλαινα, τοῦ ποτ' ἀνθρώπων μαθών;
ΑΓ. τοῦ Θεστορείου μάντεως, καθ' ἡμέραν

785. ὅρα] ὅραι τόνδ'] δ a m. ant. inter versus. 789. ὡς] ὃσ pr. ut videtur. 791. ὦνθρωπε] ἄνθρωπε pr. ut videtur, et sic Lb. 794. μ' ex κ' factum. 796. ἀφιέναι] Litera (μ, ut videtur) ante φ erasa. 799. ἐλπίζειν φέρει Bothius pro ἐλπίζει φέρειν. 800. μαθών] ω ex ο factum.

784. δαΐα] *Misera*, δύστηνε ut explicat schol. addens, καὶ Αἰσχύλος ἀντὶ τοῦ ἀθλία κέχρηται τῇ λέξει.

786. ξυρεῖ γὰρ ἐν χρῷ] Scholiasta, ἅπτεται τῶν ἀναγκαίων τοῦ χρωτός· καὶ ἔστι παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπικινδύνων πραγμάτων, ξυρεῖ ἐν χρῷ· ἐνίοτε γὰρ καὶ τοῦ σώματος ἐφάπτεται ὁ σίδηρος. Ἄλλως. μέχρι βάθους ἐφικνεῖται, ὥστε μὴ χαίρειν. τοῦτο· τοῦτο τὸ πρᾶγμα.

789. φέρων—πρᾶξιν] Nuncians—fortunam.

794. ὠδίνειν τί φῄς] Angi se dicit quid sit illud quod verbis obscurioribus

796. σκηνῆς ὕπαυλον] εἶρξαι—Αἴανθ' ὑπὸ σκηναῖσι dixerat v. 754.

799. ἐλπίζειν] In malam partem dictum, ut in Trachin. 111. Δημήνειραν—τρύχεσθαι κακὰν δύστανον ἐλπίζουσαν αἶσαν. Recte autem Bothius ἐλπίζειν φέρει. Nam hoc dicendum erat, metuere Teucrum ne exitialis egressus Ajacis nuntiandus sit. φέρειν nuntiandi significatione dictum ut v. 789. φέρων Αἴαντος ἡμῖν πρᾶξιν, et alibi non raro.

801. τοῦ Θεστορείου μάντεως] Calchantis, ut Homerus Il. 1, 69. Κάλχας Θεστορίδης, οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος.

τὴν νῦν ὃς αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.
ΤΕ. οἰ 'γὼ, φίλοι, πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης,
καὶ σπεύσαθ' οἱ μὲν Τεῦκρον ἐν τάχει μολεῖν,
οἱ δ' ἐσπέρους ἀγκῶνας, οἱ δ' ἀντηλίους
ζητεῖτ' ἰόντες τἀνδρὸς ἔξοδον κακήν.
ἔγνωκα γὰρ δὴ φωτὸς ἠπατημένη
καὶ τῆς παλαιᾶς χάριτος ἐκβεβλημένη.
οἴμοι, τί δράσω, τέκνον· οὐχ ἱδρυτέον.
ἀλλ' εἶμι κἀγὼ κεῖσ' ὅποιπερ ἂν σθένω.
χωρῶμεν, ἐγκονῶμεν, οὐχ ἕδρας ἀκμή.
ΧΟ. χωρεῖν ἕτοιμος, κοὐ λόγῳ δείξω μόνον.
τάχος γὰρ ἔργου καὶ ποδῶν ἅμ' ἕψεται.

Post 811. sequebatur *σώζειν θέλοντας ἄνδρα γ' ὃς σπεύδῃ θανεῖν.*

802. ὃς Jacobsius pro ὅτ'. 803. οἰ 'γὼ] οἱ ἐγὼ 805. *ἐσπέρους*] *ου* in litura, fortasse pro *οι*. 810. *κεῖσ'*] *κεῖσε* 811. *ἐγκονῶμεν*] *o* ex *ω* factum. 812. (Versus spurius ab me ejectus) *θέλοντας*] *α* a m. rec. in *ε* mutatum. ὃς] ὅσ ἂν, sed ἂν a m. recentiore deleto. *σπεύδῃ*] In *σπεύδει* mutatum a m. ant.

802. Quod in codice est ὅτ', in Lb. aliisque apographis in ἥτ' est mutatum cum metri vitio ab correctore qui ad *ἡμέραν* referri vellet. Recte, ut videtur, Jacobsius ὅς, ad Calchantem relatum, *qui hodie aut mortem ei aut vitam nuntiat.*

803. *πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης*] Sensum recte declaravit scholiasta, *ἐπίκουροι γίνεσθε τῆς κατεπειγούσης δυστυχίας.*

805. *οἱ δ' ἐσπέρους*—] Similis est quem Neuius comparavit locus Euripidis Or. 1250. *χωρεῖτ', ἐπειγώμεσθ'· ἐγὼ μὲν οὖν τρίβον τόνδ' ἐκφυλάξω τὸν πρὸς ἡλίου βολάς.*—*καὶ μὴν ἐγὼ τόνδ', ὃς πρὸς ἑσπέραν φέρει.*

807. *φωτὸς ἠπατημένη*] Genitivus ex participio pendet, ut *ἐλπίδος πεφαργμένος* Antig. 235., *πατρὸς τραφεὶς* Philoct. 3.

811. *οὐχ ἕδρας ἀκμή*] Eurip. Or. 1292. *οὐχ ἕδρας ἀγών*. BRUNCK. Bacchylideum *οὐχ ἕδρας ἔργον οὐδ' ἀμβολᾶς* compararunt alii. Eodem modo Paedagogi oratio in Electra v. 22. clauditur verbis, *ὡς ἐνταῦθ' ἔβης | ἵν' οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή*. Apparet ex his quam inutiliter verbis *οὐχ ἕδρας ἀκμή* interpolator miserum adjunxerit versiculum, ab me ejectum, *σώζειν θέλοντας ἄνδρα γ' ὃς ἂν σπεύδῃ θανεῖν*, quem anapaesto saltem vitioso liberarunt qui in apographis nonnullis scripserunt *ἄνδρα γ' ὃς σπεύδει θανεῖν*.

813. 814. His dictis Tecmessa et chorus scenam relinquunt. "Sic in Aeschyli Eumenidibus et in Euripidis Alcestide et Helena chorus digreditur vel scenae mutandae causa vel ob aliam rem; idque a vetere consuetudine minime abhorrere declarat periacta-

ΑΙ. ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν ᾗ τομώτατος 815
γένοιτ' ἄν, εἴ τῳ καὶ λογίζεσθαι σχολὴ,

rum usus, et quod Graecus interpres ad versum proximum ait rarum fuisse παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Hi plerumque quidem ἐξαγγέλων ministerio usi sunt auctore Aeschylo, qui τὸ ὑπὸ σκηνῆς ἀποθνήσκειν ἐπενόησεν, ὡς μὴ ἐν φανερῷ σφάττοι. Philostr. V. Ap. 6, 11, p. 244. LOBECK. Schol. Vat. ad Eurip. Alc 918: δύναται ὁ χορὸς ἐξίστασθαι τῆς σκηνῆς, ὡς καὶ ἐν Αἴαντι μαστιγοφόρῳ. Docta autem scholiastae Sophoclis ad versum proximum annotatio haec est, μετάκειται ἡ σκηνὴ ἐπὶ ἐρήμου τινὸς χωρίου, ἔνθα ὁ Αἴας, εὐτρεπίσας τὸ ξίφος ῥῆσίν τινα πρὸ τοῦ θανάτου προφέρεται, ἐπεὶ γελοῖον ἦν κωφὸν εἰσελθόντα περιπεσεῖν τῷ ξίφει. ἔστι δὲ τὰ τοιαῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς σπάνια· εἰώθασι γὰρ τὰ πεπραγμένα δι' ἀγγέλων ἀπαγγέλλειν. τί οὖν τὸ αἴτιον; φθάνει Αἰσχύλος ἐν Θρῄσσαις τὴν ἀναίρεσιν Αἴαντος δι' ἀγγέλου ἀπαγγείλας. ἴσως οὖν καινοτομεῖν βουλόμενος καὶ μὴ κατακολουθεῖν τοῖς ἑτέρου τινὸς ὑπ' ὄψιν ἔθηκε τὸ δρώμενον, ἢ μᾶλλον ἐκπλῆξαι βουλόμενος· εἰκῇ γὰρ κατηγορεῖν ἀνδρὸς παλαιοῦ οὐχ ὅσιον.—πήξας δὲ τὸ ξίφος ταῦτά φησιν. Recte Lobeckius judicat Sophoclem mediam quandam viam ingressum scenam ita instruxisse ut spectatores Ajacem viderent quidem gladio incumbentem, sed e longinquo et quasi per transennam, quippe silvulae contectum margine. Quo factum esse ut hemichoria per εἰσόδους rursus ingressa mortuum non adspicerent, Tecmessa autem, quae ex interiore scena procedens in spectaculum tristissimum incidisset, eum ut in propinquo situm choro demonstraret v. 898. Αἴας ὅδ' ἡμῖν κεῖται etc. Appellari vero v. 892. νάπος locum, unde conspecta caede Tecmessa progrediatur, ut Cicero ad Herenn. 1, 11. *Ajax*, inquit, *in silva, postquam rescivit quae per insaniam fecisset, gladio occubuit.*

815. σφαγεὺς] Quo facilius fallerentur spectatorum oculi, Sophocles, ut videtur, dolonis scenici fraudem adjunxit, quo histriones πρὸς τὰς κιβδήλους σφαγὰς uti tradit Achilles Tatius 3, 20. repertum in choragio histrionico gladium describens, οὗ ὁ σίδηρος εἰς τὴν κώπην ἀνατρέχει. Atque hoc mortis mimicae, quae dicitur Petron. c. 94., instrumento histriones, qui Ajacem agerent, esse usos apparet ex Hesychio, qui Ξυσπαστόν, inquit, τῶν τραγικῶν τι ἐγχειρίδιον ἐκαλεῖτο, ὡς Πολέμων φησὶ, τὸ συντρέχον ἐν Αἴαντος ὑποκρίσει, ejusque duo alia nomina addit, unum Ἀνδρομητὸν συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ τραγικοῖς, id est quod Achilles dicit ἀνατρέχον, alterum minus expeditum, Ἄηκτον συσπαστὸν ἐγχειρίδιον παρὰ Ταραντίνοις. Ad Polemonis testimonium gravissimum accedit quod scholiasta ad v. 864. narrat, Timotheum histrionem σφαγέα cognominatum esse, quod Ajacem agens speciem occidentis pulcherrime assimilasset. LOBECK. Timotheum tibicinem memorat Lucian. Harmon. c. 1. vol. 1. p. 851. ὅτε καὶ σὺ, ὦ Τιμόθεε, τὸ πρῶτον ἐλθὼν οἴκοθεν ἐκ Βοιωτίας ὑπηύλησας τῇ Παυδιονίδι καὶ ἐνίκησας ἐν τῷ Αἴαντι τῷ ἐμμανεῖ, τοῦ ὁμωνύμου σοι (dicit Timotheum Milesium) ποιήσαντος τὸ μέλος, οὐδεὶς ἦν ὃς ἠγνόει τοὔνομα, Τιμόθεον ἐκ Θηβῶν.

816. εἴ τῳ—σχολή] *Si cui*, i. e. *mihi morituro, etiam considerandi tempus est.* Scholiasta, πρέπον γὰρ ἂν εἴη τῷ ἀπηυδηκότι ἀλογίστως ἰέναι ἐπὶ τὸ προκείμενον· ἔπεται δὲ τῷ λόγῳ, ὅτι τοῖς καρτερικοῖς καὶ

δῶρον μὲν ἀνδρὸς Ἕκτορος ξένων ἐμοὶ
μάλιστα μισηθέντος, ἐχθίστου θ' ὁρᾶν.
πέπηγε δ' ἐν γῇ πολεμίᾳ τῇ Τρῳάδι,
σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονής·
ἔπηξα δ' αὐτὸν εὖ περιστείλας ἐγὼ,
εὐνούστατον τῷδ' ἀνδρὶ διὰ τάχους θανεῖν.
οὕτω μὲν εὐσκευοῦμεν· ἐκ δὲ τῶνδέ μοι
σὺ πρῶτος, ὦ Ζεῦ, καὶ γὰρ εἰκὸς, ἄρκεσον.
αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν.
πέμψον τιν' ἡμῖν ἄγγελον, κακὴν φάτιν
Τεύκρῳ φέροντα, πρῶτος ὥς με βαστάσῃ
πεπτῶτα τῷδε περὶ νεορράντῳ ξίφει,
καὶ μὴ πρὸς ἐχθρῶν του κατοπτευθεὶς πάρος
ῥιφθῶ κυσὶν πρόβλητος οἰωνοῖς θ' ἕλωρ.
τοσαῦτά σ', ὦ Ζεῦ, προστρέπω, καλῶ θ' ἅμα

817. ξένων] ω ex α factum. 820. σιδηροβρῶτι] Alterum ι ex η factum. 825. λαχεῖν] λαβεῖν pr. 828. πεπτῶτα] πεπταότα pr., non πεπτωκότα, quod videtur Elmsleio. 830. κυσὶν] κυσὶ θ'] τ' 831. τοσαῦτά σ' ὦ] γρ. τοσαῦτά σοι ab S. προστρέπω] In marg. scholion προστρέπω (eraso σ, quod uno ductu cum τ conjunctum fuerat) δὲ, κατευκτικῶσ λέγω. προστρόπαιοι γὰρ οἱ ἱκέται. θ'] δ'

ἅπαξ κρίνασι περί τινος οὐ γίνεται ἀναβολὴ οὐδὲ μετάνοια. WUND.

817. δῶρον—θανεῖν] Ajax ut speret in gladium se irruentem continuo mortem inventurum esse, tribus potissimum adduci se argumentis ait, primum quod a viro infestissimo dono sibi datus, deinde quod in terra hostili defixus, denique quod a se firmiter in solo defixus sit. WUND.

818. ἐχθίστου θ' ὁρᾶν] Constat jam Homerum ubique Ajacem infestissimum Hectori inducere. V. Il. 13, 809. 17, 128. WUND.

820. νεηκονής] νεηκονές per ἠκονημένον νεωστί explicat Hesychius. Homerus πελέκεσσι νεήκεσι dixit.

821. εὖ περιστείλας ἐγώ] Scholiasta, εὐτρεπίσας, διαχειρισάμενος, περισφίγξας ἐν τῇ γῇ.

822. εὐνούστατον] Quia efficiet ut celerrime sui ipsius caedem perficere possit Ajax.

824. καὶ γὰρ εἰκὸς] Nam Ζεὺς προγόνων (Ajacis) προπάτωρ est, ut dictum v. 389.

825. Inter λαβεῖν et λαχεῖν etiam apographa variant.

827. πρῶτος ὥς με βαστάσῃ] I. e. ut primus sit qui ad corpus meum accedat idque tollat et sepeliat.

831. προστρέπω] προτρέπω Lb. et alia apographa multa cum Suida s. hoc v. Eadem lectionis diversitas in Oed. Col. 50. Tum θ' ex aliquot apogr. restitutum pro δ', in quo consentit Suidas l. c.

πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι,
ξὺν ἀσφαδάστῳ καὶ ταχεῖ πηδήματι
πλευρὰν διαρρήξαντα τῷδε φασγάνῳ.
καλῶ δ' ἀρωγοὺς τὰς ἀεί τε παρθένους 835
ἀεί θ' ὁρώσας πάντα τἀν βροτοῖς πάθη,
σεμνὰς Ἐρινῦς ταυύποδας, μαθεῖν ἐμὲ
πρὸς τῶν Ἀτρειδῶν ὡς διόλλυμαι τάλας. 838

Post 838. sequebantur

καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους
ξυναρπάσειαν, ὥσπερ εἰσορῶσ' ἐμὲ 840
αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς
πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

836. θ'] δ' τἀν] τὰμ ab scholiasta notatos ejeci. 839.–842. Versus spurios quattuor 841. αὐτοσφαγῆ] αὐτοσφαγῆι αὐτοσφαγεῖς] αὐτοσφαγεισ pr.

832. πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι] Similem matronae venenum hausturae comprecationem ab Valerio Maximo memoratam 2, 6, 8. comparavit Lobeckius, *Tum defusis Mercurio libamentis et invocato numine ejus ut se placide in meliorem sedis infernae deduceret partem, cupido haustu mortiferam traxit potionem.* Πομπαῖον Ἑρμῆν, quod cognomen per ψυχοπομπόν explicat scholiasta, memorant Aeschylus Eumen. 91. Eurip. Med. 744.

833. ἀσφαδάστῳ] Recte schol. ἀσκαρίστῳ καὶ σπασμὸν μὴ ἔχοντι.— σφαδάζειν δὲ ἔλεγον τὸ σπᾶσθαι καὶ σφακελίζειν.

834. διαρρήξαντα] In annotatione scholiastae ubi hic versus repetitur ἀναρρήξαντα scriptum est non ex codice, ut videtur, sed calami lapsu. Nam composito cum διά opus est, quo etiam Euphorio utitur apud schol. Pind. Nem. 7, 39. πλευρά τε καὶ θώρηκα διήρικεν ἰνίου ἄχρις.

835. ἀεί τε παρθένους] Scholiasta, μυθικόν ἐστι τὸ λέγειν τὰς Ἐρινῦς ἀεὶ παρθένους. Sed perversa est quam addit interpretatio, νῦν δὲ τὰς ἀδωροδοκήτους καὶ οὐχὶ χρανθῆναι δώροις δυναμένας ὑπὸ τῶν ἀδικούντων.

836. ἀεί θ' ὁρώσας] Sic recte in aliquot apogr. pro ἀεὶ δ', quod si voluisset Sophocles, ἀεὶ μὲν παρθένους scribere potuisset, ut saepe ἀεὶ μὲν — ἀεὶ δέ sibi respondent. Τὰς πάνθ' ὁρώσας Εὐμενίδας dixit Oed. Col. 42.

837. ταυύποδας Ἐρινῦς Hesychius explicat ταχύποδας, ἐν τάχει τιμωρουμένας, glossa haud dubie ex hoc loco sumta. Quod apud eundem legitur, ἀνύποδας· ταχύποδας· ἀπὸ τοῦ τοῖς ποσὶν ἀνύειν, error grammatici est qui Ἐρινῦς ταυύποδας pro Ἐρινῦς τ' ἀνύποδας acceperat: cujusmodi peccata plurima reperiuntur apud Hesychium. Ceterum ταυύποδες proprie significat extenso gressu incedentes (ut Homericum ταναύποδα Hesych. explicat τεταμένοις τοῖς ποσὶ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν). Quod quum facere soleant qui cito incedunt, recte per ταχύποδας explicuit Hesychius, per ταχείας Photius.

837. μαθεῖν] Similiter Euripides

ἴτ', ὦ ταχεῖαι ποίνιμοί τ' Ἐρινύες,
γεύεσθε, μὴ φείδεσθε παυδήμου στρατοῦ.
σὺ δ', ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν
Ἥλιε, πατρῴαν τὴν ἐμὴν ὅταν χθόνα
ἴδῃς, ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν
ἄγγειλον ἄτας τὰς ἐμὰς μόρον τ' ἐμὸν
γέροντι πατρὶ τῇ τε δυστήνῳ τροφῷ.
ἦ που τάλαινα, τήνδ' ὅταν κλύῃ φάτιν,
ἥσει μέγαν κωκυτὸν ἐν πάσῃ πόλει.
ἀλλ' οὐδὲν ἔργον ταῦτα θρηνεῖσθαι μάτην·

843. ἴτ'] ἴτε 851. πάσῃ] πᾶσι pr.

Androm. 258. σὺ δ' οὖν κάταιθε· θεοὶ γὰρ εἴσονται τάδε.

839–842. Ad verba τὼς αὐτοσφαγεῖς haec legitur annotatio scholiastae, ταῦτα νοθεύεσθαί φασιν, ὑποβληθέντα πρὸς σαφήνειαν τῶν λεγομένων. Videtur quattuor dicere versus, καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους | ξυναρπάσειαν ὥσπερ εἰσορῶσ' ἐμὲ | αὐτοσφαγῆ πίτνοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς | πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο. Quos qui ejecit, sive Didymus, quae Valckenarii est conjectura, sive alius grammaticus, judicavit verissime. Sophocles enim si tali aliquo modo Atridarum exsecrationem amplificare voluisset, verbis, ut opinor, usus fuisset paullo aliis, quibus Ajax Agamemnonis ab uxore necandi fatum, ut hujusmodi in locis mos fert tragicorum, praesagire videretur. Abs qua subtilitate non miramur alienum fuisse interpolatorem. Nam quod interpretes quidam ad Ulixem ab filio Telegono interemtum retulerunt verba postrema, πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο, perversum est propterea quod nulla praecedit Ulixis mentio, et repugnat consilio poetae, qui prudenter hoc instituit ut Ajax Atridis, etiam post mortem ipsi infestissimis (v. 1372.), diras imprecetur, parcat vero Ulixi, qui in extrema parte fabulae exanimati corpus Ajacis ab illorum injuriis generoso animo defendit: de quo Teucer v. 1383. τούτῳ γὰρ ὢν ἔχθιστος Ἀργείων ἀνὴρ, | μόνος παρέστης χερσὶν, οὐδ' ἔτλης παρὼν | θανόντι τῷδε ζῶν ἐφυβρίσαι μέγα, | ὡς ὁ στρατηγὸς οὐπιβρόντητος μολὼν, | αὐτός τε χὠ ξύναιμος ἠθελησάτην | λωβητὸν αὐτὸν ἐκβαλεῖν ταφῆς ἄτερ. | τοιγάρ σφ' Ὀλύμπου τοῦδ' ὁ πρεσβεύων πατὴρ | μνήμων τ' Ἐρινὺς καὶ τελεσφόρος Δίκη | κακοὺς κακῶς φθείρειαν, ὥσπερ ἤθελον | τὸν ἄνδρα λώβαις ἐκβαλεῖν ἀναξίως. Ex quo loco conficti sunt versus isti quattuor. Quorum in tertio quod legitur τὼς hoc uno in loco legitur in Sophoclis tragoediis, nusquam apud Euripidem, aliquoties vero apud Aeschylum. Superlativi vero φίλιστος, quem ex versu quarto annotavit Eustathius p. 1867, 40. 1961, 29., nulla sunt exempla praeterquam de nominibus propriis Φίλιστος et Φιλίστη.

847. χρυσόνωτον] I. e. aureis bullis seu bracteis superne ornatam. LOBECK.

ἀλλ' ἀρκτέον τὸ πρᾶγμα σὺν τάχει τινί.
ὦ θάνατε θάνατε, νῦν μ' ἐπίσκεψαι μολών·
καίτοι σὲ μὲν κἀκεῖ προσαυδήσω ξυνών,
σὲ δ', ὦ φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας,
καὶ τὸν διφρευτὴν Ἥλιον προσεννέπω,
παινύστατον δὴ κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.
ὦ φέγγος, ὦ γῆς ἱρὸν οἰκείας πέδον
Σαλαμῖνος, ὦ πατρῷον ἑστίας βάθρον,
κλειναί τ' Ἀθῆναι, καὶ τὸ σύντροφον γένος,
κρῆναί τε ποταμοί θ' οἵδε, καὶ τὰ Τρωϊκὰ
πεδία προσαυδῶ, χαίρετ', ὦ τροφῆς ἐμοί·
τοῦθ' ὑμὶν Αἴας τοὔπος ὕστατον θροεῖ,
τὰ δ' ἄλλ' ἐν Ἅιδου τοῖς κάτω μυθήσομαι.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ.

πόνος πόνῳ πόνον φέρει.

858. κοὔποτ'] καὶ οὔποτ' 859. ἱρὸν scripsi pro ἱερόν. 860. Σαλαμῖνος] λα a m. rec. 863. τροφῆς Brunckius pro τροφεῖς. 865. τἄλλ'] τἄλλα, eraso α. 866. ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ] $\chi^{\eta\mu}$ cum compendio sub μ.

853. σὺν τάχει τινί] Hoc non minus recte dictum quam quod per adverbia exprimi poterat ταχέως πως.

854. ὦ θάνατε θάνατε] Sic Philoct. 797. ὦ θάνατε θάνατε, πῶς ἀεὶ καλούμενος οὕτω κατ' ἦμαρ οὐ δύνᾳ μολεῖν ποτε ;

861. κλειναί τ' Ἀθῆναι] Scholiasta, τῶν Ἀθηναίων μέμνηται διὰ τὴν συγγένειαν, καὶ ὅτι ἐν Ἀθήναις ὁ ποιητὴς ἠγωνίζετο, ἐπισπώμενος αὐτοὺς εἰς εὔνοιαν. Eadem de caussa Tecmessa v. 200. chorum appellaverat γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδῶν.

862. κρῆναί τε—] Valedicit Ajax moriturus campo, fluviis, fontibus Troadis, terrae hostilis, eodem animo quo Philoctetes (v. 1452 seqq.) Lemno discessurus, quanquam miserrimam ibi vitam degerat, tamen insulae illius fontibus et rupibus valedicit. WUND.

865. His dictis Ajax gladio in terra defixo incumbit: quod in nummo, quem Patinus exhibet in Famil. Rom. p. 304., expressum memorat Lobeckius. Histrionem quendam, qui hoc praecipua arte repraesentaverit, memorat scholiasta, δεῖ ὑπονοῆσαι ὅτι περικίπτει τῷ ξίφει, καὶ δεῖ καρτερόν τινα εἶναι τὸν ὑποκριτήν, ὡς ἄξαι τοὺς θεατὰς εἰς τὴν τοῦ Αἴαντος φαντασίαν, ὁποῖα περὶ τοῦ Ζακυνθίου Τιμοθέου φασίν, ὅτι ἦγε τοὺς θεατὰς καὶ ἐφυχαγώγει τῇ ὑποκρίσει, ὡς σφαγέα αὐτὸν κληθῆναι. Σφαγέως cognomen sumtum haud dubie ex verbis Ajacis v. 815. ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν ᾧ τομώτατος.

866. Revertitur chorus, qui Ajacem investigaturus abierat, in duas

πᾶ πᾶ
πᾶ γὰρ οὐκ ἔβαν ἐγώ ;
κοὐδεὶς ἐπίσταται με συμμαθεῖν τόπος.
ἰδοὺ, 870
δοῦπον αὖ κλύω τινά.
ΗΜ. ἡμῶν γε ναὸς κοινόπλουν ὁμιλίαν.
ΗΜ. τί οὖν δή ;

867. 868. πᾶι ter pro πᾶ. Alterum ἰδοὺ delevit Hermannus.
870. 871. ἰδοὺ ἰδοὺ—τινά uno versu.
872. Duo versus, ἡμῶν—| κοινόπλουν—.

partes divisus, quarum altera occidentem, altera orientem versus discesserat. Accedit prior, quae orientem versus profecta fuit, subsequitur altera v. 872. Scholiasta *οἱ ἀπὸ τοῦ χοροῦ προΐασιν, ὥσπερ ἐκ διαφόρων τόπων κατ' ἄλλην καὶ ἄλλην εἴσοδον, ζητοῦντες τὸν Αἴαντα, καὶ ἡ Τέκμησσα ἐξ ἄλλων, ἥτις καὶ πρώτη ἐπιτυγχάνει τῷ πτώματι.* WUND.

πόνος πόνῳ πόνον φέρει] Similem ejusdem vocabuli iterationem ex Aeschyli Pers. 1041. comparat Lobeck. *δόσιν κακὰν κακῶν κακοῖς.* Hyperides Epitaph. col. 10, 32. p. 32. *ὑπὲρ ὧν ἁπάντων οὗτοι πόνους πόνων διαδόχους ποιούμενοι.*

869. *κοὐδεὶς ἐπίσταταί με συμμαθεῖν τόπος*] The words *με συμμαθεῖν* signify *so that I may learn*, and are an instance of a construction which occurs in almost every page of the tragic poets. So in this tragedy v. 672. *ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος | τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν.* v. 884. *καὶ σπεύσαθ' οἱ μὲν Τεῦκρον ἐν τάχει μολεῖν.* v. 1069. *νῦν δ' ἐνήλλαξεν θεὸς | τὴν τοῦδ' ὕβριν πρὸς μῆλα καὶ ποίμνας πεσεῖν.* ELMSLEI. Elmsleii interpretatio apta sensui est, sed quae comparat exempla valde dissimilia sunt ei quod hoc loco legitur, ut ostendit Lobeckius. Non magis *συμμαθεῖν* pro *διδάξαι* dictum accipi potest, quod aliis placuit. Locum ipsum si *συμμαθεῖν* dicere vellet Sophocles, scribere poterat *κοὐδεὶς ἐπίσταταί σφε συμμαθὼν τόπος.* Nam *σφε* de Ajace dictum esse non poterat obscurum esse. Similiter Linwoodius conjecit *κοὐδεὶς ἐπίσταταί σφε συμβαλεῖν τόπος.* Quae verba conjuncta sunt in alius, ut creditur, fabulae Sophocleae fragmento apud schol. Homeri Il. 16, 142. *ἐπίσταται· ἠδύνατο. καὶ Σοφοκλῆς "οὐ πώποθ' ὑμᾶς συμβαλεῖν ἐπίσταμαι."* Vulgatam scripturam jam scholiastae interpretari sunt conati, *οὐδεὶς οἶδέ με τόπος συμμαθεῖν, οἷον μεμαθηκότα τὸ γεγονὸς οὐδεὶς με οἶδεν τόπος, ἀλλὰ μάτην περιῆλθον. Ἢ συμμαθεῖν ἀντὶ τοῦ διδάξαι, εἰς μάθησιν ἀγαγεῖν τοῦ ζητουμένου.*

872. *ναὸς κοινόπλουν ὁμιλίαν*] Navigationis socios dicit, *συνναύτας ἐπὶ τῆς αὐτῆς νηὸς πλεύσαντας*, ut explicat scholiasta, alia addita interpretatione, *ἢ τροπικῶς, τὸν αὐτὸν ἡμῖν πλοῦν ἐσταλμένοι πρὸς τὴν ζήτησιν*, quae inepta est. Nam quae proprie dicta accipi possunt nemini in mentem venire solet metaphorice dicta habere. Accusativo *ὁμιλίαν* utitur quasi non *δοῦπόν τινα*, sed *ἀνθρώπους τινάς* praecesserit.

ΗΜ.*πᾶν ἐστίβηται πλευρὸν ἕσπερον νεῶν.*
ΗΜ.*ἔχεις οὖν;* 875
ΗΜ.*πόνου γε πλῆθος, κοὐδὲν εἰς ὄψιν πλέον.*
ΗΜ.*ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τὴν ἀφ' ἡλίου βολῶν*
κέλευθον ἀνὴρ οὐδαμοῦ δηλοῖ φανείς.
ΧΟ.*τίς ἂν δῆτά μοι, τίς ἂν φιλοπόνων* 879
ἁλιαδᾶν ἔχων ἀΰπνους ἄγρας,
ἢ τίς Ὀλυμπιάδων θεᾶν, ἢ ῥυτῶν
Βοσπορίων ποταμῶν, τὸν ὠμόθυμον 885

879.–914.=925.–960.

877. *βολῶν*] *βολῆσ, ῶν* a m. pr. 878. *ἀνὴρ*] *ἀνὴρ* 879–889. Versus sic divisi, *τίσ ἂν δή μοι*–| *φιλοπόνων*–| *ἔχων*–| *ἢ τίσ*–| *βοσπορίων*–| *τὸν*–| *λεύσων*–| *σχέτλια*–| *πόνων*— 879. *δῆτα* Hermannus pro *δή*. 880. *ἄγρας*] *γρ. ἕδρασ* a m. seculi 14. *ἵδρισ*, duabus ante *ἵδρισ* literis erasis. 885. *ποταμῶν*] *ποταμῶν .'.*

877. *ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ—*] Male in apographis pluribus *ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δή*. Iisdem particulis, quae respondent Latinis *sed profecto ne —quidem*, utitur El. 913. *ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ μητρὸς οὕθ' ὁ νοῦς φιλεῖ τοιαῦτα πράσσειν οὔτε δρῶσ' ἐλάνθανεν.* Trach. 1128. *ἀλλ' οὐδὲ μὲν δὴ τοῖς γ' ἐφ' ἡμέραν ἐρεῖς.*

βολῶν] *βολῆς* quod primo scripserat librarius recte ipse in *βολῶν* mutavit. Nam *ἡλίου βολαί* numero plurali dici solent, ut in locis pluribus Euripidis. Id quum in apographis quibusdam in *μολῶν* corruptum esset, hoc pro *μολὼν* acceptum per *ἐλθών* interpretatus est Triclinius. *ἀφ' ἡλίου βολῶν, ab oriente sole*, dictum ut *οἱ ἀπ' ἡλίου Αἰθίοπες* apud Herodot. 7, 70.

τὴν—κέλευθον—φανείς] Eadem structura Electr. 1273. *φιλτάταν ὁδὸν ἐπαξιώσας ὧδέ μοι φανῆναι.*

879. Recte monet scholiasta, *ὅλος ὁ χορὸς εἰς ἓν συνελθὼν ταῦτά φησιν.*

880. *τίς ἂν φιλοπόνων ἁλιαδᾶν*] Scholiasta, *τίς τῶν ἁλιέων ἀεὶ ἀγρυπνεῖν εἰθισμένων διὰ τὴν ἄγραν, ἢ τίς θεὰ Ὀλυμπιὰς ἢ ποταμῶν ἵδρις, τουτέστι Ναΐς, ἀπαγγείλαι, εἴ που λεύσσει τὸν ὠμόθυμον.*

ἁλιαδᾶν] *ἁλιαδῶν* apogr. nonnulla, ut mox plura *θεῶν* pro *θεᾶν*. *ἁλιαδᾶν* propter formam Doricam memoratur apud Gregor. Corinth. p. 226. in additamento codicis c. Scholiasta recentior, *ἁλιάδαι, οἱ παῖδες τῶν ἁλιέων, ἤγουν οἱ ἁλιεῖς, ὡς Ἀσκληπιάδαι οἱ ἰατροί.*

844. *Ὀλυμπιάδων*] Recte Lobeckius animadvertit deas Olympicas dici ab Sophocle Oreades Dryadesve montis Olympi, de quo Strabo 10. p. 470. qui tragicos *ἀγεωγραφήτους* Olympum cum Ida confundere rebusque Trojanis immiscere queritur.

885. *Βοσπορίων*] Recte schol. explicat *τῶν Ἑλλησποντίων*, quocum comparatum est quod Aeschylus dixit Pers. 722. ΑΤ. *μηχαναῖς ἔζευξεν Ἕλλης πορθμὸν, ὥστ' ἔχειν πόρον.* ΔΑ. *καὶ τόδ' ἐξέπραξεν, ὥστε Βόσπορον κλῄσαι μέγαν*; Ibid. 745. *ὅστις Ἑλλήσποντον ἱρὸν δοῦλον ὡς δεσμώμασιν ἥλπισε σχήσειν ῥέοντα, Βόσπορον ῥόον θεοῦ.* Quod post *πο-*

εἴ ποθι πλαζόμενον λεύσσων
ἀπύοι; σχέτλια γὰρ
ἐμέ γε τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων
οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ,
ἀλλ' ἀμενηνὸν ἄνδρα μὴ λεύσσειν ὅπου.
ΤΕ. ἰώ μοί μοι.
ΧΟ. τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους;
ΤΕ. ἰὼ τλήμων.
ΧΟ. τὴν δουρίληπτον δύσμορον νύμφην ὁρῶ
Τέκμησσαν, οἴκτῳ τῷδε συγκεκραμένην.
ΤΕ. ὤχωκ', ὄλωλα, διαπεπόρθημαι, φίλοι.
ΧΟ. τί δ' ἔστιν;

886. λεύσσων] λεύσσων 887. Post ἀπύοι una litera erasa, tum post vacuum unius vocabuli spatium litura .'... 888. μακρῶν] ω ex ο factum. ἀλάταν] Primum α in litura. 889. οὐρίῳ—δρόμῳ] οὐρίων—δρόμων, utroque ν eraso. 890. ἀμενηνὸν] Prius ν ex μ factum. λεύσσειν] λεύσειν 891. ἰώ Turnebus pro ἰὼ ἰώ. 894. δουρίληπτον] ν a m. rec. additum. ὁρῶ] ὁρῶι 895. Τέκμησσαν] τέκμησαν 897. ὤχωκ' ex Herodiano MS. pro οἴχωκ'.

ταμῶν in codice legitur ὕδρις, etiam ab scholiasta lectum, recte omissum in duobus apographis, ut metrum docet.

886. *εἴ ποθι, sicubi*, quod etiam Latini pro *alicubi* dicunt, ut *siquando* pro *aliquando*. Cujus usus exempla multa collegit Lobeckius, velut Oppiani Hal. 3, 165. φεύγουσιν καὶ φῶτα καὶ εἴ ποθι καρτερὸν ἰχθύν.

887. σχέτλια γὰρ] Solutae tertiae cretici syllabae in antistropho respondet non soluta. Verba recte interpretatus est scholiasta, δεινὰ γὰρ πράγματα ἐμὲ τὸν ἐπιπόνως πλανηθέντα μὴ εὐθυδρομῆσαι εἰς τὸ τῆς ζητήσεως μέρος, καθὸ ὁ Αἴας ἐποιήσατο τὴν ἔφοδον· τοῦτο γὰρ ἂν εἴη οὔριον.

890. ἀλλ' ἀμενηνὸν] ἀλλὰ μεμνόθ' (γρ. ἀμενηνὸν) in apogr. uno, ut Musgravius conjecerat. ἀμενηνὸν ἄνδρα chorus Ajacem dicit morbi vi debilitatum, indignatus, ut recte monet Hermannus, quod illum vix morbo liberatum ipse valens assequi non potuit. Male scholiasta ad chorum refert quaerendo fatigatum. Metrum hoc est

$$\overline{\cup}\,\overline{\cup\cup}\,-\cup-\,\|\,\cup\,\overline{\cup}\,\overline{\cup}\,\mid\,\overline{\cup}\,\cup-$$

892. ἰώ μοί μοι] Scholiasta, Τέκμησσα βοᾷ ἐπιτυχοῦσα τῷ σώματι· φαίνεται δὲ οὐδέπω ἔνοπτος οὖσα τῷ χορῷ.

895. οἴκτῳ τῷδε] *Lamentis his.* συγκεκραμένην dictum ut Antig. 1311. δειλαίᾳ δὲ συγκέκραμαι τύχᾳ.

896. ὤχωκ'] Hoc pro οἴχωκ' restitui ex Herodiano MS. περὶ μεγάλου ῥήματος. Vide Koen. ad Gregor. Cor. p. 66. οἴχωκ' Suidas s. h. v.

ΤΕ. Αἴας ὅδ' ἡμῖν ἀρτίως νεοσφαγὴς
κεῖται, κρυφαίῳ φασγάνῳ περιπτυχής.
ΧΟ. ὤμοι ἐμῶν νόστων· 900
ὤμοι, κατέπεφνες, ἄναξ, σὸν
τόνδε συνναύταν, ὦ τάλας·
ὦ ταλαῖφρον γύναι.
ΤΕ. ὡς ὧδε τοῦδ' ἔχοντος αἰάζειν πάρα.
ΧΟ. τίνος ποτ' ἆρ' ἔρξε χειρὶ δύσμορος; 905
ΤΕ. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ· δῆλον. ἐν γάρ οἱ χθονὶ
πηκτὸν τόδ' ἔγχος περιπετὲς κατηγορεῖ.

900. 901. ὤμοι] ἰὼ μοι 901. σὸν addidit Hermannus. 902. 903. Versus sic divisi τόνδε—| ἰὼ τάλασ—γύναι. 902. ὦ] ἰὼ 903. ταλαῖφρον] ταλαίφρων 905. ἔρξε Hermannus pro ἔπραξε

898. Αἴας ὅδ'] ὅδε dicit quia locum ubi jacet Ajax monstrat.

ἀρτίως νεοσφαγὴς] Eodem pleonasmo Trach. 1130. τέθνηκεν ἀρτίως νεοσφαγής.

899. κρυφαίῳ] I. e. ἀποκεκρυμμένῳ, εἰσδεδυκότι εἰς τὸ σῶμα, ut explicat scholiasta. περιπτυχὴς idem explicat per περικεκυλισμένος. Gladius ipse ἔγχος περιπετὲς dicitur v. 907.

901. Post ἄναξ una deest syllaba, quam addito σὸν supplevit Hermannus. Recte, nisi, quod idem conjecit, in stropha scribendum ὤμοι κατέπεφνες ἄναξ | τόνδε συνναύταν, τάλας, et in antistropha 947. δισσῶν ἐθρόησας ἀναυδ' | ἔργ' Ἀτρειδᾶν τῷδ' ἄχει.

902. τόνδε συνναύταν] Se ipsum dicit chorus. ὦ pauca ut videtur apographa pro ἰώ. Interjectionem ejecit Hermannus conjectura modo memorata, qua probabilior metri forma restituitur.

903. ταλαῖφρον ex Lb. aliisque nonnullis apographis pro ταλαίφρων.

905. ἔρξε] Codex et apographa ἔπραξε ab interpolatore, qui trimetrum restituere voluit. Emendavit Hermannus collata Hesychii glossa, qua ἔρξεν per ἔπραξεν explicatur.

906. αὐτὸς πρὸς αὑτοῦ] Intelligendum ex praecedentibus verbum quale additum est in Trach. 891. ubi caedes Dejanirae nunciatur, αὐτὴ πρὸς αὑτῆς χειροποιεῖται τάδε.

ἐν γάρ οἱ χθονὶ] Scholiasta αὐτὸ τὸ σχῆμα, φησὶ, δηλοῖ ὅτι ὑφ' ἑαυτοῦ ἀνῃρέθη· πᾶν δὲ ἀμυντήριον καὶ δόρυ καὶ ἔγχος καλοῦσιν οἱ νεώτεροι. περιπετὲς δὲ, ᾧ περιέπεσεν. Eustathius p. 644, 47. Σοφοκλῆς ἔγχος περιπετὲς εἰπεῖν ἐτόλμησεν, ᾧ περιπέπτωκεν Αἴας. Similia ex scriptoribus recentioribus comparavit Lobeck., ἄγκιστρα περιπαρέντα τοῖς ἰχθύσι Aelian. N. A. 15, 10. ὀδόντες τῇ δείρῃ περιπείρονται Liban. vol. 4. p. 1081. ἑαυτῷ τὸ ξίφος περιέπειρε Joann. Chrysost. vol. 3. p. 85 A.

907. πηκτὸν τόδ' ἔγχος] Hesychius, πηκτὸς θάνατος· ὁ τοῦ Σαλαμινίου Αἴαντος, τοῦ μανέντος, ὃς τῷ ξίφει ἐπιπεσὼν ἀπέθανεν. Photius p. 428, 1. πηκτὸς θάνατος· ὁ τοῦ Αἴαντος· περιεπάγη γὰρ τῷ ξίφει.

ΧΟ. ὤμοι ἐμᾶς ἄτας, οἷος ἄρ' αἱμάχθης, ἄφαρκτος φίλων· 910
ἐγὼ δ' ὁ πάντα κωφὸς, ὁ πάντ' ἄϊδρις, κατημέλησα. πᾶ πᾶ
κεῖται ὁ δυστράπελος δυσώνυμος Αἴας;
ΤΕ. οὗτοι θεατός· ἀλλά νιν περιπτυχεῖ 915
φάρει καλύψω τῷδε παμπήδην, ἐπεὶ
οὐδεὶς ἂν, ὅστις καὶ φίλος, τλαίη βλέπειν
φυσῶντ' ἄνω πρὸς ῥῖνας, ἕκ τε φοινίας
πληγῆς μελανθὲν αἷμ' ἀπ' οἰκείας σφαγῆς.
οἴμοι, τί δράσω; τίς σε βαστάσει φίλων; 920
ποῦ Τεῦκρος; ὡς ἀκμαῖ' ἂν, εἰ βαίη, μόλοι,

909.—914. Versus sic divisi, ἰώ μοι—| ἄφρακτος—| ἐγὼ—| ὁ πάντ'—| πᾶι πᾶ | κεῖται—| ὁ δυσώνυμος— 909. ὤμοι] ἰώ μοι 910. ἄφαρκτος scripsi pro ἄφρακτος. 912. πᾶ πᾶ] πᾶι πᾶ (sic) 914. δυσώνυμος] ὁ δυσώνυμος 915. νιν] Alterum ν ab S inter versus. 920. βαστάσει] βαστάσηι 921. ἀκμαῖ' ἂν Wakefieldus pro ἀκμαῖος βαίη] βαίηι

909. ὤμοι] Apogr. pleraque cum codice ἰώ μοι, nonnulla etiam ἡμάχθης pro αἱμάχθης. Sic αὐτόχειρ αἱμάσσεται de Haemone Antig. 1175.

910. ἄφρακτος non solum codex, sed etiam Suidas s. h. v. et Hesychius, ἄφρακτος· ἀφύλακτος. Σοφοκλῆς Αἴαντι μαστιγοφόρῳ. Idem tamen alteram quoque formam annotavit, ἄφαρκτος: ἀφύλακτος. Quam Sophocli restitui veterum Atticorum mos postulat. Vid. ad Antig. 958. Philostrati imitationem Vit. Soph. 5, 35. p. 219. indicat Lobeckius, φίλων τε δεῖ πλειόνων, οὐ γὰρ ἀχαρακώτους γε οὐδὲ ἀφράκτους χρὴ τοιαῦτα πράττειν.

911. ὁ πάντα κωφός] Neque enim animadverterat orationem Ajacis 646.-692. eo tendere ut ipse se occideret.

914. δυσώνυμος pauca apographa: pleraque, ut codex, ὁ δυσώνυμος, cum Suida s. v. δυστράπελος, articulo, qui ante δυστράπελος positus est, male repetito, ut v. 205., νῦν γὰρ ὁ δεινὸς μέγας ὠμοκρατής, in codice scriptum est ὁ μέγας. δυσώνυμος autem dicitur Ajax propter nomen male ominatum, de quo Ajax ipse dixit v. 430 et seqq. Quod non fugit scholiastam.

917. οὐδεὶς ἂν ὅστις καὶ φίλος τλαίη βλέπειν] Scholiasta, ὑπερβολικῶς, ἐπεὶ οὐκ εἰκὸς ἐν τοῖς δεινοῖς τοὺς φίλους μαλακίζεσθαι. Recte. Quid enim miserabilius eo cujus adspectum ne amici quidem ferre possunt? LOBECK.

918. φυσῶντ' ἄνω πρὸς ῥῖνας] Sic Homerus Od. 22, 18. αὐλὸς ἀνὰ ῥῖνας παχὺς ἤλθεν αἵματος ἀνδρομέοιο. Sophocles Antig. 1238. καὶ φυσιῶν ὀξεῖαν ἐκβάλλει πνοὴν λευκῇ παρειᾷ φοινίου σταλάγματος. Aeschylus Agam. 1389. κἀκφυσιῶν ὀξεῖαν αἵματος σφαγὴν βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου. Quae Lobeckius comparavit.

920. βαστάσει ex paucis apogr. pro βαστάσῃ.

921. ἀκμαῖ' ἂν recte Wakefieldus pro ἀκμαῖος, quod haud dubie ex

πεπτῶτ' ἀδελφὸν τόνδε συγκαθαρμόσαι.
ὦ δύσμορ' Αἴας, οἷος ὢν οἷως ἔχεις,
ὡς καὶ παρ' ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν.
ΧΟ. ἔμελλες, τάλας, ἔμελλες χρόνῳ 925
στερεόφρων ἄρ' ὧδ' ἐξανύσειν κακὰν
μοῖραν ἀπειρεσίων πόνων. τοιά μοι
πάννυχα καὶ φαέθοντ' ἀνεστέναζες 930
ὠμόφρων ἐχθοδόπ' Ἀτρείδαις
οὐλίῳ σὺν πάθει.
μέγας ἄρ' ἦν ἐκεῖνος ἄρχων χρόνος

923. οἵως] οἷοσ pr. 925.—936. Versus sic divisi, ἔμελλεσ—| ἔμελλεσ—| ἄρ'—| μοῖραν—| πόνων—| πάννυχα—| ἀνεστέναζεσ—| ἐχθοδόπ'—| οὐλίῳ—| μέγασ—| πημάτων—| ὄπλων—. 926. ἄρ' addidit Erfurdtius. ἐξανύσειν] ἐξανύσσειν 930. Φαέθοντ'] αε in litura. 933. σὺν] σὺμ pr.

glossemate ἀκμαίως ad ἀκμαῖα adscripto ortum est. Nam ἀκμαῖος si legitur, nihil aliud haec verba significare possunt quam *utinam opportune, si veniat, adsit.* Quod inepte diceret Tecmessa. Nam Teucrum certissimum est peropportune adventurum esse si nunc veniret. Itaque Tecmessa non ut *opportune* veniret, sed simpliciter ut veniret optare debebat. Quod facit quum opportune eum adventurum esse dicit, si veniat. Sensit hoc Matthiae, sed quum codicis servare scripturam vellet ad usitatum olim commentum est delapsus de duabus sententiis in unam confusis, altera ὡς μόλοι, altera ὡς ἀκμαῖος μόλοι ἄν, εἰ βαίη. ἀκμαῖα μολεῖν autem dictum est ut εἰς ἀκμὴν ἐλθεῖν φίλοις ab Euripide Herc. fur. 526.

922. συγκαθαρμόσαι] Per περιστεῖλαι explicat scholiasta, i. e. curam habere sepulturae, ut. optaverat Ajax v. 688. 689.

923. Αἴας] Αἶαν Suidas s. v. οἷος et ὦ δύσμορε. V. ad v. 89.

926. Recte ἄρ' addidit Erfurdtius. Neque enim metro ita satisfacere licet ut ἐξανύσσειν scribatur, quod est in codice et apographo uno, in ceteris recte ἐξανύσειν scriptum, quum ἐξανύσσειν non minus vitiosum sit quam quod in codicibus interdum reperitur ἀνύττειν pro ἀνύτειν. Nam quod solutae arsi dochmii ἐξανύσειν κακάν non soluta respondet in versu strophico (880.) ἄϋπνους ἄγρας, nullius momenti est, quum eadem responsionis inaequalitas in primo versu sit admissa, τίς ἂν φιλοπόνων, cui in antistropha respondent verba ἔμελλες χρόνῳ, et quae sunt alia hujusmodi apud Sophoclem et Euripidem, minus severos in hoc genere quam Aeschylus.

930. πάννυχα καὶ φαέθοντα] I. e. κατὰ νύκτα καὶ ἡμέραν, ut interpretatur scholiasta.

931. ὠμόφρων] Male ὠμόφρον in Lb. aliisque nonnullis, unde ὠμόφρον' Elmsleius. Recte legitur ὠμόφρων. In versu strophico 886. εἴ ποθι ante πλαζόμενον cretici mensuram habet.

πημάτων, ἦμος ἀριστόχειρ
— ∪ ∪ — ὅπλων ἔκειτ' ἀγὼν πέρι.
ΤΕ. ἰώ μοί μοι.
ΧΟ. χωρεῖ πρὸς ἦπαρ, οἶδα, γενναία δύη.
ΤΕ. ἰώ μοί μοι.
ΧΟ. οὐδέν σ' ἀπιστῶ καὶ δὶς οἰμῶξαι, γύναι,
τοιοῦδ' ἀποβλαφθεῖσαν ἀρτίως φίλου.
ΤΕ. σοὶ μὲν δοκεῖν ταῦτ' ἔστ', ἐμοὶ δ' ἄγαν φρονεῖν.
ΧΟ. ξυναυδῶ.
ΤΕ. οἴμοι, τέκνον, πρὸς οἷα δουλείας ζυγὰ
χωροῦμεν, οἷοι νῷν ἐφεστᾶσι σκοποί.
ΧΟ. ὤμοι, ἀναλγήτων
δισσῶν ἐθρόησας ἄναυδον

936. Indicavi quattuor syllabarum defectum. 937. 939. 974. μοι ου μοι] μοι μοί 940. οἰμῶξαι] οἰμώξαι 941. ἀρτίως] ἀρτίωσ, ου fortasse a m. pr. 945. ἐφεστᾶσι] ἐφεστᾶσιν 946.–949. Versus sic divisi, ὤμοι—| δισσῶν—| ἄναυδον—| ἀλλ'—. 946. ὤμοι] ὤιμοι cum γρ. ἰώ μοι ab S.

935. ἀριστόχειρ—ἀγών] I. e. ἀρίστων ἀνδρῶν ἀγών. Similia sunt El. 699. ἱππικῶν ὠκύπους ἀγών. Ant. 999. θᾶκον ὀρνιθοσκόπον. Oed. C. 1062. ῥιμφαρμάτοις ἀμίλλαις. 1495. βούθυτον ἑστίαν. Trach. 609. ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ. WUND. Similia cum superlativo composita comparat Lobeckius, velut ἀριστόπολις, μεγιστότιμος, πλειστόμβροτος, πλειστοφόρος.

